

401






ai+ Julien Durand. rue S. Dominique 50. az


600.-
yxx
8601K

ouvrage curieux f 18: o wiss: Rooman

BIBLIOTHECAE MEDICEO-LAVRENTIANAE CATALOGVS

TOMVS PRIMVS.







Ioseph Zocchi inv: et del. *Carol: Faucci sculp: Floren: a. 1758.*

BIBLIOTHECAE MEDICEO-LAVRENTIANAE
CATALOGVS
AB ANTONIO MARIA BISCIONIO

S. T. D. ET BASILICAE S. LAVRENTII CANONICO
AC EIVSDEM BIBLIOTHECAE REGIO PRAEFECTO

SVB AVSPICIIS

FRANCISCI

ROMANORVM IMPERATORIS
MAGNI ETRVRIAE DVCIS
ETC. ETC. ETC.

DIGESTVS ATQVE EDITVS

TOMVS PRIMVS

CODICES ORIENTALES COMPLECTENS.



J. Menabuoni inv. del. *N. Lebrün sculp.*

FLORENTIAE. ANNO CIↃ. IↃCC. LII
EX IMPERIALI TYPOGRAPHIO

SVPERIORVM ADPROBATIONE.






FRANCISCO CAESARI
ROMANORVM IMPERATORI
MAGNO ETRVRIAE DVCI
&c. &c. &c.

ANTONIVS MARIA BISCIONIVS
FELICITATEM.



Iu multumque animo perpenderam , AVGVSTISSIME CAESAR , *utrum humilem hanc ingenioli mei elucubrationem ſupremae* TVAE *offerrem* MAIESTATI ; *praeſertim quum iam haud minus* , *quam quinque luſtro-*

rum ſpatium excurrerit, ex quo manum de tabula removerim, omnemque propemodum ſpem abiecerim, hoc opus in publicam lucem emittere, tum propter ipſius magnitudinem atque amplitudinem, nec non tenue profecto ingenium meum, & virium mearum imbecillitatem: tum propter nonnullorum moroſitatem. Omnia enim, ad quae quis adgreditur (difficilia praecipue) liberam atque expeditam expoſtulant mentem, ne eximia facinora, vix incepta, vel in ipſo limine tepeſcant deſeranturve. At, quum Deo complacitum eſt, MAIESTAS TVA CAESAREA *me inertem ac fere ſopitum excitavit, & ceu nova quadam luce, ad mentis meae oculos tranſmiſſa, tenebris confeſtim expulſis, me tranquillitate ac libertate donatum perſenſi: eo praeſertim tempore, quum a Regali Munificentia tua honorificentiſſimo Bibliothecae Mediceo-Lau-*

rentianae Regii Praefecti titulo, a ſeptuaginta & amplius annis in oblivionem ferme prolapſo, me quidem immeritum inſignitum agnovi; tunc alacriore animo, ſtudioque improbiore, intermiſſum opus denuo mihi reſumendum propoſui. Tu namque, cui ſemper invidentia, ignorantia, ceteraeque humani generis peſtes inviſae fuere, velut Alcides, in Heſperidum Hortos, Dracone perempto, aditum mihi liberum patefeciſti, ut aureis ipſius pomis, opulentiſſima videlicet atque pretioſiſſima gaza, ad publicam litterarum utilitatem atque incrementum, frui poſſem. Pro hoc igitur maximo ac ſingulari beneficio gratiae a me Tibi debentur immortales, quas vel minimum rependere omnino deſpero; ni forte CÆSAREA MAIESTAS TVA *humaniſſimas aures inclinare dignetur enixis precibus meis: quibus oro*

Te

Te atque obſecro, ut hoc munuſculum meum in obſequii & grati animi pignus, aequi bonique facias & libenter excipias: meque Tibi undequaque devinctum, AVGVSTISSIME CAESAR, *ſub umbra alarum Aquilae tuae protegere non dedigneris.*

Florentiae Kal. Febr. CIↃ. IↃ. CCLII.



L. M. Weber Fl. inv et sculp

PRAE-



Zocchi del. F. Bartolozzi sculp

PRAEFATIO



BIBLIOTHECAM MEDICEO-LAVRENTIANAM, Civitatis Florentiae, Etruriae principis, singulare decus atque ornamentum, hoc nomen suscepisse compertum est, ex duplici capite. Primo, ex MEDICEAE Familiae Heroibus, in eadem urbe inter primates minime secundae: qui scilicet illam in propriis aedibus, post renovatas Litteras ab eiusdem urbis civibus, ineunte saeculo xv. in publicum usum dedicarunt, ac fere per totum idem saeculum auxerunt & compleverunt: quae ideo BIBLIOTHECA MEDICEORVM DOMESTICA nuncupata fuit: sicuti eandem *Albertus Advogadrius* (de quo inferius dicendum) hoc carmine expressit:

Ob mira in tectis Bibliotheca suis!

Secundo; quod, quum post illius lacrimabile fatum ex direptione & dispersione Librorum omnium, atque deinde eorumdem recuperatione, ne in posterum eidem subiaceret periculo, sed adservaretur illaesa, in communem FLORENTINORVM utilitatem in Claustro Laurentianae Basilicae deposita fuerit, donec in eo aptus dignusque locus construeretur: quo completo, Codicibusque ibidem repositis, BIBLIOTHECAE MEDICEO-LAVRENTIANAE nomen suscepit. Initii autem tam praeclarissimi facinoris laus & gloria, tota quanta est, in COSMVM MEDICEM *Iohannis filium* refunditur. Excogitavit namque vir hic prudentissimus, quonam pacto firmissimum propugnaculum opponi posset, ne iterum Ignorantia, Barbariei proles, reviviscens, denuo suum tyrannicum arriperet imperium: neque fortiorem validioremque excogitari posse ratus obicem, quam publicas Bibliothecas, selectissimorum librorum de unaquaque scientia & arte tractantium, refertas, ex quibus antiquorum sapientium doctrina, per tot saecula examinata, purissima exhauriretur, COSMVS igitur, difficillimis suis temporibus, quibus videlicet Ars Typographica nondum exorta fuerat, vel quinque insignes Bibliothecas, Manuscriptis Codicibus tantummodo abundanter instructas, erexit: idque fuit praedicto saeculo xv. inchoato Ipse enim, vix ex ephebis egressus (natus quippe fuit anno MCCCLXXXIX.) statuit, una

cum LAVRENTIO fratre suo, & ipso litteris dedito [1], sibimetipsis & amicis Lyceum domi construere; proptereaque opus esse Codices Manuscriptos ex omni genere inquirere, aliosque egregie & diligenter transcribendos curare. Ex his [praeter alios haud paucos absque ulla temporis scriptionis nota in nostro Catalogo suis locis ex consuetis COSMAE signis indicandis] tres adhuc caeteris omnibus antiquiores in hac nostra BIBLIOTHECA visuntur Codices, in Pluteo LXIII. repositi, sub numeris 4. 5. & 6. tres *T. Livii Decades* continentes, a *Iohanne Arretino* pro COSMA de MEDICIS *Iohannis filio* exarati anno MCCCCXII. & in Plut. LXVI. num. 13. *Iustini Epitome Pompei Trogi*, ab eodem *Iohanne* exscripta pro laudato COSMA anno MCCCCXVII.

PRIMA itaque BIBLIOTHECA fuit DOMESTICA, hodie MEDICEO-LAVRENTIANA, de qua suo loco dicendum erit.

SECVNDAM vero eam recensemus, quae in Agro MVGELLANO sita est, in loco, qui vulgo dicitur IL Bosco A' FRATI, h. e. in Coenobio S. FRANCISCI de Bosco, in quo degunt MONACHI, qui de OBSERVANTIA nuncupantur. Hanc BIBLIOTHECAM, una cum Coenobio & Ecclesia, COSMVS & LAVRENTIVS *Iohannis* FF. atque unanimes Fratres, circiter Ann. MCCCCXXX. aedificaverunt, eamque Codicibus optimis instruxerunt. Et id, arbitror, ex propinquitate paterni ruris, CAFAGGIVOLO dicti, ubi haud raro, ad animi levamen, diversari consueverant; ut cum religiosis viris (quorum consuetudine ambo praecipue delectabantur) colloquia conferrent: itemque tyrones Coenobitae in illa solitudine studiis sacrarum litterarum addicti, libris ad eam rem pertinentibus, non indigerent. At ut humana omnia temporum vicibus subiiciuntur, ac libri praesertim; ita huiusmodi fato huiusce BIBLIOTHECAE MEDICEI Codices succubuerunt. Quare credendi sunt nonnulli deperditi, alii distracti: & qui modo supersunt, numero fere XII. admodum detruncati maleque affecti intuentur. Veruntamen omnes venerandae sunt antiquitatis: ac, ut existimo, XIII. saeculo vel anteriore, exarati fuerunt. Eorum Indicem afferam, necnon donationis notam. Omnes sunt membranacei, MSS. in fol. max. cum Mediceis insignibus, in mediis tegumentis adfixis, in lamina ex aurichalco perforatis pilis, modo sex, modo vero octo.

I. & praestantior est EXPOSITIO S. AVGVSTINI IN EVANGELIVM IOHANNIS donatus a COSMA & LAVRENTIO anno MCCCCXXXIII. Scriptoris huius Codicis, & Donationis notam publici iuris facere haud erit iniucundum. Hanc aere incisam exhibeo in sequenti Tabula; itemque compendiariam Scripturam, non omnibus lectu facilem, enucleatam heic praebeo.

EXPLICIT EXPOSITIO
AVRELII AVGVSTINI IN EVANGELIVM SANCTI IOHANNIS
SCRIPTOR ARETINVS
PERFECERAT HVNC GERARDINVS
ILDEBRANDINVS PRETIVM
PERSOLVERAT HVIVS
QVEM CELI FACTOR BENEDICAT
TEMPORE CVNCTO.
MCCCCXXXIII. HVNC LIBRVM
VIDELICET AVGVSTINVM
EXPOSITOREM EVANGELII IOHANNIS
COSMA ET LAVRENTIVS IOHANNIS
DE MEDICIS NOBIS FRATRIBVS
ECCLESIAE SANCTI FRANCISCI DE BOSCO
DEDICAVERVNT.

II.

(1) *Antonius Pacinius*, vulgo *Antonius Tudertinus* appellatus, in funebri Oratione de LAVRENTIO MEDICE, quae MS. in quodam Cod. membr. in 4. sign. I. VI. 234. apud Cl. V. *Gabrielem* ex Marchionibus *Riccardiis*, ac Florentinum Canonicum Subdecanum adservatur, haec de LAVRENTIO refert: *Erat enim ditissimus agri, ditissimusque auri, atque pretiosae vestis, & universae supellectilis, signis, tabulis pictis, vasis caelatis, margaritis, libris mirum in modum affluit.*

EXPLICITEXPOS

AURAGIINEUSSCIO

SCRIPTORARETIN

P FECERATHUNCGRARONIU

ILDEBRANDNPTIU

PER SOLEIRATHUIUS

QUEM CELIFACTRBENEDICAT

TEMPORECUNCTO

MCCCCXXXIIII HUNC LIBRU

UIDELICET AUGUSTINUM

EXPOSITORE EUANGELII IOHS

COSMA Z LAURENTIUS IOHIS

DE MEDICIS NOBIS FRIBUS

ECLIE SCI FRANCISCI DE BOSC

DEDICAUERUNT

II. & III. Biblia Sacra, in duo Volumina distributus; sed simili donationis nota signatus Anno mccccxxxviii.

IV. Expositio Evangelii Matthaei, cui titulo recentiori manu adpositum fuit, esse D. Remigii. Eodem anno ex subscriptione donatus apparet.

V. Tractatvs S. Ambrosii Episcopi Mediolanensis in Evangelivm S. Lvcae. Item eodem Anno donatus.

VI. & VII. Homiliae diversorvm PP. in Evangelia per annvm. Eodem anno donati.

VIII. Absque Titulo; sed continet Acta Sanctorvm, de quibus anniversaria celebritate commemoratio agebatur, atque eorum Nataliтiis legebantur in Ecclesiis, quae Baronivs in Adnotationibus ad Martyrologium Rom. Nonis Februariis asserit, a vulgo appellata esse Passionalia seu Sanctoralia. Incipit a Passione S. Andreae Apostoli. Hic quoque eodem anno donatus, in eoque recentiori manu adnotatum fuit, extitisse *Plebis Castri Florentini*.

IX. Concordantias Biblicas continet, eodem anno donatus: scriptum tamen arbitror praecedenti saeculo xiv. In Donationis nota fit mentio Sanctorum Familiae Mediceae, vel ab iis temporibus, Patronorum; quum ibi legatur: *Ad honorem SS.* Francisci, Ioannis, Lavrentii, Cosmae *&* Damiani, *ac* Petri Martyris.

X. Sermones Sacri Incerti Auctoris, eodem anno donatus.

XI. Svmma de Casibvs Conscientiae Fratris Bartholomaei de Pisis. In fine legitur Cosma *Iohannis de* Medicis *hunc librum Pisanelle scribere fecit pro Ecclesia Sancti Francisci del Bosco de Mucello, in Anno* mccccxliv. Notandum, quod heic reticetur Fratris Lavrentii nomen, eo quod iam obiisset, anno scilicet mccccxxxx.

XII. Missale Romanvm, sed valde obsoletum & imperfectum, ut nulla in eo supersit adnotatio. Totidem alii tamen MSS. Codices in hac Bibliotheca adhuc continentur, velut duo Homiliarvm diversorvm Sanctorvm: tres Sermonvm sacrorvm, aliique pauci, qui recentioris sunt aetatis: ac forte post Cosmi obitum transcripti.

Tertiam Venetam appellamus; quod scilicet Venetiis erecta fuerit in Monasterio S. Georgii maioris, quum in ea urbe exularet Cosmvs, ut *Georgius Vasarius* enarrat T. I. P. II. pag. 340. in Vita *Michelozzi Michelozzii*, Architecti celeberrimi, qui illius aedificii formam delineavit. Hanc autem Bibliothecam, una cum omnibus suis Codicibus, penitus interiisse, iamdiu mihi credendum fuerat; quum vel ipsi Monachi, in eodem Monasterio degentes, aliquot ab hinc annis, per communes amicos interrogati, an adhuc ibidem Bibliotheca Medicea existeret; neque quod extiterit, neque quod extet, se scire fassi sunt; dubitare tamen, in universali Coenobii incendio, consumtam fuisse: quod historicae veritati adversatur; nam incendium illud excitatum fuit anno mccv. ut *Sansovinus* refert (2), adeoque duobus et amplius saeculis Cosmi adventum *Venetias* antecessit. Sed voti compotem me fecit noster praeclarissimus, itemque eruditissimus Abbas Marchio Antonivs Nicolinivs, qui elapso Septembri ad eam urbem profecturus, ut huiusce rei, signis quibusdam sibi a me traditis, exitum inquireret, expostulatus; Ipse, ut est in omnes beneficus, ac faciles apud exteros doctosque viros aditus habet, *Venetias* adpulsus, duorum insignium Monachorum, *D. Iohannis Mauroceni*, atque *D. Iohannis Baptistae Merati* opera ac solertia requisita; ab iisdem obtinuit pro singulari eorum in rem litterariam, atque in suae religiosae domus antiquitates, amore; ut Archivi forulis diligentius reclusis, parietibusque ac ligneis opificiis perscrutatis; binae Ianuae postes, ac Monasterii quidam Annales adinvenirentur, ex quibus regiae Cosmi magnificentiae monumenta indubia deducta sunt. Annales illi D. Fortvnati Olmo sunt opus; qui ineunte saeculo xvii. floruit. Verum in iis nulla Cosmi mentio facta fuit; quum inibi antiquiora Bibliothecae Mediceae Monumenta sint de anno mcccclxvii. tribus scilicet annis postquam ipse Cosmvs e vita migravit. Eo enim tempore, disserens Chronista de *Theophilo* Abbate, haec habet. *Hunc* Ioannis Vrsini Lanfredini *familiaritate plurimum usum perspicio, illectosque e* Medicea *Florentinorum familia praeclarissimos patricios, qui a patria*

(2) Franc. Sansovinus *in Venetiarum Descriptione*, Italico idiomate pag. 81. *enarrat*, illud incendium eo anno 1205. excitatum fuisse ex mandato Venetiarum Ducis *Petri Ziani*, propter filii sui necem, a canibus eiusdem loci dilaniati.

tria ob intestina bella Venetiis *exulabant, deinde locum Bibliothecae, in Insula augustissimi sane operis, erexisse.* Ac postea ad annum MCCCCLXXIII. enarrationem prosequitur tali pacto. *Quo tempore mirabilis* BIBLIOTHECAE *Aula* Io. VRSINI LANFREDINI *universorumque ex* MEDICEA *Familia Patriciorum, qui* Venetiis *tunc morabantur, liberalitate egregia in optimam structuram deducta est.* Et demum memorata maxima auri summa a MEDICEA Societate, ab anno praedicto MCCCCLXVII. ad MCCCCLXXVIII. elargita, *ut ferme* (inquit) *integrum volumen ex eis dumtaxat contexere; quae, qualis quantaque fuerit, ratiocinationum libri luculentissimis memoriis obtestantur. Expressere eorum temporum Monachi Illustrissimorum eorum Principum beneficia, qui, capite ipsius Bibliothecae, perfecto ad plenum aedificio, ultimis monumentis tantam rem, nullis obliterandam temporibus, sic posteritati in perpetuum commendandam iussere.*

SOCIETATI MEDICEAE
APVD DEVM
FRATRES ET STVDIOSI OMNES
LINGVIS ANIMISQVE
FAVERE TENEMVR
QVOD SVA IMPENSA
LOCVM BIBLIOTHECAE
OMNI CVLTV ET ORNATV
IOANNE LANFREDINO SOCIO
FACIVNDVM CVRAVIT.

Quae quidem inscriptio & ipsa cum BIBLIOTHECA periisset, nisi eam OLMO in suis Annalibus servasset incolumem. Ex his apparet, COSMVM, qui unico tantum anno *Venetiis* moratus fuit, inchoasse quidem suae BIBLIOTHECAE aedificium: et in Patriam deinde revertentem, construendi, complendique negocium suae mensariae Societati, cui LANFREDINVS praeerat, donec opus perficeretur, demandasse: quod quidem; quum usque ad annum MCCCCLXXVIII. perdurasset, PETRVM filium, ac LAVRENTIVM nepotem superstites, prosecutos fuisse non est dubitandum. Quale autem, quamque magnicum fuerit, idem OLMO, qui suis oculis illud aspexit (permansit enim intactum usque ad annum MDCXIV.) fatetur his verbis: *Aedificio circum extabant interius* MEDICEORUM (3) *Insignia: vidimusque ipsi ad nostra usque tempora consistentem mirabilem iuncturam, omni arte erectam, aureo tecto, tabulariis, parietibus, varia pictura fabrefactis scamnis, atque ornatu omni splendidam: quae universa deinde* anno MDCXIV. ANTONIO ZVFFO *res Coenobii moderante, augustiora futura, ad interitum usque eversa fuere.* O deplorandam iacturam! (pace bonorum dixerim) atque commiserandam! Athenaeum, omnibus numeris quadraginta annorum spatio & amplius absolutum, maximaque COSMI MEDICEI impensa, post centum octoginta & unum annos a suo exordio, ut locus novo Claustro, ab ANDREA PALLADIO delineato, daretur, ictu oculi aequatur solo: & quod magis dolendum, omnibus Codicibus, ibidem repositis, dispersis, ut ne unus quidem hodie in nova Bibliotheca reperiatur cum MEDICEIS signis; sicuti praesentes testantur Monachi. Nequaquam autem arbitrandum est, tam insigne, speciosumque aedificium construendum excogitasse COSMVM: & scamna pro Codicibus, utique manuscriptis, iuxta sui temporis Bibliothecarum consuetudinem, adposuisse: neque deinde huiusmodi Codicibus replevisse. Indubium est enim BIBLIOTHECAM cum Libris instituisse COSMVM: idque eruitur ex auctoritate SCIPIONIS AMMIRATI, rerum MEDICEARVM Scriptoris accuratissimi, qui suorum Opusculorum Tom. III. in COSMI descriptione adfirmat, ipsum multis bonis & optimis Libris eam replevisse (4). Antiquior tamen testis, *Laurentius Schraderus Halberstadensis Saxo* in suo


(3) Huic adsertioni adstipulatur Sansovinus loc. cit. pag. 82. qui haec scripsit, an. 1581 *Non è punto inferiore a qualsivoglia altra della Città (i. di Venezia) la Libreria di questi Monaci: la quale fu fabbricata da Cosimo de' Medici, quando fu confinato a Venezia dalla sua Repubblica, dove si veggono le Insegne delle Palle.* Et idem OLMO, supra v. 5. post verba *deducta est*, subdit in archetypo: *Rem quoque* Sansovinus *agnovit*.

(4) Scipio Ammiratus in Opusculo, cui titulus, RITRATTI D' VOMINI ILLVSTRI di CASA MEDICI haec habet: Me-

ſuo Opere *Monumentorum Italiae*, *Helmaeſtadii*, anno MDXCII impreſſo, inter praecellentes *Venetiarum* Bibliothecas, hanc *S. Georgii Maioris* enumerat, pag. 291.

Sed praeſtat quaedam de antiquis Ianuae foribus, ſolis reliquiis tam magnificae BIBLIOTHECAE adhuc exiſtentibus, advertenda exponere; quare heic ipſarum forium ichnographiae exemplum diligentiſſimum, huc *Venetiis*, una cum iam relatis monumentis, tranſmiſſum, exhibemus; hae ſiquidem COSMI ſtemmata & emblemata evidenter praeſeferunt.





Hae

Moſtrò COSIMO *infin nell' eſilio la grandezza dell'animo ſuo: perciocchè menato ſeco a Venezia Michelozzo, chiaro e famoſo Scultore & Architetto di quei tempi, gli fece fare a ſue ſpeſe nel Monaſtero di S Giorgio Maggiore, luogo de' Monaci Neri* di S. Giuſtina, *una belliſſima Libreria, la quale non ſolo ornò di muraglie, et di ſimili coſe a tal meſtiero appartenenti; ma di molti et ottimi libri la riempiè, ſtimando, che quella foſſe vera gloria, la quale andaſſe congiunta con la pietà della Religione, con l' ornamento delle lettere, e con preſtare comodità agli arteſici di divenir tuttavia più valenti, e più eſercitati.*

Hae igitur fores, ad Brachii Florentini menſuram (quod dividitur in ſolidos xx. quorum quilibet in denarios xii. ſubdividitur, iuxta typum Brachii, ad Tabulae ſiniſtrum latus adpoſitum) altitudinis habent brachia iv. ſolidos ix. denar. x. latitudinis vero, ambae clauſae, brachia ii. ſ. viii. d. vi. Materia eſt lignum, ut creditur nuceum, naturali colore ſervato, ſed vetuſtate caſtaneo fuſco adſimile, Opere teſſellato Phrygioque, ex lignis, pro formae opportunitate modo roſaceis, modo nigris exornantur; excepta tamen ſuperiori parte, quae in parallelogrammo rectangulo, rete, funibus aeneis viciſſim innexis, contextum, intuitum admittit & ingreſſum removet. Quodlibet retis ſpatium, rhombi ad inſtar, Annulus cum Adamante, praecipuum Cosmi ſymbolum, occupat. In media utraque fore duo huiuſmodi Annuli penduli pro cornice adhuc viſuntur: quos inauratos fuiſſe cuilibet inſpicienti nunc quoque late patet. In inferiori parallelogrammo, opere item teſſellato, Liliorum vas, forte inſigni Florentinae Reipublicae alludens, delineatum exhibetur. Similia vaſa in poſtibus ſacrarii Feſulanae Abbatiae eodem opere hucuſque inſpiciuntur: quod aedificium, Eccleſia ſc. & Monaſterium, ex Cosmi mandato fuit erectum, atque a Petro F. completum. Vnaquaeque foris duplici fimbria decoratur, altera maiore, minore altera. Maiores ſunt quatuor: binae & binae, ad caput & ad calcem poſtium, tranſverſa deductae. In iis, praeter Phrygium opus, notandus idem Annulus: ex quo exſurgunt tres veluti frutices, admodum tamen antiquitate detriti (putaſſem extitiſſe forſan pennas;) duas enim adhibuiſse in Annulo inſertas fertur Cosmvs; ſed fideli teſte ſum expers; Lavrentivm vero nepotem tribus pennis, in Annulo ſuſpenſis uſum fuiſſe certiſſimum eſt [4]. Fimbria minor, eodem opere teſſellato & Phrygio fores totas, & parallelogrammos ab omni latere circumdat; in laterali autem dextra ſiniſtraque a ſurſum uſque deorſum, hoc ordine repraeſentantur ſtemmata Medicea, ideſt ſeptem Pilae, quarum ſex albeſcentes in gyro ex forte rubeo decolore: Septima media ſubnigra, item ex caeruleo: & id omne ex vetuſtate conſumtum. Caeruleam quippe pilam cum aureis tribus liliis, Petrvs, Cosmi f. adhibuit, ut infra dicetur. Secundo loco delineatus eſt Sol: deinde viciſſim iterantur haec ſigna, ſex vicibus in unoquoque latere, excepto loco, ubi adfixi ſunt annuli pro cornice, ut ex prototypo apparet. Sole fortaſſis pro emblemate uſus eſt Cosmvs, ut ſuum indicaret exilium, quod ſcilicet autumaret ſui ſplendoris occaſum in patrio caelo haud duraturum, quum unius anni ſpatio, ſicut Sol, qui unoquoque die occidit, altero ſplendidior renaſcitur: quod re ipſa factum fuit. Et haec ſunt, quae de tanta Bibliotheca ſuperſunt: ex quibus, velut ab ungue leonem, Cosmi regia magnificentia diiudicatur.

Quarta, Marciana dicta, Florentiae in Coenobio S. Marci, Congregationis de Obſervantia S. Dominici nuncupatae, teſte eodem Vaſario p. 343. curante eodem Michelozio, atque anno mccccxl. initium habuit, & quadriennio completa, libris pulcherrimis, praefato Scriptore aſſerente, referta, & ſane plurimis; quum lxiv. Pluteis inſtructa fuerit. Quot quibuſque Codicibus ditaverit Cosmvs Bibliothecam Marcianam, Annales cuiuſdam ſynchroni Scriptoris eiuſdem Ordinis adhuc exiſtentes, mecumque communicati, ſatis demonſtrant. Illis hic titulus adpoſitus ita effertur: Annalia conventvs s. marci de Florentia almi praedicatorvm ordinis ab illivs receptione ab anno videlicet mccccxxxv. per tempora sibi ivgiter svccedentia recvperata ex confvsa vetvstate anno incarnationis dominicae mdix. Horum pars, quamvis lingua triviali atque obſoleta conſcripti ſint, quum Hiſtoriae Litterariae eorum temporum haud parum deſerviant, curioſo Lectori fortaſſis non erit ingrata: adeoque aliquam ipſorum partem, prout iacet, hoc in loco inſerendam exiſtimavi. Haec igitur ibi leguntur: Circa quam (i. Bibliothecam) „ *Notandum, quod Libraria ipſa completa fuit in aedificiis, & banchis, atque armariis circiter annum Domini* mccccxliv. *cum* lxiv. *banchis, ut dictum eſt: & tunc temporis fuerunt poſita in dicta Libraria in catenis ultra quadringenta volumina librorum, inter Graecos & Latinos. Cuius pleniore declaratione notandum eſt; quod quidam civis* Nicolavs *de* Nicolis *nomine, qui habebatur ab omnibus valde doctus, praeſertim in lingua Romana, & Graeca, ac Poëſi, praecipuuſque Hiſtoriographus, habebat in ſua Libraria multos Libros, et forte perveniebant ad numerum*

[4] V. Paulum Iovium ſuo Opere inſcripto: *Dialogo dell' Impreſe Militari, et Amoroſe. In Lione per Guglielmo Roviglio.* 1559. in 4. pag. 44.

rum Voluminum sexcentorum & ultra, ut apparet per quaedam Inventaria, post mortem eius reperta: qui ad mortem deductus omnes suos Libros praedictos reliquit in potestate XVI. *nobilium Civium, qui dictos Libros deberent ponere in quodam loco communi, secundum discretionem ipsorum, ad communem utilitatem studiosorum. Nomina autem illorum* XVI. *Civium sunt infrascripta, videlicet:*

1. COSMAS &) *Iohannis de* MEDICIS, *huius Conventus structores.*
2. LAVRENTIVS)
3. D. LEONARDVS ARRETINVS, *Cancellarius Dominationis Florentinae.*
4. D. CAROLVS ARRETINVS, *Cancellarius Dominationis Florentinae post supradictum.*
5. D. GIANNOTTVS MANETTVS *Miles.*
6. *Magister* PAVLVS *Magistri* DOMINICI *Medici.*
7. *Ser* PHILIPPVS *Ser* VGOLINI *Notarius Provisionum Palatii.*
8. DOMINICVS *Leonardi* BONINSEGNE *dictus del* MATERAZA.
9. FRANCHVS SACHETTVS.
10. D. VILIELMINVS TANAGLVS *Doctor ac Miles.*
11. NICOLAVS *de* GORIS.
12. ALOYSIVS &) *de* LAPACCINIS *Nepotes dicti* NICOLAI *ex parte Matris.*
13. FRANCISCVS)
14. NICOLA D. VERI *de* MEDICIS.
15. D. PODIVS *Cancellarius Dominationis Florentinae post D. Carolum Arretinum.*
16. *Frater* AMBROSIVS *Generalis Camaldulensis Ordinis.*

Qui omnes post multas practicas concordarunt, ut qui vellet dictos libros habere, & ponere in aliquo loco communi, teneretur solvere omnia debita hereditatis. Fuerat enim praedictus NICOLAVS *semper sine uxore, & sine liberis, pauper satis opibus, sed dives ingenio, & librorum copia. Hinc est, quod* COSMAS *praedictus dictos libros petiit, ut ponerentur in Libraria huius Conventus, quam ipse construxerat, ut dictum est; obligans se ad solvenda debita hereditatis: ad quod consenserunt reliqui Cives, retinentes libertatem usus dictorum librorum, ut scilicet Fratres non possent eis denegare, cum vellent de praedictis libris unum vel plures, mutuo recipere. Et sic confectum fuit instrumentum per manum publici Notarii, nomine . . . . quod quidem Instrumentum remansit apud* COSMAM. *Non tamen omnes libri praedicti* NICOLAI *tunc assignati sunt Fratribus; sed omnes consignati fuerunt, qui scripti sunt in Inventario Librorum Librariae, in sorte Librorum, qui dicuntur de hereditate* NICOLAI *de* NICOLIS: *& illi etiam non omnes simul, sed diversis vicibus positi fuerunt, secundum quod nobis redditi & assignati fuerunt. Et ad pleniorem cognitionem & distinctionem dictorum Librorum, in principio cuiuslibet Voluminis scriptum est, quod habiti fuerunt de dicta hereditate* NICOLAI *de* NICOLIS. *Reliqui Libri, qui paene omnes habiti sunt a supradicto* COSMA *de* MEDICIS, *empti pecuniis suis diversis temporibus: & plures etiam dictorum Librorum, quum non invenirentur venales, scripti fuerunt, & pretium ab eo solutum. Et pro pleniori certitudine sciendum, quod duabus vicibus misit speciales nuncios cum commissione paciscendi Libros venales: prima vice, eodem quasi tempore, misit* Senas *quemdam Bidellum, nomine* Petrum Bettucci, *cui sociavit Fratrem* Iulianum [Lapaccini] *Priorem: & emerunt multa volumina Librorum, quae posita fuerunt, & sunt in dicta Libraria: & sunt paene omnia, quae pertinent* ad Ius Canonicum, *& plures alii Libri diversarum Facultatum; ita ut pro illis tantum, qui tunc positi sunt & assignati in Libraria solverit quadringentos florenos aureos & ultra. Alia vice, Anno videlicet Domini* MCCCCXLVI. *de mense Ianuarii misit* Lucam *alium Bidellum nomine* Vespasianum Philippi, *cum praedicto* Fratre Iuliano: *& tunc etiam emerunt a Fratribus Minoribus, de consensu eorum Ministri Provincialis, & totius Capituli Conventualis, & Civium Syndicorum & Dominii dictae civitatis Lucanae, multa volumina Librorum, pro quibus solverunt Ducatos ducentos quinquaginta ad minus: de quibus Libris emptis confectum fuit Instrumentum, quod habetur, & servatur in deposito Conventus. Sed notandum, quod non omnes assignati & positi fuerunt in dicta Libraria, sed tantum illi, qui in dicto Instrumento punctati sunt, qui fuerunt valoris ducatorum ducentorum vel circa. Item notandum, quod* dicta *volumina assignata Fratribus, taliter de novo ligata fuerunt, ut satis breviori numero contineantur; nam in uno volumine colligata fuerunt, quandoque duo, quandoque tria secundum materias,*

&

& librorum quantitates. Hoc autem appofui, ut nullus credat dictos libros deperditos. Reliqua vero librorum volumina, in ipfo inftrumento notata, fed non punctata, dictus Vefpafianus *in fortem fuam accepit, & pro fe emit, atque inde pro libitu vendidit.*

Anno deinde MCCCCLIII. *menfe Septembri, in nocte D. Archangeli Michaëlis, in urbe & comitatu Florentiae, terraemotu validiffimo quatiente, innumera paene aedificia vel difiuncta, vel etiam ad folum proftrata funt: ex quorum horrenda ruina aliquot homines periere, cunctis huc illucque prae timore diffugientibus, ut fuga faluti confulerent* (5). *Invaluit is terraemotus horrendus per dies fere quadraginta, cum aedificiorum iactura, a qua Conventus is haud immunis extitit. Difcidia enim magna in cunctis fuperioribus habitationibus, atque in chori teftudine pertulit, fed Bibliotheca fere omnis disiecta eft. Quae omnia, etfi tunc* Cosmvs Petrvsqve *eius maior natus reparare polliciti fint; hoc tamen ad tempus aliquod, infra defcribendum, diftulerunt implere.*

Anno vero Domini MCCCCLVII. *exiftente Priore prima vice Venerabili Patre Fratre* Sancte Schiattefio, *Bibliotheca, Terraemotu femiruta, reparata fuit. Fuit igitur teftudo feu volta femicircularis, quae Bibliothecam mediat per longum ad maius robur & firmamentum, tota denuo reaedificata fuper trabibus hinc inde parietibus iunctis: intra vero ferreis catenis in columnis fubnixa & colligata: cuius & tectum omne ad maiorem altitudinem elevatum, quantum furfum a prima exteriori coronide lateritia percipi poteft: cui Bibliothecae caput ultimum adiunxit: quod & Graecam Bibliothecam denominavit; quod in ea Libri omnes pofiti fint, qui praeter Latinos habiti funt: quorum etfi aliqui Indica, Arabica, Chaldaica, Hebraicaque littera fcripti; maior tamen pars Graeci habentur. In ea etiam, cum novas feneftras vitreas, tum & vetuftate attritas reparari tunc fecit.* In hoc conclave paucis ab hinc annis univerfi MSS. Codices, qui adhuc in hac Bibliotheca exiftebant, translati fuerunt, ac in duobus magnis loculamentis repositi. Numero funt nongenti & quadraginta: inter quos, omnes fere Latinos, & nonnullos Italicos, permixti funt Graeci, & alii quidam Orientales: qui funt omnes circiter feptuaginta, quorum Index ufquemodo defideratur. R. P. D. *Bernardus Montfauconius* in Bibliotheca Bibliothecarvm T. I. p. 419. & feqq. Catalogum etiam huiufce Marcianae edidit; fed non completum; Codices enim in eo defcripti numerum tercentorum & quadraginta novem non excedunt: atque de Graecis, aliifque Orientalibus nulla ibibi fit mentio.

Recenfentur deinde ab eodem Hiftorico duae Manufcriptorum donationes, eidem Bibliothecae factae, ut infra: *Anno* MCCCCLXXVIII. Vefpafianus Philippi *Florentinus excellens Phyficus multos Codices MSS. Librariae* S. Marci *donavit*.

Anno MCCCCXCIX. *multos alios donavit celeberrimus* Georgius Antonius Vefpuccius, Canonicus Florentinus, qui deinde *in hoc Coenobio, Congregationi de Obfervantia D. Dominici nomen dedit.*

Ex hac hiftorica enarratione evidenter arguitur incomparabilis Cosmi oeconomia, non folum in aedificandis fuis Bibliothecis, verum etiam in ipfis replendis Manufcriptorum Codicum copia haud exigua. Nec tot adornare Bibliothecas Cosmvs contentus fuit, nifi eas etiam optimo ordine difpofuiffet: quod nondum ea tempeftate ab ullo alio curatum fuerat; quamobrem quum bene noffet, quanta eruditione tum Graeca tum Latina, & quanta rerum humanarum ac divinarum fcientia polleret Thomas *Sarzanenfis*, Familiae Albitiae, ut fertur, Alumnus, qui deinde, ad Pontificatus apicem evectus, Nicolavs V. appellari voluit; ab eo exactam Methodum Bibliothecae difponendae expoftulavit: qua poftea in ordinem redegit Marcianam, Fesvlanamqve Bibliothecas, ut ipfe Vespasianvs Leonardi (vulgo dictus *a Bifticci* (6)) eiufdem Thomae familiaris, in Commentario Vitae illius Pontificis refert: eaque methodus inter MSS. huius Bibliothecae Codices hucufque adfervari ferebatur, at deficiente in Marciana Indice exacto, praefto non erat curiofis omnibus eruditis Viris. Denique a me hoc anno, III. Id. Aprilis in Conclavi, a Cosmo pro Graecis,

§ § §

(5) De hoc Terraemotu V. Hiftoriam Scipionis Ammirati T. III. lib. XXII. pag. 77. & alias Florentinorum Hiftorias MSS.

(6) Verba Vefpafiani in vita Nicolai V. edita in T. XXV. Rerum Italicarum Mediolani MDCCLI. col. 279. haec funt: „ *Non era Scrittore gnuno nella Lingua Latina, del quale egli non aveffe notizia in ogni facoltà, in modo cioè, di fapere gli Scrittori, così Greci, come Latini. Et avendo avuto a ordinare una Libreria in tutte le facultà, non era chi n' aveffe notizia, fe non maeftro Tommafo. E per quefto* COSIMO *de'* MEDICI *avendo avuto a ordinare la Libreria di S. Marco, fcriffe a Maeftro Tommafo gli piaceffe fargli una nota, come aveva a ftare una Libreria. Mandogli un ordine, che fta in modo, che chi non ha avuto quello innanzi, per effer fatto con grandiffimo ordine, non può a buon' efito riufcire: e fcriffelo di fua mano, e mandollo a* COSIMO: *e così feguitò l' ordine fuo in quefte due Librerie di* S. MARCO, *e della* BADIA *di* FIESOLE.

cis, & Orientalibus Libris BIBLIOTHECAE adiuncto, ut supra dictum est, perscrutato dextero ex duobus magnis loculamentis, in tertia ex tribus contignationibus feliciter adinventa est, sc. in Codice, in primo gradu prope finem reposito, cui titulus VITAE SANCTORVM, ac sunt omnes Ordinis Praedicatorum, a FRANCISCO CASTILIONENSI Presbytero, nostrae LAVRENTIANAE Basilicae Canonico, elucubratae. Codex est chartaceus in 4. in cuius initio haec leguntur: *Index omnium Operum in eo transcriptorum*: deinde sequitur Amanuensis testimonium, quod sic se habet: *Iste Liber est Conventus S. Marci de Florentia Ordinis Praedicatorum ad usum Fr.* LEONARDI SERVBERTI *de Florentia, qui eum scripsit*. Methodus autem NICOLAI V. in praefato Indice tali pacto exhibetur: *Annotatio Librorum, qui ponendi essent in qualibet digna Bibliotheca, sicut designavit* NICOLAVS PAPA V. ad COSMAM de MEDICIS: *& vocatur* INVENTARIVM NICOLAI PAPAE V. Suo demum loco, h. e. pag. 193. huic Opusculo haec praefigitur Epigraphe: „ *Inventarium* NICOLAI PAPAE V. *quod ipse composuit ad instantiam* COSMAE *de* MEDICIS, *ut ab ipso* COSMA *audivi die* XII. *Novembris* MCCCCLXIII. *Ego Frater* LEONARDVS *Ser* VBERTI *de Florentia, Ordinis Praedicatorum, praesente R. P. Fr.* SANTE *de Florentia, Priore S. Marci Flor. eiusdem Ordinis*.

De huius BIBLIOTHECAE singulari praestantia, praeter innumera fere testimonia, quae brevitatis gratia reticentur, tria tantum adferam, utpote prae ceteris insigniora. FLAVIVS BLONDVS *Forolivienfis*, in *Etruria Illustrata*, sic fatetur: „ *Nec supprimenda sunt maxima, quae* COSMVS *Florentiae urbi addidit ornamenta: Monasterium celebre* S. MARCI, *in quo cum superbae sunt, &, ut aiunt, insanae extructiones ceterae, tum maxime* BIBLIOTHECA *alias superat omnes, quas nunc habet Italia*. „ Et FRANCISCVS CASTILIONENSIS haec ait in Epistola (7) ad D. ALEXANDRVM DE GONZAGA in obitu eiusdem COSMI scripta ex Plebe S. Appiani Vallis Elsae Kal. Septembris MCCCCLXIV. „ *Sed ut omittam Templa, Sacella, Monasteriaque in civitate forisque constructa: ut sacras vestes, Altariumque ornamenta tam amplo, tam magnifico parata sumtu praetermittam: ut etiam* MARCIANAM illam BIBLIOTHECAM, *tam gloriosam, tam ornatam, tot praeclarissimis, tum Graecis, tum Latinis refertam Codicibus non recenseam, quod ego sane opus maximum duco, & omnibus, quae ab eo gesta sunt, sive rei magnitudine, sive stabilitate, reliquis antepono; quid de illo, qui in eius mente situs erat Religionis cultu, dicendum esse censeamus?* Et iure quidem, quum in margine praedictorum Annalium pag. 9. haec legantur: „ *Summa expensarum Magnifici* COSMAE MEDICES *in structura huius Conventus extitit* XXXVI. *millium aureorum, praeter* CCCLXVI. *aureos, quos annuatim Fratrum commodis elargiebatur, & plura quaedam donaria* „ Demum ALBERTVS ADVOGADRIVS Vercellensis in suo Poemate Elegiaco DE RELIGIONE ET MAGNIFICENTIA ILLVSTRIS VIRI COSMI MEDICES FLORENTINI (8), sic cecinit:

Post cellas gravis iste labor numerare libellos
Quos duplici lingua BIBLIOTHECA *tenet.*
Ista tenet nostros: servat pars altera Graecos.
Quis poterit, quot sunt, enumerare libros?
Cum numerus tegat iste tuum, qui millia multa
Construis, & nummis, Rex Ptolemaee, tuis,

Reliqua, quae circa hanc BIBLIOTHECAM dicenda supersunt, inferius enarrentur oportet.

Quinta denique FESVLANA est, a COSMO, una cum Monasterio S. BARTHOLOMAEI ad Montis *Fesulani* radices, aedificata in senectute sua, aetatis scilicet anno LXXIII. ut ex inferius dicendis patebit. Ipsius locus haud est inventu difficilis; laudatus enim ADVOGADRIVS, in singulari Descriptione huiusce Abbatiae, advenas ceu manu deducens, eius Coenobii locorum omnium, qui ad Canonicorum usum apprime sunt necessarii, congruentes partitiones indicat; fingens enim COSMVM, prae manibus Monasterii scenographiam gestantem, itemque deambulantem designare artificibus, ubi eadem primaria loca construi vellet, eum sic dicentem inducit:

Post

(7) Haec Epistola servatur MS. in hac Bibliotheca Plut. LIII. Cod. XI.

(8) Hoc Poema duobus libris constans, habetur in Pl. XXXIV. Cod. XLVI. & editum fuit a *Clarissimo* Ioh. LAMIO in T. XII. DELICARVM ERVDITORVM; sed forte transcriptum ex Cod. COSMIANARVM COLLECTIONVM, positum in Pl. LIV. Cod. X. qui nonnullis erroribus scatet.

Post Portam mandat, fiatque hic Porticus ampla:
Hic Scalae: hicque gradus marmore primus eat.
Claustra dehinc signat, tantis sint passibus, atque
Arbor erit medio, sed Cyparissus erit.

Deinde post duo Distyca:

Hic volo stet Tonsor: stent sacra Capitula iuncta;
Hic locus est his, quos febris iniqua premit.
Verte pedem: hic fiat mando duce digna coquina,
Hic vas, quod lymphas praebeat aere manu.
Nunc venio ad sedes, capient quis fercula Patres
Omne procul lignum, ni Cyparisse, tuum.

Praetermissis tribus distychis sequitur

Hic scalae per quas itur loca summa petenti.

Ac demum post novem versus, in quibus de Cellis agitur; ita ad rem nostram.

Fine dato Cellis, nil deest; tamen omnia desunt,
(COSMVS *ait) spectans quid sua charta petat.*
Inde locum inspiciens, quem fors sua charta notabat,
Inquit, erit, iuro, dignius Orbis opus.
Hic volo: & est finis domui (mea dicta notate)
Digna suis fiat BIBLIOTHECA *libris.*

Ex his igitur carminibus arguitur, in suprema contignatione institutam fuisse hanc FESVLANAM BIBLIOTHECAM; fuit enim in extrema Monachorum Tyrocinii parte sinistra, sicut etiam modo videre est; ibi enim patet quadrata Aula, lumen accipiens a tribus fenestris dextrorsum, a tribusque sinistrorsum. Huic Aulae additum fuit laqueare ligneum, in quadratos aequilateres, picturaque exornatos distributum: in hisce mediis COSMI stemma septem pilis instructum: quamvis vetustate detritum, inspiciendum exhibetur: necnon idem stemma in antiquissimis ianuae foribus consumtum apparet. BIBLIOTHECA Pluteis xx. constabat: x. *ex parte Meridiei*, ac x. *ex parte Orientis*, ut in antiquo huius Bibliothecae Catalogo legitur, ipsius COSMI tempore conscripto, forte per errorem, quum extiterint Plutei in parte Boreali, & in Meridionali hinc inde dispositi, iuxta antiquam disponendarum Bibliothecarum methodum. Potuit etiam ea Pars *Borealis* appellari *Orientalis*; Sol enim ab ortu Aequinoctii Verni ad ortum Solstitii Aestivi percurrit Boream versus gradus circiter xxxiii. adeoque ea Pars improprie nuncupata fuit *Orientalis*. Codices erant fere ducenti, qui modo supersunt. Catalogus ille hunc praefert Titulum.

VOLVMEN.IN.QVO.SERIES.BIBLIOTHECE.
DIGESTA.CONTINETVR.QVAM MAGNIFI-
CI.COSMAE.LIBERALITAS.ATQVE.RELI
GIO.AD.EXCITANDOS.AD.VIRTVTEM
ANIMOS.ATQVE.AD.INGENIA.LITTE
RIS.ILLVSTRANDA.CANONICIS.RE
GVLARIBVS.IN.ABBATIA.FESVLANA.
SINGVLARI.MVNERE.DONAVIT.

Codex est membranaceus, eleganti charactere exaratus, in 4. saec. xv. Constat foliis 22. Verum haec BIBLIOTHECA quo tempore, Pluteis aliisque ornamentis spoliata fuerit, incertum est; translati tamen fuere Codices inferius in Conclave, quod dicitur Capitulum, in primo Claustro positum, atque ibidem adhuc

huc exiſtunt; &, ut puto, fere omnes: quod inter res memoria dignas enumerandum, nec non cum laude praeſertim Canonicorum praeſentium, ac praecipue ſingulari ſolertia D. ANTONII PALLAVICINII *Novarienſis* huius Monaſterii Prioris, atque tyronum Canonicorum Moderatoris: qui tanto amore in MSS. antiquos Codices flagrat, ut Catalogum completum huius BIBLIOTHECAE contexere ſtudeat, atque typis committere. Translata inſuper in hanc novam Librorum ſedem duo antiqua marmorea Monumenta rotunda, caeruleis foliis coronata, & in pariete ſupra loculamenta Librorum inſerta: quorum unum a dextris, ſcilicet a fronte, in qua media D. N. IESV CHRISTI Cruci adfixi Imago pendet: a ſiniſtris alterum; horum Exemplaria heic referuntur;

COSMVS
MEDICES QVAN
TVM OMNES SVAE AE
TATIS AVCTORITATE ET
DIVITIIS TANTVM PRVDEN
TIA ET PIETATE SVPERAVIT
VNDE NON MINVS PATRIAE
DECORIS ET GLORIAE QVAM
ILLA SIBI DIGNITATIS ET GR
ATIAE AFFERRE VISVS EST
CANONICI
RE. DE

AB
ORTV SALVAT
ORIS MCCCCLXII. TO
TAM HANC CVM OMNI
SVO ORNATV ET SVPELLEC
TILE MOLEM DEVICTA MONTI
S NATVRA COSMVS MEDICES P.
P. P. CANONICIS REG. PROPRIIS S
VMPTIBVS A FVNDAMENTIS E
REXIT QVOD IPSI AD GRATI A
NIMI TESTIMONIVM HIS LI
TTERIS POSTERIS MA
NDAVERE

In nonnullis Codicibus leguntur adhuc Donationis monumenta, a COSMO factae, eiuſdemque COSMI haud vulgaria Elogia: quorum aliqua refert laudatus LAMIVS in ſuo Opere de *Eruditione* Apoſtolorum pag. 281. cunctaque refert praefatus D. ANT. PALLAVICINIVS in ſuo Catalogo. Quantam autem auri vim erogaverit COSMVS in hoc conſtruendo aedificio, ac ſupellectilibus replendo enarrat PAVLVS MINIVS in ſuo Opere inſcripto: *Difeſa della Città di Firenze, e de' Fiorentini*: (9) quam vim tamen D. TIMOTHEO *Veronenſi* traditam, nonnulli affirmant ab hoc Canonico partim erogatam fuiſse in aedificio alterius Monaſterii in patria ſua: quod quum COSMVS reſciſſet, hilari animo accepto nuncio, ſubiunxiſſe fertur, ſe plurimum gaudere, pecuniam ab ſe datam pro uno conſtruendo Monaſterio, ſuffeciſſe duobus: quod tamen incertum eſt. Sed antequam ex hoc Monaſterio egrediar, quum in mentem redeat me ſuperius dixiſſe in deſcriptione forium ianuae BIBLIOTH. VENETAE pag. XV. me arbitratum fuiſſe, tres frutices, qui ex Annulo cum Adamante opere teſſellato inibi repraeſentantur, tres potuiſſe pennas iudicari, tantumque mihi notum fuiſſe, binas adhibuiſſe COSMVM; mihi modo fatendum eſt, tribus etiam pennis uſum fuiſſe; ſicut in huius Coenobii ſacrario, ab eo aedificato, manifeſtum apparet; in medio enim ὀπισθίῳ, ſeu *poſtergo* ſubſellii dextrorſum collocati, item teſſellato opere, inſignia COSMI pilarum VIII. & Annulus cum Adamante ac tribus inſtructus pennis cuilibet inſpicienti innoteſcit. Et hunc quidem Annulum cum tribus pennis, media viridis coloris, dextera albi, laeva rubei: in trium Theologalium Virtutum typum; *Spei* ſc. *Fidei*, & *Charitatis*; indubium eſt hoc emblema primo a COSMO aſſumtum fuiſſe; indeque a PETRO F. conſervatum: ac demum ad LAVRENTIVM, alioſque MEDICEOS tranſiſſe, ex picturis & ornamentis in multis hiſce Codicibus, tempore ipſius COSMI, & aliorum praedictorum elaboratis, late patet. Qua de re *Iovii* ſententia refellenda cenſetur, utpote veritati oppoſita: atque credendum, eos, qui in Annulo BIBLIOTHECAE VENETAE, appellati fuerunt *frutices*, ut dictum eſt, *pennas* fuiſſe.

Ve-

(9) M.ni Verba haec ſunt pag 222. COSMO de MEDICI, *chiamato il* VECCHIO *la fece edificare* (i. FESVLANAM ABBATIAM) *a riquiſizione di* D. TIMOTEO *di Verona, e vi ſpeſe dentro centomila ſcudi.*

Verum non quinque tantum Bibliothecas inſtituit COSMUS; conclavia enim quaedam, libris ſolum continendis aptata, aedificaſſe certum eſt in Feſulana Villa pro IOHANNE filio ſuo, ipſoque *Michelોctio* Architecto, ut *Vaſarius* habet T. I. P. II. cit. p. 343. (10) Hic autem IOHANNES, Muſarum ſtudiis & ipſe devinctiſſimus, a curandis Codicum tranſcriptionibus, Poetarum maxime, non abſtinuit: ex quibus aliqui in hac Bibliotheca inſpiciuntur a *Gherardo del Ciriagio* Cive Florentino exarati. Quum vero IOHANNES obiiſſet kal. Nov. anno MCCCCLXII. vivente adhuc Patre, lacrimas eruditiſſimorum virorum meruit, ac potiſſimum funebrem Orationem ab ANDREA ALAMANNIO elaboratam, quam cum aliis elucubrationibus, in hoc obitu in publicum prolatis, reperire fas eſt inter COSMIANAS COLLECTIONES: opus eſt in quo omnia, quae *Bartholomaeus Scala* in COSMI laudem colligere potuit, teſtimonia congeſſit, & ad MAGNIFICUM LAURENTIUM, eiuſdem nepotem tranſmiſit, ut in ſua Domeſtica Bibliotheca locum obtineret: hodieque in hac noſtra adſervatur, Pl. LIV. n. 10.

Ipſius igitur Patrem, tam vehementer in litteras propenſum, litterarum expertem fuiſſe minime credendum erit; ſed quanta eruditione, atque rerum ſcientia imbutus fuerit, plane intelligi poteſt ex MARSILII FICINI ipſius COSMI alumni, Epiſtola ad PETRUM eius filium, in ſuae Interpretationis Xenocratis Philoſophi Platonici de Morte Praefatione. Videndus etiam idem BARTHOLOMAEUS SCALA in Prooemio praedictarum COSMIANARUM COLLECTIONUM: qui de duobus inſignibus Bibliothecis, ex quinque a me ſuperius relatis, haec habet: BIBLIOTHECA *vero tum* MARCIANA, *tum* FESULANA, *quas tanto ſtudio curaque inſtituit, tot vel ab Inferis ipſis revocatis Auctoribus, atque ex omnibus gentibus, ubicumque latitarent, luci redditis, in eamque collatis voluminibus, neque Latinae modo aut Graecae Linguae, ſed & Hebraicae, Arabicae, Chaldaicae, nullis quidem ex antiquis debent videri inferiores.* De ſtudiis vero ſuis vel ab ipſa infantia in eodem Prooemio idem SCALA pergit „ *Quis unquam aut ingenio acriore, aut diviniore memoria fuit aut eſſe potuit? Quae quidem iam tum ab infantia ipſa excolens ad eam, quam nunc tantopere admirantur omnes fertilitatem bonitatemque perduxit. Quid enim non tentavit, modo aliquid in ſe haberet laudis, aut quid tentavit, quod non ſit feliciſſime conſecutus? Legit, audivit, vidit omnia. Nihil unquam excidit, quod cognoverit. Nemo diſputavit acutius, nemo verum invenit facilius, nemo quod invenit expreſſit commodius. Mirari licet confluentibus ad eum multis quocumque in genere excellentibus viris, (erat enim domus eius tanquam bonarum Artium quoddam Gymnaſium) mirari inquam licet, neminem unquam ab eo exiviſſe, quacumque tandem facultate excelluerit, quin fateatur doctiorem ſe a* COSMO *receſſiſſe, quam acceſſerit. Sive enim de Naturae obſcuritate tractaretur, ita omnes ſummo ingenio ſuo difficultates callebat, ut habuiſſe ſemper putes in manibus* Thalem, Pythagoram, Platonem, Ariſtotelem, Zenonem, Democritum *ceteroſque omnes quibuſcumque tandem in ſcholis paulo praeſtantiores fuerint &c.* „ Id omne confirmatur evidentius a FRANCISCO CASTILIONENSI, COSMI coaevo & amico in Epiſtola ad ALEXANDRUM DE GONZAGA ſuperius memorata pagina XVIII. in qua eius ſtudia tali pacto referuntur „ *Quanta erat in eo praeterea memoria rerum geſtarum, ſive noſtris temporibus, ſive ſuperioribus iam antea ſeculis. Nulla erat Romanorum Hiſtoria, nulla Sacrarum Litterarum, nullum totius Italiae monumentum, ſive Latina, ſive vulgari eſſet lingua conſcriptum, quod non legiſſet, & memoriter retineret; lectione enim, eaque latina, quam callebat (erat enim iam a prima aetate bonis litteris imbutus) plurimum delectabatur; verum in hac extrema aetate rebus ut plurimum ſacris, & Philoſophorum ſententiis operam dabat, quin & hoc extremo anno, quo vitam finivit, & Dialogos* Platonis, & Hermem Triſmegiſtum, & Ariſtotelis *Ethica videre voluit, illudque ſane in eo Viro non parva admiratione dignum fuit, tantum ſcilicet temporis lectioni contribuere, cum tamen infinita pene rerum agendarum multitudine premeretur, nihilque omnino omitteret, quod ad ſe ſeu publice ſeu privatim pertineret. Sed multa prae ſolertia breviter perfecteque abſolvebat: percipiebat rem ipſam, antequam tota eſſet enarrata, ſuccurrebant celerrima conſilia, reſponſa breviſſima.* Peculiare COSMI in perquirendis veterum Auctorum deperditis Operibus ſtudium & curam,

ſi, ut

(10) Vaſarii verba haec ſunt: „ *Per Giovanni figliuolo di COSIMO de' Medici fece a Fieſole il medeſimo Michelozzi un altro magnifico, et onorato Palazzo, fondato dalla parte di ſotto nella ſceſceſa del Poggio con grandiſſima ſpeſa, ma non ſenza grand'utile, avendo in quella parte da baſſo, fatto volte, cantine, ſtalle, tinaie, et altre belle, e comode abitazioni: di ſopra poi, oltre le camere, ſale, e altre ſtanze ordinarie, ve ne fece alcune per libri, e altre per la muſica.*

si, ut par esset, praedicare vellem, innumeris possem testimoniis comprobare; sed in immensum exurgeret oratio mea; verum hoc unice testetur vel B. *Ambrosii* opusculum *De Vocatione omnium Gentium*, quod credebatur amissum, atque ab eo repertum, quodque cum omnibus curiosis doctisque viris communicari curavit. Huius Opusculi exemplar in hac BIBLIOTHECA videre est, una cum aliis eiusdem S. Patris Operibus in Cod. IX. Pl. XIV. ad cuius calcem *Iohannes Franciscus Martius Geminianensis* Scriptor elegantissimus, haec notatu digna reliquit: *Qui diu perditus credebatur* De Vocatione omnium Gentium, *sacratissimi Doctoris* Ambrosii *Libellum. Clarissimus Vir* COSMA IOHANNIS de MEDICIS *transcribendi curam adhibuit*. Eadem ferme de COSMI eruditione, deque assidua, quam litteris operam dabat, & de eius BIBLIOTHECA DOMESTICA *Albertus Advogadrius* supra laudatus, in praefati sui carminis Part. II. Cap. ultimo pag. 50. *b*. Cod. XLVI. Pl. XXXIIII. supra in Notis relato pag. XVIII. cecinit hoc pacto:

„ *Iste colit Musas; colit hic quoque verba soluta.*
„ *Oh mira in tectis* BIBLIOTHECA *suis!*
„ *Nunc legit altisoni sparsim pia scripta Maronis;*
„ *Nunc Augustini sacra notata pii.*
„ *Aut ea, quae Cicero, Senecae moralibus atque*
„ *Insudat, memori mente notanda notans.*
„ *Interdum (nec fors semper sua pectora curis*
„ *Repleat) adveniant dulcia scripta iubet.*
„ *Et quando accedit Naso, vel quando Tibullus:*
„ *Aut priscis lectis, saepe moderna legit.*
„ *Atque novas laudat Musas, nova carmina spectans,*
„ *Dicit: habet faciles haec nova Musa modos.*

Verum universa, quae in COSMI laudem collegit SCALA, heic referenda forent; at, Deo favente, non diutius abscondita remanebunt. Adiiciam tamen pauca ex *Iohannis Michaelis Bruti* Historiae Florentinae Libro I. pag. 19. ubi haec leguntur: *In eo est in primis laudandus, atque adeo, quaecumque illi causa extiterit, cur hoc sibi agendum putaret; quod unus in Italia studia literarum provehere, literatos homines fovere, augere praemiis, omni genere honoris atque officii honestare instituerit. Id, quod vix magni Reges ausi & potentes essent.* Sed haec & alia ad rem nostram plenius eloquentissimus *Benedictus Averanius* in Oratione de Nuptiis Serenifs. Principum *Ferdinandi ab Etruria* ac *Violantis Beatricis e Vindelicia*, Operum suorum Tom. III. Orat. XII. pag. 65. seqq. ubi haec de COSMO luculenter expressa visuntur: *Quis virtutis admirator indictum velit* COSMUM *illum, Decreto Publico* Patriae Patrem *appellatum, quem Divina Providentia in ea urbe natum esse constat, quae maxime omnium semper acerrimis ingeniis abundavit; ut his fovendis, ornandis, alendis, intermortuas litteras excitaret? Additae sunt Viro, eiusdem consilio Numinis, ingentes opes, quibus ad Regum fortunam proxime accederet, & quod Reges neglexerunt & negligebant, bonas Artes instauraret: addita auctoritas, qua mortalium nemo potuit cum eo comparari: additum acerrimum judicium, qua quantum esset in quoque facultatis & ingenii ad Sapientiae studium celebrandum, promovendumque, dignosceret. Quibus ille, Dei muneribus fretus, rem saeculis omnibus inauditam intentatamque perfecit, ut Ars esset nulla, quae homine libero digna censeretur, quin ab eo ad vitam extincta revocaretur, aut lumen incrementumque susciperet. Neque ego haec, ornandi Viri causa, ignota profero, & incerta pro certis affirmo: testem cito cunctam Europam, &c.* Deinde: *Deus immortalis! potest ne quidquam dici magnificentius, excelsius, admirabilius, quam ab uno homine, sapientiam non afflictam, sed prorsus eversam, praeclaras Disciplinas, non iacentes, sed intermortuas, Eloquii splendorem, non obscuratum, sed extinctum, revocatum esse, & in antiquam dignitatem nitoremque restitutum? &c.*. Demum, quod ad rem bibliothecalem, haec in COSMI laudem profert: *Ille vetustos Codices, barbarae gentis iniuria perituros, Byzantio usque in Etruriam advectos, publicavit: Ille Graios, ad instituendam Graecis litteris Etruscam iuventutem, accersivit: ille doctis viris barbariem, quasi calamitosam quandam nubem, sese Europae superfundentem, fugientibus, & stabilem certamque sedem praebuit, & acerbissimae fugae solatia non poenitenda. Nec sensit*

Li-

Literatorum Respublica amissae Graeciae damnum, quum Athenae Florentiam commigrassent: & fuit potentior Cosmvs, *qui pari iure cum ceteris civibus censebatur, in bonis Artibus restituendis, quam innumerarum gentium succinctus copiis Barbarus in evertendis. Nam Barbarus non florentem studiis Graeciam, sed rudem, & paene omnis oblitam Disciplinae, inducta Barbarie, penitus efferavit:* Cosmvs, *non modo reliquias priscae Sapientiae, ab illo oppressas, conservavit, sed fovit, auxit, ornavit, & pristinam speciem recuperare nitoremque coëgit. Barbarus, in exigua Europae parte interitum Litteris, prope iam senio confectis, & vetustate labefactatis, attulit;* Cosmvs *in Europam fere universam reviviscentium suo munere nobilissimarum Facultatum lumen diffudit. Vicit ergo* Cosmvs *privatus Tyrannum Asiae, Europaeque victorem: & victoriae fructus est, quem non ad breve tempus Orbis terrarum, sed multis iam saeculis percepit, porroque percipiet Italia, & ceterae Provinciae, omni humanitate perpolitae.*

Vt autem ad Bibliothecam Domesticam a Cosmo excitatam redeamus, statuendum est, ab eodem fuisse collectos, ac pretio coemptos illos omnes Codices, qui aetatis notam habent, quique Cosmi annos non superant; propterea que inter eos numerandi sunt varii Codices, quos Christophorvs Bondelmontes ex Graecia Florentiam deduxerat (id fuit circa annum 1419) alii, qui ad Concilium Florentinum pertinent, ac Graecorum ea tempestate Scriptorum res continent: alii, quos Poggivs, aut sibi aut amicis in Bibliothecarum Galliae & Germaniae perscrutatione acquisiverat: alii, quos Ambrosivs Camaldvlensis, Leonardvs Arretinvs, Nicolavs Nicolivs, aliique coaevi collegerant, qui adhuc in nostra hac Bibliotheca adservantur. Sed praestat praecipue meminisse Codicum Gentis Sassettiae, qui quum circa annum mccccxlviiii. conscripti sint, numero fere l. verosimile est, a Cosmo Medice acquisitos fuisse. Tum Poggii Codices, qui circa annum mccccliii. conscripti ab ipso Poggio venditi fuerunt Iohanni Cosmi F. in Mediceamqve Bibliothecam invecti. Postremo Codices Colvccii Pieri Salvtati, qui anno mcccclx. notati sunt, ac deinde post eiusdem Iohannis obitum in Patris Cosmi possessionem transisse, ipsi Codices adhuc testantur. Aliud praeterea signum evidens ad Codices dignoscendos, iussu Cosmi exaratos, Stemma est Mediceum, quod infinito (ut aiunt) Pilarum numero, varie disposito, usque ad replendum Stemmatis scutum, vel alium locum ex ipsis, ut videre est in fimbria parallela sub coronide, quae pro basi inservit pyramidi sacrae Turris Ecclesiae D. Marci, supra nuncupati pag. xv. Iohannes Pater Cosmi, Pilas xi. disposuit in scuto, quod suffixit in fornice peristylii Reipublicae Pistoriensis Palatii cum hac epigraphe: Iohannes B.cci de Medicis a. sal. mccccviii. forte erat illius urbis & comitatus Praetor: eundemque numerum Filius Cosmvs adhibuit in inferiori margine pag. 62. Cod. xi. Plut. liii. huiusce Bibliothecae, cuius stemmatis clypeo exterius adfixae fuerunt litterae, a dextris C. a sinistris O. scilicet Cosmo. Ceterum Cosmvs, qui Pilarum numerum a vi. usque ad xi. in suis scutis, varie dispositum vel usque decem & octo diversis modis in Codicibus ac aedificiis suis repraesentavit; nullum ex his sibi magis selegit Insigne, quam illud septem pilarum, quarum una media, reliquae in gyro: atque illud octo, in quo binae superne, ceterae in formam trianguli aequilateris distributae deorsum. Identidem Petrvs Filius, Patris stemmata secutus, post eius obitum omnibus pilis rubei tantummodo coloris usque ad annum mcccclxv. ut inferius dicetur, usus fuit. Quae omnia exacte suis locis in hoc Catalogo recensebuntur. Denique pro colophone omnium, quae hucusque de Cosmo a me adlata sunt, singulare Numisma maioris moduli, ipsi ex aere conflatum, inspiciendum exhibeo. In eius anteriori parte Cosmi effigies, vivae simillima imagini, repraesentatur, cum lemmate magnvs cosmvs medices p. p. p. quas siglas, etiam in Marmore Fesvlanae Bibliothecae insculptas, ut supra pag. xx. sic interpretor, pater patriae primvs. In posteriori parte Mulier sedens, sub cuius pedibus legitur florentia. & in gyro pax libertasqve pvblica. dextera manu Globum, seu Pilam profert, vel in symbolum Mundi, cum vera Libertate nullatenus comparandi: vel ut aliqua pars Insignis Mediceae Familiae, usque ad Magnifici Lavrentii obitum Libertatis defensoris: sinistra tenet Oleae ramum, qui Pacem designat.

De-



Defuncto Cosmo A. D. MCCCCLXIV. successit Petrvs Fil. haud a Patre degener; imo per eum ipse felix; ut iam laudatus Ficinus loco supra cit. adfirmavit. Hic etiam Genitoris vestigia secutus, Latinis, Graecisque litteris callens, primo *Iohanne Argyropylo*, deinde ipso *Ficino* praeceptoribus, avidius elaboravit in procurandis plurimorum Codicum transcriptionibus, quo factum est, ut quamplurima volumina transcribenda curaverit characteribus elegantissimis, atque auro, minioque ornatissima, ut regiam magnificentiam sumtumque excedere videantur. Horum unumquodque (& amplius quam LX. enumerantur in hac Bibliotheca) inspicitur, huiusmodi picturarum pulchritudine, aurique intermixti splendore adeo refulgens, ut ad se intuentium oculos alliciat, mirificeque oblectet, ob servatum per tria ferme saecula ipsius auri collucentem fulgorem, ac si recenter fuisset adpositum. Ad dignoscendos Codices, iussu Petri Medicis transcriptos, & alia, sicut supra de suis genitore & avo dictum est, scire oportet, peculiare Petri Insigne esse primariam pilam rubram in caeruleam cum tribus aureis Liliis, in eadem adfixis, immutatam: quod Insigne, Regum Galliarum proprium, a Lvdovico XI. sibi elargito, suscepit Anno Domini MCCCCLXV. ut *Tirlettus*, Gallicus Scriptor testatur. Hoc Insigne filii, nepotesque usi sunt, duoque Pontifices Leo X. & Clemens VII. omnesque Magni Etruriae Duces, hodieque ea caerulea Pila inserta cernitur in S. C. M. itemque nostri M. E. D. stemmate. Idem stemma in marmore sculptum videtur super eiusdem Petri, fratrisque Iohannis Monumentum porphyreticum, aereis & marmoreis sculpturis affabre elaboratis exornatissimum, opera *Andreae Verrocchii* Florentini Sculptoris, in nostra Ecclesia collocatum, in Sacello Mediceo, sacrario contermino, in muri apertura, in qua altera pars ipsius Monumenti cum Inscriptionibus, quae anterioribus respondent, respicitur (11). Praeter praefatos Codices in Domestica Bibliotheca locatos, hodieque in nostram translatos, nonnulli etiam in Fesulana visuntur, inter quos adhuc superstites non reticendi sunt duo magnae molis, videlicet *Chronica Sozomeni Presbyteri Pistoriensis*, sed *Florentiae educati*, sicut ibi legitur in Tomo I. ad cuius caput Canonici Lateranenses, in grati animi signum hoc praefixere monumentum: Petrvs Medices Cosmi *Fil. ut paternarum rerum susceptor locupletissimus; ita & religionis ac pietatis eiusdem heres felicissimus, nobis Canonicis Regularibus insignem hunc Historiarum librum dono hodie dedit III. Idus Ianuarias MCCCCLXVI. cui caelestis, ac sempiterni praemii mercedem redde, Deus Optime Maxime, tuque, Dive Bartholomaee, qui huic Templo hisque Aedibus praesides.*

Anno MCCCCLXIX. post obitum Petri Familiae Mediceae gubernacula Lavrentivs Filius, Magnificvs nuncupatus suscepit: qui in amore erga litteras, politioremque litteraturam Genitorem, & Avum quodammodo superavit. Id totum adsequi ex se ipso non posse praenoscens, praeclarissimos socios studiorum suorum adhibuit, in omni fere doctrina versatissimos: quales fuerunt ex primariis Marsilivs Ficinvs, An-

(11) De hoc Monumento v. *Georgium Vasarium* in Vita eiusdem *Verrochii* T. I. P. II. pag. 482. ubi notandum est, Sacellum illud Medicevm, ad Christi Corpus servandum antiquitus dicatum, in adversa Ecclesiae parte ad idem officium loco designato, Sanctissimae Virginis Mariae Sacellum hodie nuncupari.

CHRISTOPHORVS LANDINVS, ANGELVS POLITIANVS, ac IOH. PICVS MIRANDVLANVS, nec non alii haud pauci, suas Aedes, Musarum ea tempestate domicilium & propugnaculum, incolentes. Quin immo ii omnes, non tantum LAVRENTII studiorum socii nuncupandi; verum etiam ipse potius Coriphaeus eorum, praecipueque in Etrusca Poësi, quam ex revivifcenre barbarie, post principes nostros Poëtas, Dantem atque Petrarcam, ipsius Poëseos Patres, ad pristinum splendorem, vel ab adolescentia, revocavit: novisque Carminum speciebus adinventis & adauctis ornatissime amplificavit. PICVS praedictus, Vir summi iudicii, & charactere primariae nobilitatis insignis, de hac re audiendus. In Epistola enim ad eundem LAVRENTIVM (12) haec habet: LAVRENTI MEDICES, *Legi Rhythmos tuos* (13), *quos, tibi vernaculae Musae per aetatem teneram suggesserunt: agnovi Musarum & Gratiarum legitimam foeturam; aetatis tenerae opus non agnovi. Quis enim in tuis Rhythmis & numerosa Versuum iunctura, saltantes ad numerum Gratias non persenserit? Quis in canoro dicendi genere & modulato canentes Musas non audiat? Quis in lepore non affectato hilari argutia, mellitis salibus, aptis illecebris miro candore in prudenti dispositione, in gravissimis sensibus, ex penetralibus Philosophiae erutis, adolescentem hominem agnoscat? Scio profecto, me non esse in hoc albo: nec eum, qui huc ascendam; id est ad iudicium rerum. Sed vellem dici posse extra suspitionem adulationis, quod de illis sentio; dicerem profecto, non esse veterum scriptorum, quem in hoc genere dicendi longo intervallo non antecesseris. Quod ne putes dictum ad gratiam, afferam tibi huiusce sensus rationes meas. Sunt apud vos duo celebrati Poetae Florentinae Linguae*, Franciscus Petrarca, & Dantes Aligerius: *de quibus illud in universum sum praefatus, esse ex eruditis, qui res in Francisco, verba in Dante desiderent. In Te, qui mentem habeat & aures, neutrum desideraturum: in quo non sit videre, an res oratione, an verba sententiis magis illustrentur; sed &c.* Deinde ad comparationem praedictorum Poetarum cum LAVRENTIO deveniens, PICVS suum argumentum mirum in modum confirmat, rationibusque corroborat. Quod vero Vir hic Clarissimus & singularis novas Carminum species adinvenerit, praeter dubium ab omnibus affirmatur. Bacchanalia Cantica, Regio ac triumphali Curru, Comitatu & Pompa exornata, ad suos exhilarandos Cives, ab acerrimo LAVRENTII ingenio excogitata, primo in publicum prodiisse, Scriprores omnes testantur (14). Item Cantiones amatorias rustico eloquio, atque ogdoadum metro, nec non alia quaedam, quae brevitatis gratia reticentur. Vt autem ad rem nostram redeamus: unaque, fastigium summi operis, in re litteraria a LAVRENTIO exantlati, attingamus, non praetereundum videtur, ipsum sibi proposuisse, gloriam Avi COSMI aemulandam, & Graecam Litteraturam ab eo excitatam, a Genitore PETRO adauctam, ab se plenissime perficiendam. Incredibile dictu est, quam multa in eo saeculo XV. perspicua nostrorum ingenia molita fuerint, ad rem Litterariam, in nostra Civitate restituram, confirmandam, augendam, ac pro viribus cum exteris nationibus communicandam. Id autem nullo pacto fieri posse eius aetatis prudentiores eruditi Viri sunt arbitrati, nisi Florentiae firmissima Schola, seu potius Academia, Graecae Linguae institueretur: quod quidem feliciter factum est; at quomodo & quando id fuerit susceptum, LEONARDVS ARRETINVS synchronus scriptor memoriae tradidit; in Libro enim *De Temporibus suis* (15), ubi enarrata prius armorum per Italiam suspensione, haec subdit: *Litterae quoque per huius belli intercapedines mirabile quantum per Italiam increvere; accedente tunc primum cognitione Litterarum Graecarum, quae septingentis iam annis apud nostros homines deserant esse in usu. Retulit autem Graecam disciplinam ad nos* CHRYSOLORAS BYZANTIVS, *Vir domi nobilis ac Litterarum Graecarum peritissimus. Hic obsessa a Turcis patria, Venetias mari delatus primo; mox, audita eius fama, invitatus benigne, ac postulatus, & salario publico affectus, Florentiam venit, sui copiam iuvenibus exhibiturus. Ego per id tempus Iuri Civili operam dabam; non rudis tamen ceterorum studiorum. Nam & natura flagrabam disciplinarum amore, & Dialecticis ac Rhetoribus non*

(12) V. hanc Epistolam inter Opera eiusdem Pici, editionis Venetae apud Hier. Scotum 1557. fol. pag. 61. tergo.

(13) Sub hac voce *Rhytmos* intelligit PICVS eas cantiones vulgo a nostratibus nuncupatas *Canzoni a ballo*: quae quidem non fuerunt a LAVRENTIO noviter inventae, sed renovatae; nam tam in Athenaeo, quem in Luciano reperitur vox ἐγκορχήματα, quae idem significat.

(14) V. *Adnotationes Cl. V.* Apostoli Zeni, *ad librum, cui titulis*: Bibliotheca dell' Eloquenza Italiana di Monsig. Giusto Fontanini, Arcivescovo d' Ancira. T 2 pag 83.

(15) Liber hic reperitur impressus in T. XIX. *Script. Ital. curante* CL. V Lud. Ant. Muratorio: nec non in nostrae BIBLIOTHECAE quatuor MSS Codd. adservatur, in Pluteo LXV. sub numm. 17. 18. 19. & 20.

segnem operam impenderam. Itaque in adventu CHRYSOLORAE *anceps equidem factus sum; cum & studium Iuris deserere flagitiosum ducerem: & tantam occasionem Litterarum Graecarum ediscendarum praetermittere, scelus quodammodo arbitrarer: saepiusque ipse ad me iuvenili motu inquiebam: Tu, cum tibi liceat* Homerum & Platonem & Demosthenem *ceterosque* Poëtas & *Philosophos & Oratores, de quibus tanta ac tam mirabilia circumferuntur, intueri, atque una colloqui, ac eorum mirabili disciplina imbui, te ipsum deseres atque destitues? Tu occasionem hanc, divinitus tibi oblatam, praetermittes? Septingentis iam annis nemo per Italiam Graecas Litteras tenuit: & tamen Doctrinas omnes ab illis esse confitemur. Quanta igitur vel ad cognitionem utilitas, vel ad famam accessio, vel ad voluptatem cumulatio, tibi ex Linguae huius cognitione proveniet? Iuris quidem Civilis Doctores passim complurimi sunt: nec te deficiet unquam discendi facultas; hic autem unus solusque Litterarum Graecarum Doctor, si e conspectu se auferet, a quo postmodum ediscas nemo reperietur. His tandem rationibus expugnatus,* CHRYSOLORAE *me tradidi tanto discendi ardore, ut quae per diem vigilans percepissem, ea noctu quoque dormiens cogitarem. Condiscipulos habui plures. Sed qui maxime profecerint, duos ex nobilitate Florentina,* ROBERTUM RUFFUM, & PALLAM HONOPHRII *Filium* STROZAM. *Erat insuper in eadem disciplina* IACOBUS *quidam* ANGELI, *qui auctor in primis fuerat* CHRYSOLORAE *arcessendi. Accessit quoque postmodum* PETRUS VERGERIUS Iustinopolitanus, *qui cum* Patavii *studio floreret, secutus* CHRISOLORAE *famam sese Florentiam contulerat ad eum audiendum. Ex his* ROBERTUS & VERGERIUS & IACOBUS ANGELI *me longe anteibant aetate,* PALLAS *erat ferme aequalis. Apud hunc ego Magistrum supra biennium fui institutus sane probabili atque optima disciplina. Tandem Imperatore Constantinopolitano in Italiam advecto, revocanteque ad se* CHRYSOLORAM, *abiit ille* Florentia, & Mediolanum *ad Imperatorem suum se contulit.* Verum ne fortasse quis dubitet ob CHRYSOLORAE discessum, statim exortam Graecam Linguam defecisse, neque novae scholae progressum per totum idem saeculum perdurasse, atque summopere adolevisse, ex infra dicendis late patebit. Auspice COSMO publica mercede Graecas Litteras Florentinam iuventutem edocuit IOHANNES ARGYROPYLUS (16) nec non AMBROSIUS CAMALDULENSIS, qui CHRYSOLORAE *Venetiis*, saeculo XIV. exeunte, discipulus fuit, idemque COSMAE amicissimus: neque per eadem tempora defuerunt nonnulli alii Graeci, tum, propter Turcarum persecutionem, Patriam deserentes, tum ut ad CONCILIUM FLORENTINUM accederent: inter quos fuerunt IOHANNES ANDRONICUS *Byzantius*, DEMETRIUS *Atheniensis*, GEORGIUS TRAPEZUNTIUS, MARULLUS TARCHANIOTA, PETRUS CALCONDYLES, MARCUS MUSURUS, & GEMISTUS, nuncupatus PLETHON. Ex huius Philosophi Disputationibus de Platonica Philosophia tantus exarsit amor in COSMO; ut exinde huic Scientiae MARSILIUM FICINUM adhuc puerum meditatus fuerit dedicare. Ipsummet promo testem tantae rei; in Dedicatione enim *Plotini* ad LAURENTIUM MEDICEM, ab se in Latinum conversi, hoc fatetur. „ *Magnus* COSMUS, *Senatusconsulto* PATRIAE PATER, *quo tempore Concilium inter* Graecos *atque* Latinos *sub* EUGENIO *Pontifice Florentiae tractabatur*, Philosophum Graecum, nomine GEMISTUM, cognomine PLETHONEM, quasi PLATONEM *alterum, de Mysteriis* PLATONIS *disputantem frequenter audivit, e cuius ore ferventi sic afflatus est protinus, sic animatus, ut inde* Academiam *quandam alta mente conceperit, hanc opportuno primum tempore pariturus. Deinde dum conceptum tantum Magnus ille* MEDICES *quodammodo parturiret, me, electissimi Medici sui* FICINI *filium, adhuc puerum, tanto operi destinavit. Ad hoc ipsum educavit in dies. Operam praeterea dedit, ut omnes non solum* PLATONIS, *sed etiam* PLOTINI *libros Graecos haberem. Post haec autem anno* MCCCCLXIII. *quo ego trigesimum agebam aetatis annum, mihi* MERCURIUM *primo* TERMAXIMUM: *mox* PLATONEM *mandavit interpretandum.* MERCURIUM *paucis mensibus eo vivente peregi.* PLATONEM *tunc etiam sum aggressus. Etsi* PLOTINUM *quoque desiderabat; nullum tamen de hoc interpretando fecit verbum, ne graviore me pondere semel premere videretur. Tanta erat Viri tanti erga suos clementia: in omnes tanta modestia. Itaque nec ego quidem, quasi*

(16) V. Paulum Iovium in Elogiis Doctorum Virorum: El. XXVII.

quaſi nec vates, aggredi PLOTINVM *aliquando cogitavi. &c.* „ Haec autem Graecorum Praeceptorum ſchola fere dimidium ſaec. xv. occupavit; nam expleto Concilio, omnes Graeci, praeter paucos, tam in Italiae urbes, quam in Europae regna veluti diſperſi abierunt; adeoque COSMI Academia, FICINO magiſtro proſequuta eſt, quam equidem ab ipſo FICINO relatam, iterum in lucem prodere non renuo; quum ex multiplicitate ingeniorum Florentinorum, eo tempore Litteris Graecis devinctorum, aliorumque non modo Etruſcorum, verum & exterorum, noſtrae huic Vrbi gloria exorta ſit immortalis. Ipſe in Epiſtola ad *Martinum Vranium* Germanum, amicum ſuum unicum (cuius initium afferam, ad argumenti cauſam ſignificandam) ſic loquitur [17] *Nihil a me iuſtius poſtulare poteras, quam quod per* Ioannem Straeler *congermanum tuum iam ſaepe requiris, Amicorum videlicet noſtrorum Catalogum: non ex quovis commertio vel contubernio confluentium; ſed in ipſa dumtaxat liberalium diſciplinarum communione convenientium. Cum enim abſque amicorum meorum praeſentia eſſe nuſquam aut debeam aut velim: ipſeque ſim, non in Italia ſolum in me ipſo; ſed in te etiam in Germania; merito amicos hic meos, iſthic etiam mihi adeſſe deſidero. Omnes quidem ingenio moribuſque probatos eſſe ſcito; nullos enim habere unquam Amicos ſtatui, niſi quos iudicaverim litteras una cum honeſtate morum, quaſi cum Iove Mercurium, coniunxiſſe. Plato enim noſter in Epiſtolis integritatem vitae veram, inquit, eſſe Philoſophiam; litteras autem quaſi externum Philoſophiae nuncupat ornamentum. Idem in Epiſtolis ait, Philoſophicam communionem omni alia non ſolum benivolentia, ſed etiam neceſſitudine praeſtantiorem ſtabilioremque exiſtere. Sed ut mox veniam ad Catalogum, cunctos ſummatim amicos ita laudatos accipito.* Et deinde: *Primum ſummumque inter amicos locum patroni noſtri* MEDICES *iure optimo ſibi vendicant:* MAGNVS COSMVS. *Gemini* COSMI FILII, *Viri praeſtantes*, PETRVS *atque* IOANNES: *gemini quoque* PETRI *nati* F. MAGNIFICVS LAVRENTIVS *&* *Inclytus* IVLIANVS. *Tres* LAVRENTII *liberi*, *Magnanimus* PETRVS, IOANNES *Cardinalis plurimum Venerandus*, IVLIANVS *egregia indole praeditus. Ac in longum ne ſingulorum laudes proſequar, una* MEDICES *omnes communi laude complectar:* GENVS HEROICVM. *Praeter patronos, duo ſunt nobis amicorum genera. Alii enim, non Auditores quidem omnes, nec omnino diſcipuli, ſed conſuetudine familiares (ut ita loquar) confabulatores, atque ultro citroque conſiliorum diſciplinarumque liberalium communicatores. Alii autem praeter haec, quae dixi, nos quandoque legentes, et quaſi docentes audiverunt; etſi ipſi quidem quaſi diſcipuli, non tamen revera diſcipuli; non enim tantum mihi arrogo, ut docuerim aliquos, aut doceam; ſed (Socratico potius more) ſciſcitor omnes, atque hortor, fecundaque familiarium meorum ingenia ad partum aſſidue provoco. In primo genere ſunt* Naldus Naldius, *a tenera ſtatim aetate mihi familiaris: poſt hunc in adoleſcentia noſtra* Peregrinus Allius, Criſtophorus Landinus, Baptiſta Leo Albertus, Petrus Pazius, Benedictus Accoltus Arretinus, Bartholomaeus Valor, Antonius Caniſianus. *Paulo poſt* Iohannes Cavalcantes, Dominicus Galectus, Antonius Calderinus, Hieronymus Roſſius, Amerigus & Thomas, *ambo* Bencii, Cherubinus Quarqualius Geminianenſis, Antonius Seraphicus, Michaël Mercatus, *ambo* Miniatenſes, Franciſcus Bandinus, Laurentius Lippius Collenſis, Bernardus Nuthius, Comandus, Baccius Vgolinus, Petrus Fannius *Presbyter. Horum plurimi, exceptis* Landino, *&* Baptiſta Leone, *&* Benedicto Accolto, *primas noſtras lectiones nonunquam audiverunt. In aetate vero mea iam matura Familiares, non Auditores:* Antonius Allius, Ricciardus Anglarienſis, Bartholomaeus Platina, Oliverius Arduinus, Sebaſtianus Salvinus *amitinus noſter*, Laurentius Bonincontrius, Benedictus Biliottus, Georgius Antonius Veſpucius, Iohannes Baptiſta Boninſegnius, Demetrius Byzantius, Iohannes Victorius Soderinus, Angelus Politianus, Pierleonus Spoletinus, Iohannes Picus Mirandula. *In ſecundo genere, ideſt in ordine Auditorum, ſunt* Carolus Marſupinus, Petri *quinque*, Nerus, Guicciardinus, Soderinus, Compagnius, Parentus: *Philippi duo*, Valor *ſcilicet*, *&* Carducius: Iohannes *quatuor*, Canacius, Neſius, Guicciardinus, Roſatus: Bernardi *quatuor*, Victorius, Medices, Caniſianus, Michelottius: Franciſci *quatuor*, Berlingerius, Rimicinus, Gaddus, Petraſanta, Amerigus Corſinus, Antonius Lanfredinus, Bindacius Ricaſolanus, Alamannus Donatus, Nicolaus Michelottius, Matthaeus Rabatta. Alexander Albitius,

§ § § § 2 For-

(17) Lib. xi. Epiſt. 28.

Fortuna *Hebraeus*, Sebastianus *Presbyter*, Angelus Carduccius, Andreas Cursus, Alexander Borsius, Blasius Bibienius, Franciscus Diaccetus; Nicolaus Valor. Hucusque Schola Graeca Florentina, quae quamvis FICINVM, Praeceptorem primarium, amisisset (obiit enim A. D. MCCCCIC.) ex pluribus ipsius Discipulis superstitibus, aliquem suo praeceptori successisse credendum est; unde usque ad praesens feliciter propagata fuerit, ac adhuc vigeat, publicoque stipendio, in Florentino Athenaeo doceatur. Historia huiusce praeclarissimi Studii texenda foret ab exordio; quippe certissimum est, multos doctissimos Viros, atque summi nominis Doctores, hanc Eloquentiae Graecae Cathedram in nostro Lyceo ascendisse; at haec provincia alicuius ex Eruditis Viris, qui ab assiduis studiis suis otium feriarum tempore nactus fuerit, esto. Verumtamen [ut ad LAVRENTIVM redeamus] nondum vita functis FICINO, POLITIANO, & PICO, excogitavit Vir ille doctissimus, aeque ac prudentissimus, quo pacto iam stabilita atque firmata Graeca Litteratura, ad eandem conservandam, nutriendam atque alendam, necessaria pararentur subsidia: animadvertitque, procul dubio Librorum Graecorum copia opus esse. Quapropter bis misit IOHANNEM LASCAREM Byzantium cum legatione ad BAIAZETEM ad conquirenda Graeca volumina [18], Florentiamque transferenda, ne penitus Graecae Litterae & Auctores praecipui deperirent. Facinus revera regali magnificentia dignum: neque ab ullo alio Europae Principe seu Rege, ea tempestate, nedum executioni commissum, sed ne excogitatum quidem; attamen LAVRENTIVS, *Civis tantum privatus Florentinus*, illud meditatus fuit, atque opere complevit. Quod admirandum, ac singulare factum *Nicolaus Angelius Bucinensis*, in Praefatione ad Plauti Comoedias, Florentiae apud *Iuntas* editas, 1522. in 8. de LAVRENTIO mentionem faciens, his persequitur verbis: quae quidem, quum haec editio rarissima sit, haud erit ingratum audire „ *Illud vero multo magnificentius, & Regium magis: quod quum Graecam linguam Barbarorum armis ad ultimam internecionem dilabi animadverteret; quasi parum fuerit, quod* EMANVEL CHRYSOLORA, IOHANNES ARGYROPYLVS, IOHANNES ANDRONICVS BYZANTIVS, DEMETRIVS ATHENIENSIS, *summa doctrina viri, in urbe, ad publicam lectionem, sua, Patris, & Avi opera, honesta mercede conducti fuerint*; IANVM LASCARIVM *hominem & genere & Graeca doctrina apprime nobilem, solertia singulari, iudicio acri, ingenio ad promerendam hominum gratiam, larga pecunia per omnem Graeciam mittit ad conquirenda coëmendaque cuiusvis disciplinae Graeca volumina*. Eadem distinctius idem LASCARES in Dedicatione Anthologiae *quadratis characteribus* Florentiae impressae anno 1494. ad PETRVM, huius LAVRENTII Fil. adfirmat: *Ille* (sc. LAVRENTIVS) *cum antiquitatis usque studiosissimus fuerit, & aliorum opificum ingenia non vulgaribus praemiis excitaverat, & ad disciplinas revocandas, ducenta nuperrimè Antiquorum volumina, e Graecia, & finitimis regionibus collecta in hanc praeclarissimam civitatem, magna diligentia & sumtibus transferenda curaverat: inter quae non minus quam octoginta Opera, hac tempestate incognita; nonnulla etiam, quorum vel Auctorum nomen ignorabatur, iamdiu neglecta; siquidem* τὰ χερείονα νικᾷ [19]; *Poeta ait, ab interitu sunt recuperata. Quae Tu mox omnia,* PETRE MEDICES, *& permulta alia iamdiu conquisita, in pulcherrimam illam Bibliothecam Tuam, quae iam semistructa conspicitur, ad communem studiosorum utilitatem, solita benignitate Familiae collocabis: ut Tuum quoque nomen non ab uno.* Εἷς γὰρ ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνὴρ, καὶ μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ [20]. *Verum a quamplurimorum ingeniis hoc beneficio exculptis & auctis apud posteros illustretur, non minore laude, quam Ptolemaei Regis. Ille enim celebratissimis illis Bibliothecis florentibus ea tempestate favit Disciplinis; Tu autem ex hac tanta & tam rara veterum Autorum copia Disciplinas omnes a colluvie, qua nimio iamdudum dedecore obruuntur, emergere tentantes, viriliter eximes, purgabisque, & in pristinum nitorem dignitatemque restitues; ut nostrum etiam hoc circa antiquitatem studium, ad quantulamcunque eius particulam repetendam attineat, merito tibi censuerimus esse dedicandum; quando iure Familiae ad Te pertinet & debetur, id quidem beneficio, quod expectant a Te Litterarum studia, & Graecarum praecipue, in quibus etiam a pueritia non sine magna ingenii tui laude versatus es*. Ex hac LASCARIS enarratione, & ex Iovii testimonio, nonnulla ad rem nostram colligenda videntur; nempe duplicem eiusdem LASCARIS expe-

(18) Iovium in Elogio LASCARIS num. XXXI.

(19) i. e. *Peiora vincunt*.

(20) *Unus enim homo, nullus homo: & una hirundo ver non facit*.

expeditionem in Graeciam: quarum nuperrimum regressum cum ducentis Voluminibus, post obitum LAVRENTII, qui inopinanter accidit A. D. MCCCCLXXXXII. aet. suae XXXXIV. evenisse diiudico: praeterea Bibliothecae Domesticae praeclaram structuram: nec non Codicum Auctorum veterum copiam singularem: ac demum PETRI encomium, eiusque in studia litterarum amorem. Quod autem LASCARES Anthologiam ediderit A. D. MCCCCLXXXXIIII. sc. duobus annis a LAVRENTII morte iam elapsis; id evincit, Codices postremos, Florentiam adlatos, non vidisse LAVRENTIVM: adeoque ipsum in extremis laborantem, advocato ad se POLITIANO & PICO, perquam familiariter dixisse: *Vellem distulisset me saltem mors haec ad eum diem, quo vestram plane Bibliothecam absolvissem* (21). Ex quibus astruitur, non sibi, sed aliis ad publicam utilitatem Librorum copiam comparasse. Atque ex iisdem percipitur, summum LAVRENTII opus excogitatum, perfectum fuisse quo ad eius potestas fuit.

LAVRENTIO e vivis sublato, signa, quae apparuerunt superne paulo ante ipsius obitum, aliquod insigne infortunium nostrae civitati portendere credita sunt vel ab hominibus superstitionibus non obnoxiis. (22) Fuit enim ea tempestate Italia nostra malis calamitatibusque praegravata, ob descensum in eam CAROLI VIII. Francorum Regis. Hereditas vero, ac dignitas MEDICEAE Familiae PETRO cesserat, inter LAVRENTII filios natu maiori, sed admodum adolescenti; erat quippe aetatis suae annorum XXI. adeoque nondum muneribus, tam Patris, quam Avorum, maturus; Principis scilicet, atque Florentinae Reipublicae Arbitri. *Fuit enim* (BERNARDVS ORICELLARIVS inquit (23)) *adolescens peravido ingenio, exultantique fortunae illecebris.* Is iuvenili actus ardore, nulloque officio cum Senatoribus functo, adhaerendi CAROLO consilium inivit: suaque sponte *Regi tradidit* Arces Pisarum (verba sunt eiusdem ORICELLARII (24)) *Fani Feroniae, ac Sargiani, quae Florentinae ditionis erant.* Qua de causa a Reipublicae Supremo Magistratu perpetuo mulctatus exilio, Bononiam, indeque Venetias se recepit. CAROLVS vero post iteratas Florentinorum legationes, deprecantium specie expositas, *instructis copiis* (idem Scriptor pergit (25)) *cunctis Ordinibus, sacerdotibusque singulari genere supplicationis obviam prodeuntibus, equo invectus, urbem paludatus in Mediceis Aedibus susceptus est.* Hinc Bibliothecae MEDICEAE DOMESTICAE lacrimabile fatum: quod idem scriptor collacrimans haec protulit verba (26): *Hic me studium charitasque litterarum antiquitatis admonet, ut non possim non deplorare inter subitas fundatissimae Familiae ruinas Mediceam Bibliothecam, insignesque thesauros, quorum pars a Gallis, pars a paucis e nostris, rem turpissimam, honesta specie praetendentibus, furacissime subrepta sunt.* Alia quae sequuntur, videnda loc. cit.

Haud tamen ex hoc infausto eventu universa Medicea Bibliotheca Domestica depopulata, dispersaque fuit; nam, ut militum fere omnium animos aviditas auri atque argenti, potius quam Librorum, exagitat: PETRI Palatium, quod thesauris rerum pretiosissimarum redundabat, omnium sitim extinsit. At non multo post Libri quoque suam experti fuerunt direptionem; siquidem anno MCCCCLXXXXVI. reliqui omnes quasi sub hasta veniere. Synchronus Frater Coenobii S. Marci historiam enarrat, utpote praesens actis huiuscemodi venditionis, sic scribens.

„ *Anno igitur supra relato, post relegationem ab hac urbe* PETRI MEDICES *& heredum* COSMI *de* MEDICIS, *& post eius rebellionem, Dominatio Vrbis huius, quae* MEDICORVM *dictorum bona Fisco addicaverat, cum vendere vellet Libros, olim a Magnifico* LAVRENTIO MEDICES *magnis sumptibus pro eorum pulchritudine & ingenti numero conquisitos, quos pro maiori parte Fratres penes se in hoc Conventu habebant conservandos: & Florentini cives nollent tam pretiosum thesaurum extra Florentiam agi; sed in ea ad publicam utilitatem remanere, &c. Et cum Domini Reip. essent in angustia quaerendi, unde pecuniam compararent sibi, pro publicis necessitatibus civitatis: & quod cogerentur illos vendere pro modica quantitate, cum requirerentur ab eisdem Dominis, an vellent emere dictos Libros, obtulerunt infrascriptam conditionem, videlicet: Quum Fratribus pecuniae deessent, decretum est a Senatu, ut ipsi eas mutuarent, & Libros penes se retinerent: qua de causa comparatis duobus millibus ducatorum & ultra, mutuarunt gratis Reip. Florentinae ducatos bis mille auri latos* „ &c. „ *Evolutis inde annis duobus vel circiter, quum eadem Resp. iterum indigeret pecunia eo quod a multis hereditatis* LAVRENTII MEDICEI *creditoribus vexaretur, denuo vendi-*

(21) Haec verba referuntur e Politiano in Epistola Iacobo Antiquario inter Epist. eiusd. Lib. IV. Epist. II. Edit. Lugdun apud Gryphium 1535. in 8.

(22) De his Prodigiis eadem Epistola Polit. prope finem

(23) Hist. de Bello Ital. Edit. Londin. 1733. in 4. pag. 10.

(24) Pag. 40. (25) Pag. 51. (26) Pag. 52.

didit eos omnes, tam eos, qui penes Fratres erant, quam omnes, qui huc illucque dispersi erant, dictis Fratribus S. Marci pro pretio Florenorum trium millium latorum, computando in dicto pretio illos bis mille, qui fuerunt, ut supra dictum est, mutuati, cuius summae mille florenorum solutioni obtinuerunt Fratres dilationem XVIII. *mensium a creditore, qui erat* Dominus Comes Argentone Francigena, *datis tamen fideiussoribus* Bernardo Nasio Cive Florentino *&* Mercatore, *atque* Iacobo *&* Alamanno Salviatis, nobilissimis Civibus.

„ *A. D.* MCCCCIIC. *die* VIII. *Maii propter Causam Fr. Hier. Savonarolae & socior. Senatus Flor. iussit asportari omnes Libros* PETRI MEDICES, *& Fratrum eius, tam Graecos, quam Latinos, qui erant in Conventu dictorum Fratrum, in Palatium ipsius Reip. Postea vero A. D.* MD. *in Mense Octobris revecti sunt in eundem Conventum, cum novis conditionibus, quae sunt in Actis Archivi S. Marci.*

„ *Anno demum* MDVIII. *quum hoc Coenobium magna aeris alieni quantitate gravaretur: & Reverendissimus* D. D. IOANNES MEDICES, *Magni* LAVRENTII *Filius, ac S. R. E. Cardinalis plurimum inhiaret recuperare suam Bibliothecam, ipsi PP. de permissione Dominationis Florentinae, vendiderunt eam praedicto Cardinali pretio ..... Ducatorum, atque Romam ad ipsum Cardinalem, advecta fuit.* „

Quanto vero tempore haec recuperata MEDICEA DOMESTICA BIBLIOTHECA Romae substiterit, nondum mihi compertum est: evincitur tamen, vivente CARD. IOHANNE, deindeque eodem Sum. Pontifice, LEONE X. nuncupato, Romae aedibus in suis extitisse. Franciscus Albertinus Florentinus in *Libro III. De Mirabilibus novae & veteris Vrbis Romae*, ibi edito aqud Iacobum Mazzochium MDX. haec habet: *Est praeterea in aedibus Reveren.* Io: de MEDICIS *Flor. Primarii Diaconi Cardinalis Bibliotheca pulcherrima, Codices cuius Magnificus* LAVRENTIVS, *Pater eius ex Graecia Florentiam transferendos curavit.* Philippus Beroaldus Iunior in Praefatione ad Tacitum noviter inventum, ac Romae editum An. MDXV. sic fatur: *Norant* [scil. *Bonae Artes, & Studii Litterarum*] *Bibliothecam Mediceam, quae difficillimis Italiae temporibus, parem cum reliqua Domus tuae fortuna senserat calamitatem, a Te extorre, ac perquam modicis fortunis, pecuniarum magna vi recuperatam* &c. Nullum quamvis monumentum invenire potuerim de huiusce BIBLIOTHECAE Florentiam regressu; arbitror tamen, id quidem non evenisse, nisi post obitum LEONIS X. secutum An. MDXXI. Kal. Decembris: quo tempore IVLIVS MEDICES CARDINALIS, & LEONIS patruelis, qui tunc temporis Florentinam Remp. gubernabat, quum Romam proficisci deberet ad Comitia pro novo Summo Pontifice eligendo: atque MICHAEL ANGELVS BONARROTA una secum idem iter facere decrevisset, ad se purgandum apud Executores Testamentarios IVLII II. S. P. circa ipsius celeberrimum sepulchrum; quod, iam accepta maxima aureorum summa, nondum absolvisset opus, Cardinalis illi promisit, se eum apud hereditatis curatores defensurum; namque volebat, ipsum sistere Florentiae, ut BIBLIOTHECAE MEDICEAE in Claustro D. LAVRENTII erigendae, nec non SACRARII novi in continua Basilica pro suorum Agnatorum MONVMENTIS, formas delinearet (27). Ex illo igitur tempore statuit CARD. IVLIUS illam Bibliothecam reducendam esse Florentiam, atque eo in loco reponendam. Et equidem electo in LEONIS successorem HADRIANO VI. redivit IVLIVS in patriam (28), ut quae BONAROTA peregisset inspiceret. Quare translatas fuisse ad hanc urbem multas Codicum arcas seu sarcinas non dubitandum, sub initio Pontificatus Cardinalis praefati IVLII MEDICEI, qui CLEMENS VII. nuncupari voluit: quod accidit VI. Kal. Decembris MDXXIII. ut domesticis rebus ordinatis et absolutis, totum animum pro suo officio, ad regimen universalis Catholicae Ecclesiae converteret; quare, hanc MEDICEORVM Codicum translationem in prioribus sui Pontificatus annis factam fuisse credendum est. Anno enim MDXXVII. quum decrevisset CLEMENS, per vim restituendas patrias sedes consanguineis suis, Caroli V. exercitu, quo Romam depopulatus fuerat, sibi commodato, Florentiam cinxit, atque dolo devicit, ut omnes enarrant Historici. Extitisse autem in nostro Claustro per ea tempora praedictos Codices, percipitur ex BENEDICTI VARCHII Historia Florentina Lib. XI. ad annum MDXXIX. pagg. 335. ubi, postquam laudaverat PHILIPPVM DEL MIGLIORE, qui in quodam congressu Florentinorum Civium, in quo deliberandum erat: An mittendi essent Oratores ad Sum-

(27) Ascanius Condivi in Vita Michaelis ANGELI pag. 31. §. XL. Editionis secundae Florentiae apud Caietanum Albizzinum 1746. in fol.

(28) V. Historiam Iacobi Nardi, Lib. VII. fol. 179. a. editionis Lugdunensis.

Summum Pontificem Clementem: ipſeque reſpondiſſet audacter & ſincere: *Collegia* (i. Magiſtratus xii. Collegiorum, quorum ipſe Praepoſitus erat) *Nolle*, ſeipſum excipiens, qui contrariam tenebat ſententiam; ſubdit aliud Philippi factum, ad Codices huius Bibliothecae pertinens: quod, pro ut iacet, materno ſermone referre ſatius erit. Ait n. „ *Puoſſi ancora, e più che giuſtamente lodare, che egli* „ *giovane più toſto e non ſenza qualche lettere, che letterato, eſſendone ſta-* „ *to ricerco da Meſſer Giovambatiſta Fiegiovanni, Priore di S. Lorenzo, pre-* „ *ſe in quel ſuo Magiſtrato la cura di conſervare i Libri della Libreria* „ *de' Medici di S. Lorenzo, i quali fatti già condurre in Firenze con non* „ *minore ſpeſa e fatica e diligenza, che lode, gloria ed onore di* Cosimo, *e di* Lo- „ renzo *vecchio, ſi ſtavano per negligenza o per malignità racchiuſi in una ſtanza* „ *in San Lorenzo, preda indegniſſima non pure della polvere, ma delle tignuole e* „ *de' Topi: del che (ſe così è, come egli mi diſſe, che era) gli debbono avere im-* „ *mortale obbligo, inſieme colla Caſa de' Medici, tutti i Letterati, che ſono e che ſa-* „ *ranno*. Et pag. 455. anno ſequenti, haec addit: „ *Fu ancora Filippo d' Antonio* „ *del Migliore confinato a Firenzuola, ec. ma egli, il quale uomo ſaccente era ed è,* „ *fece tanto, e tanto diſſe, che ſolo di tutti i Confinati ottenne d' eſſere ſcancel-* „ *lato, e levato di Camera: la cagione fù, ſecondochè afferma egli, l' aver da-* „ *to la caccia a' topi, e ſpazzato di ſua mano più volte la Libreria de' Medici in* „ *San Lorenzo: altri credono, ec.* „ Circa quae Varchii loca ſciendum eſt, Iohannem Baptiſtam Fiegiovanni Priorem & ſimul Bibliothecarium noſtrae Imperialis Collegiatae electum fuiſſe a Clemente Anno mdxxxiii., non ante An. mdxxx. & fabulam eſſe murium corroſionem; quum ne unus quidem Codex in ea corroſus appareat uſque in praeſens. Ceterum Philippus Vir Clariſſimus ac doctiſſimus fuit: et in principatu Cosmi I. Ducis ſummo in honore habitus eſt; quum ipſe Dux Vniverſitatem Piſanam reſtituere volens, Curatorem ſeu Praeſidem ſtatuerit Philippum: qui multos ſingulares Doctores ad legendum accerſendo, brevi eam in priſcum revocavit ſplendorem. (29)

Verum, ut ad Aedificium redeamus, indubitabile eſt, illud incoeptum fuiſſe illico poſt obitum LEONIS X. h. e. Anno 1521. circa menſis Decembris initium, ſicut iam dictum fuit. At multum ad rem noſtram facit id, quod elapſis diebus adinveni in celeberrima Strozziana Bibliotheca, in quodam Codice MS. ab eorum temporum Synchrono, obſignato GGG. in quo pag. 273. deſcribitur Nota expenſarum, tum Architecto ſolutarum, pro ſuo menſtruali ſtipendio: tum etiam latomis, pro egregia ipſorum petrarum ſculptura; quorum nomina inibi recenſentur: quae quidem, quum non ſint oblivione damnanda, ipſe poſt ferme duo et amplius ſaecula, libenter in lucem proferam. Quae ex praedicto Codice exſcerpſi, haec ſunt. Cardinalis Ivlivs Medices Aedificationis Bibliothecae Praeſidem ſtatuit *Petrum Bonaccurſium*, Florentinum Civem: qui, ut veriſimile eſt, nummorum ſolutorum rationem exſcripſit materno ſermone, ut infra:

1523. A Michelangelo Bonarroti per ſua provviſione di meſi 23. Scudi ------------------------------------ Sc. 1150.

Ex hoc apparet, huius ſtipendii ſumma comprehendiſſe tempus interpoſitum inter LEONIS X. et CLEMENTIS VII. Pontificatus, quod fuit adamuſſim, menſium xxiii.

1526. A Franceſco Luccheſini *e Compagni Scarpellini, per conto di Pietre, date per la Libreria*. ------------------------------------ Lire 334.

A Antonio di Bernardino *Scarpellino per Pietre della Libreria, e Ricetto* ------------------------------------ Lire 1099.

A Bernardo di Piero Baſſi *e Comp. Scarpellini a conto di Pietre, date per la Libreria e Ricetto* ------------------------------------ Lire 1701. 8. 4.

A Romolo Caldani e Comp. Scarpellini per Pietre, date per la Libreria e Ricetto ------------------------------------ Lire 1166. 10.

demum haec adduntur:

Le ſpeſe della Libreria e Ricetto, per quello ſi è pagato ſino a queſto dì 14. *Aprile* 1526. monta, come ſi vede di contro ---- Lire 59615. 16. 2. piccioli, che ſono d' oro ------------------------ Scudi 8516. 10. 11.

Heic

(29) V. De eo quae recenſentur in actis, in Opere inſcripto: *Notizie Letterarie e Iſtoriche degli Uomini Illuſtri dell' Accademia Fiorentina Fir. per Piero Matini* 1700. in 4 pag. 40. ſeqq. atque in alio nuncupato: *Faſti Conſolari dell' Accademia Fiorentina di Salvino Salvini* (deinde *Canonici Florentini*) *Fir. nella Stamperia di S. A. R pe' Tartini e Franchi* 1717. in 4. pagg. 11. et 110. ſeqq. quod bis in illa Academia Conſulatu perfunctus fuerit.

Heic exhibemus ſex Tabulas, aere inciſas, in quibus repraeſentantur ſex partes ſculpturae lapideae, tum extra, quam intus BIBLIOTHECAM.

In Tabula I. deſcribitur Oſtium, per quod in Veſtibulum ingreditur; cuius valvae quum aperiuntur, ad latera ſpatii, quod infra utramque portam intercedit, reponuntur; ſuccedit enim alia porta ſimilis formae, ſed fronte ad veſtibulum verſa, ut alii portae, e regione collocatae, reſpondeat: et id ad huiſce atrii ornamentum proſequendum: atque ut fieret in ſecretiori loco cochlearis ſcala pro aſcenſu ſuper laquearia, quae tam Veſtibulum (ut arbitror) quam univerſam BIBLIOTHECAM cooperirent. Hoc autem ingreſſus Oſtium, praeter communem formam cum aliis duobus, ut dictum eſt, adauctos habet duos gradus, et epiſtilyum, ſicut in ipſa Tabula delineantur. At circa id omne ſciendum eſt, hanc Portam extructam fuiſſe regnante COSMO III. Magno Duce, h. e. poſt annum 1670. *Petro Maria Baldi* Architecto dirigente, qui illius formam, ultro ſibi obviam oblatam, illico excepit: nec animadvertit, BONAROTAM diverſam formam mente revolviſſe, ut in omnibus ſibi ſolemne erat: atque ut aliqua pars alterius lateris diverſimode ſculpti adhuc rudis exiſtit retro dextram ſcalae alam in BIBLIOTHECAM ad aſcenſum (30).

In Tabula II. deſcribuntur Feneſtrae exteriores, quarum XV. apertae in utraque BILIOTHECAE parte: III. vero clauſae in Veſtibuli pariete, orientem verſus. Veſtibulum ingredientibus ſe ſe offert ſpectaculum re quidem vera admirandum; at, quod dolendum, imperfecto opere deſtitutum. Frons vero, in qua ingreſſus patet in BIBLIOTHECAM. fere completa apparet; quum in ea nil aliud deſideretur, quam tertia coronis pro laquearis ſuſtentaculo: reliquae vero tres partes omni fere opificio carent. Scalam autem inſigniſſimum opus, qua eadem frons exornatur, minime dubitandum eſt, praeter modulum BONAROTAE erectam a VASARIO fuiſſe. Pluribus enim annis intermiſſus ſtetit labor huiuſce Veſtibuli, quoad ſcilicet illud BIBLIOTHECAE perficeretur: quo exacto, COSMUS I. DUX, dum Romae detineretur MICHAEL ANGELVS in Templi VATICANI Fabrica, ſcilicet circa annum 1555. ac VASARIVS nonnullos iam elaboratos gradus reperiſſet: nec diſpoſitionis typum haberet ad manum, ex eiuſdem DVCIS mandato, Epiſtolam BONAROTAE miſit, expoſtulans ab eo, ut ſecum exemplum formae illius ſcalae communicaret. Reſpondit ille quadam ſua Epiſtola, ſcripta IV. Kal. Octobris 1555. in qua reminiſci non poſſe illius formae aſſerit: deindeque quandam ſuam ideam exponit, quae obſcuritate non vacat (31). Ad ſuſtinendam primam Veſtibuli coronidem diſpoſiti ſunt mutuli, ſingulari praeclaraque ſculptura elaborati: praecipue vero qui ſiti ſunt in angulis, atque adeo bifrontes, ex uno eodemque lapide effecti, ac tam affabre, ut, non in ſaxo, ſed in cera videantur inciſi. Super hanc coronidem aptatae fuerunt XXIV. Columnae, diſpoſitione quidem admirabili; quum intermedias habeant aediculas pro ſtatuis, et alia ornamenta ſicut Tabulae referunt.

Spatium vacuum atque amplius relictum fuit in fronte, quae ſcalam reſpicit, forte pro aedicula, vel alio ornatu, ad ſimulacrum fundatoris, ſc. CLEMENTIS VII. collocandum. In eo ſpatio inſpicitur modulus ligneus faciei Baſilicae noſtrae, qui BONAROTAE tribuitur; ſed a peritis negatur. Supra portam BIBLIOTHECAE in marmore ſculpta haec Epigraphe legitur.

D E O
PRAESIDIBVSQVE FAMILIAE DIVIS
CLEMENS VII. MEDICES
PONT. MAX.
LIBRIS OPT. STVDIO MAIORVM
ET SVO VNDIQ. CONQVISITIS
BIBLIOTHECAM
AD ORNAMENTVM PATRIAE AC
CIVIVM SVOR. VTILITATEM
D. D.

(30) V. In opere Ioſephi Ignatii Roſſi, cui Titulus *La Libreria Mediceo-Laurenziana Architettura di Michelagnolo Buonarruoti, Diſegnata e Illuſtrata da Giuſeppe Ignazio Roſſi, Architetto Fiorentino*. Florentiae in Typographia Magni Ducis 1739. Tabulas XX. et XXII.

(31) V. hanc Epiſtolam in Vita BONAROTAE a VASARIO relata Vol. II. et ultimo Tertiae Partis pag. 759. et in praefato Roſſi opere in Inluſtratione Tabulae I.

Referata BIBLIOTHECAE ianua fiſtentibus in limine ſe ſe offert ſpectandum ſingulare opus, ſeu potius Architecturae miraculum; eo quod aedificium ſit, tum in ordine ſtructurae, tum in petrarum opificio, aliorumque membrorum, aliqua hinc inde excepta laquearis parte, omnino perfectum & abſolutum. Proſpectum hunc aere inciſum exhibui in zophoro iſti Praefationi ſuperpoſito. BIBLIOTHECAE longitudo Brachia Florentina LXXX. exaequat: latitudo XVIII. cum tribus ex quatuor alterius Brachii partibus: altitudo XIV. ac quaſi dimidium. Pavimenti area Pluteis intermedia fere VI. brachia occupat. Quod menſurae ſupereſt, ab ipſiſmet Pluteis contegitur. Hi ſunt XXXXIIII. in qualibet parte, quorum primus & ultimus bifrontes ſunt; ita ut in iis duplex Codicum portio locata fuerit. Plutei numeris Romanis obſignantur: & initium habent ab illo, qui eſt ultimus a latere ingredientium ſiniſtro. Hic igitur LXXXVIII. integer olim Pluteorum numerus ad XCII. hactenus excrevit Munificentia Muſagetae Imperatoris noſtri FRANCISCI, quem ad Literatorum hominum felicitatem, literarumque gloriam haec laeta tulere ſecula.[32] Is enim X. Imperii ſui anno, Bibliothecae huic capaci adiuncto conclavi, eam quadringentis & amplius perraris Codicibus & inſignibus auxit, reique literariae bono donavit.

Ingreſſus frons interior effertur in Tabula V. in cuius porta deſcribenda BONAROTA novam egregiamque formam adinvenit. Huic Fronti altera in capite reſpondet; atque ſuper utraque in marmore ſculpta haec Epigraphe inſpicitur literis auratis.

BIBLIOTHECAM HANC
COS. MED. TVSCORVM
MAGNVS DVX I.
PERFICIENDAM CVRAVIT
AN. DNI MDLXXI. III. ID. IVN.

Tabula VI. Feneſtras laterales, earumque in ornatu elegantiam repraeſentat.

Succedunt in Tabula VII. vitreae Feneſtrae nova arte depictae. Non enim compactae ſunt vitris in fornace coloratis; ſed in tenuis[33] cryſtalli quadratis laminis, floridis viviſque coloribus, tenaci glutine immixto, in adverſa parte ſuper eiuſdem Chryſtalli laminis elegantiſſime diſpoſitis. Picturae genus illud eſt, quae Pictura *cryptica*, vulgo *Grotteſca* nuncupatur; eo quod in Romanis cryptis adinventa iis temporibus in lucem expoſita, ſive in uſum revocata, vel in melius redacta, communi plauſu excepta fuerit. *Il* MORTO *da* FELTRO, ſic dictus, quod ſtupidum & tardum ſe ſemper praeberet[34], tempore ALEXANDRI VI. Sum. Pont. h. e. circa finem Saec. XV. huiuſmodi picturae genus, utpote ſua aetate renatum, frequenter adhibuit. Hunc ſequutus eſt ANDREAS COSMI Florentinus, FELTRINVS deinde dictus, quod praedictum pictorem domi ſuae exceperit, eandemque artem exercuerit[35]. Demum prae omnibus floruit IOANNES VTINENSIS: qui quidem in hoc genere multum profecit, atque antiquos ſuperavit, ſicut ipſius teſtantur opera[36]. Obiit hic pictor Romae anno 1564. ac poſt ſe multi ipſius diſcipuli fuerunt ſuperſtites, qui re quidem vera excellentes fuere. Huius generis Picturae Crypticae forte ſunt illae, quae aere inciſae a THOMA BARLACCHIO *an.* 1541. penes me adſervantur numero XX. Tabulis in fol. ubi ad calcem cuiuslibet Tab. haec leguntur. TOMASIVS BARL. EXCVD. 1541. Artifex hic ignotus fuit BALDINVCCIO in ſuo Opere de Inciſoribus in aere. BARLACCHIVM Florentinum fuiſſe cenſerem; & ex familia ſeu progenie DOMINICI celebris hiſtrionis, ac facetiſſimorum ſalium periti, qui florebat circa dimidium Saec. XVI. Vnde vero ex ſigla BARL. arguatur cognomen BARLACCHIVS, evincitur ex *Abecedario Pictorico* FR. PEREGRINI ANTONI ORLANDI, Bononiae edito An. 1719.

§§§§§ in

(32) Vide epiſtolam Cl. Andreae Petri Iulianelli S. T. D. Adiutoris mei in Ephemerid. Literar. Flor. An MDCCLVI. n. 1. & 2. & alteram inibi Eiuſdem epiſtolam num. 35.

(33) *Tenuis*, non *tenuibus* Plin. lib. 12. cap. 16. *tenuis viribus*. De feneſtris & alia forma Vitreorum orbium exornandis; deque arte, quae heic Florentiae, & in Etruria erat, eas conſtruendi atque cultiores pellucidioreſque ſtudiorum cauſſa efficiendi, legeſis epiſtolam B. Ambroſii ad Laurentium Medicem, quae in Florentina, quam tamdiu expectamus, editione XVIII. eſt Lib VII. ſcripta anno ni fallor MCCCCXXXIX. Cl. Gorius ibi ſignificare ſua quadam adnotatiuncula videtur etiam Vitreis orbibus feneſtras quadratis eſſe antiquiores: De Veterum feneſtris earumque ſpeciebus eruditiſſime diſſeruit Cl Iulianellius eo, quem inferius innuam, loco. In Opere edito Flor. 1755 *Scelta d' Architetture Antiche e Mod.* eruditiſs. Io Bap Nellius pag. 12. Franciſci Livii *da Gambaſſi* meminit, quem Vitrorum Muſivorum conſtructorem Cl. An. 1436. e Germania adcerſivit multis privilegiis Flor. Reſpub.

(34) V. Vaſarium in ipſius vita P. III. Vol. II. pag. 223. ſeq.

(35) V. eundem Vaſarium loc cit.

(36) Iterum Vaſ. in eadem Parte Vol. III. p. 576. ſeqq.

in 4. in quo pag. 519. in Catalogo Inciforum in aere repetitur expreffe notatus THOMAS BARLACCHIVS. Noftrarum Feneftrarum pictura eft elegantiffima. In illorum centro ftemmata MEDICEA locantur, quinque fc. Pilae rubeae, & ad caput Pila caerulea cum tribus aureis Liliis (37). Duobus Principibus Viris haec ftemmata viciffim tribuuntur; CLEMENTI videlicet VII. & COSMO I. Etr. Duci. Ex infignibus, quibus exornantur, ad quem pertineant, dignofcitur. CLEMENTIS VII. ftemma habet in fronte Infulam Pontificiam, vulgo dictam CAMAVRO, five TRIREGNO. Praeter Infulam binae Claves Aurea & Argentea, veluti retro fcutum cancellatae ac colligatae apparent: quarum capuli inferius fuperius earundem inftar alae decuffatae vifuntur. Item infra a duobus Geniis Vmbella cum capulo fuftinetur, cui aliae duae pariles Claves adligantur: fub quibus in lamina crocea fcriptum legitur CLEMENS VII. P. M. 1568. qui numerus picturae annum indicat. In feneftrae capite cernitur emblema globuli chryftallini, per quem Solis radii pertranfeuntes truncum aridum incendunt. Fama eft iuxta Profpectivae regulas, illos radios fimul unitos, robur accipere, & omnia exurere; praeterquam candida. Huic ideo emblemati aptatum fuit lemma a DOMINICO BONINSEGNIO Florentino inventum, qui eiufdem CLEMENTIS Familiaris atque Thefaurarius fuit: CANDOR ILLAESVS (38). Reliqua in hac feneftra depicta, tam a dextra, quam a finiftra, fibi invicem adamuffim refpondent: ut funt, larvae, fatyrae cum cornibus, vefpertilionis alis, atque penfilibus mamillis; (39) quae fatyrae ex frondofo manipulo ufque ad medias coxendines emergentes, taenias feu lemnifcos ftemmatis ornamento appenfos, manibus elatos detinent. Cetera funt vafa, ferta ex frondibus & fructibus contexta, aliaque id genus, ficut Tabula praefefert. Notandum tamen, in pluribus Feneftris, CLEMENTI dicatis, pro fatyris adpofitos fuiffe pueros, feu Genios eodem officio fungentes: qui modulus praetermiffus fuit in Rubei Tabulis. In Feneftris COSMO dicatis animadvertendum quoque eft, fub ftemmate fufpenfam effe torquem Velleris aurei; eo quod decoratus ille fuerit huius Ordinis infignibus. Emblemata vero propria funt: duae Anchorae decuffatae, cum lemmate DVABVS: Capricorni fignum caelefte cum octo ftellis: Falco, qui unguibus aduncis arrepto Annulo cum adamante, roftro illum adgreditur, cum lemmate SEMPER: quo emblemate ufus fuit etiam COSMVS fenior; quum ipfum Falconem a celeberrimo DONATELLO fculptum fuper Bafilicae noftrae Sacrarii fontem ad abluendas Sacerdotum manus poni iufferit Cofmus P. P. alis tamen expanfis ad inftar volantis, & unguibus dextri pedis eundem Annulum per aëra afportandum effingentis, cui & ipfa epigraphe SEMPER adiuncta eft (40). *Iovius* in Opere, proxime in notis citato, pag. 42. idem Emblema tribuit PETRO, COSMI Filio. Anni picturae vitrorum, qui in nonnullis Feneftris notantur, praeter 1568. de quo fupra, indicantur fequentes 1558. 1567. & 1636. At haec ultima Feneftra maiori ex parte effracta, ac vitris puris refarta, ubi aliqua pictura remanfit, utpote recentior, ruditate non caret. Et haec hactenus de vitreis Feneftris, quas forte pingere potuit GVALTERIVS VERINVS, qui noftrorum Carthufianorum feneftras Monachorum fertur An. 1560. pinxiffe.

Tabula VIII. Laquearis & Pavimenti formas exhibet: & quatuor Figuras continet. Fig. I. Laqueare univerfum repraefentat, tam medium, quam laterale. Medium ex parte incompletum repercutitur in pavimento, ut in Fig. II. videre eft. Laterale a fuppedaneo, Pluteis fuppofito, contegitur. A conftructo ejufmodi pavimento ad praefens ufque tempus; fcilicet per fpatium centum & octoginta trium annorum, an quid operis inibi foret, occuluit. At cafu quum accidiffet, paucis ab hinc elapfis menfibus, ut pars afferis fuppedanei Plutei LXXIIII. carie exefa effringeretur: atque curiofitas me impelleret ad infpiciendum, an forte aliquid diverfi operis fub ipfa lateret, remotis afferibus, non modo eiufdem Plutei, verum etiam antecedentis, cum toto Pluteo LXXIII. novum & pulcherrimum opus adinveni; ideft ex lateribus albis & rubeis, eadem arte, ut dictum eft, fabrefactis, ac figuris Geometricis diftinctum. Et quum fufpicarer, diverfas effe reliquas pavimenti portiones; quod huiufmodi opus fit facillime fere in infinitum variandum, duo alia fuppedanea aperienda mandavi, atque

(37) De hac Pila V. quae fuperius dicta funt in hac Praefatione pag. XXIV

(38) V. *Il Dialogo dell' Imprefe Militari e Amorofe del Giovio, impreffe in Lione dal Roviglio* 1559. *in* 4. *pag* 45.

(39) Satyrae vifuntur & in Codice II. Plut. LIII. huius Bibliothecae elegantiffime expreffae in fronte Commentariorum Domitii Calderini in Satyras Iuvenalis. Faeminae hae Satirorum opinionem confirmant Cl. Banierii Mytholog. L. III. C VIII. T. IV.

(40) V. Vafarium Tom. III. P. III. pag. 412.

quae ita extare, ut putaram, apparuit. Horum duorum tantum formas incidendas iussi, quae sunt in eadem Tab. VIII. num. III. & IV. Prima est sub praefatis Pluteis LXXIII. & LXXIV. Secunda sub Pluteo LXXVI. Tertia sub Pluteo XXXXII. quam praetermittendam sum arbitratus; quum facultatem praebuerim quibuscunque inspicere volentibus satisfieri posse. Novos enim asseres ad suppedaneum resarciendum repositos ita aptandos curavi; ut faciliter eleventur, atque exinde quicquid latet, videatur. Laquearis opifices fuerunt celeberrimi incisores ANTONIVS, dictus *il* CAROTA, & TASSVS, ut Vasarius refert in MICHAELIS ANGELI Vita, P. III. pag. 743. Opifex autem pavimenti fuit NICOLAVS, vocatus IL TRIBOLO, (41) quod tessellato opere ex lateribus albis & rubeis, superius enunciatis, mirifica quidem arte, composuit; ut minutissimas particulas rubei coloris, in lateribus albis inseruerit. Quod mirabile profecto pavimentum, si aqua perspergatur, quae statim exsugitur, pannum quasi rubeosubtegmine, candido hinc inde distinctum opificio sub oculos ponit.

In Tabula denique IX. Plutei unius tantum forma & opus, quod fere in singulis variatur, exhibetur. Artifices fuerunt (42) BAPTISTA *del* CINQVE, & CIAPINVS. Plutei sunt ex nuceo ligno, anaglyphorum opere solido in exteriori prospectu affabre exornati. Et haec omnia in hisce quinque ultimis Tabulis repraesentata, iuxta modulos BONAROTAE peracta fuerunt. Quod Vasarius exprimit huiusmodi verbis in T. III. p. 398. *Quum Pontifex* CLEMENS *ea omnia vidisset Opera Sacelli* (*sc. B. Virginis Lauretanae*) *ac satis commendasset, maxime vero ea* NICOLAI, *vocati il* TRIBOLO; *statuit, ut omnes artifices, nempe qui in eo operati fuerant, statim restituerentur Florentiam, ut* MICHAELIS ANGELI BONAROTAE *praeceptis omnia simulacra, quae in Sacrario & Bibliotheca Laurentiana desiderabantur, totumque illud opus ex* MICHAELIS ANGELI *modulis, eiusque ope & auxilio, quam citissime possent, perficerent*.

Descriptione absoluta IX. Tabularum pro hisce Architecturae & aedificii partibus illustrandis, de Codicum ornamentis mihi paucis disserendum restaret. Quo & in genere Laurentiani Codices, praeter scripturae elegantiam, plurimis sane ceterarum Bibliothecarum longe antecellunt. Huius rei gratia nonnulla pag. XXIV. superius adtigi. At quum ibi praetermissa fuerint nomina huiusmodi artificum, non erit abs re heic nonnulla recensere; eo quod aetate nostra huiusmodi Pictura penitus putetur extincta; quamvis tamen renasci posse non desperem. Fuit inter primos GHERARDVS colorator Florentinus, de quo *Vasarius* in eiusdem Vita Tom. I. pag. 453. nec non alter ATTAVANTES, dictus VANTE, ac STEPHANVS cum eorum discipulis, vel potius Sociis, ut erat BOCCARDINVS senex, in eadem Vita prope finem a *Vasario* commemoratus. Enarraverat tamen antea scriptor hic pag. 454. „ GHERARDVM minio colorasse, in Hospitali S. MARIAE NOVAE, „ libros pene innumerabiles, atque nonnullos pro Ecclesia S. MARIAE „ DEL FIORE, quae Metropolitana nostra est, (43) nonnullosque alios pro MATHIA CORVINO HVNGARIAE REGE. Quo Clarissimo Principe atque Litterarum amantissimo circa id temporis defuncto, illos omnes Libros, manu „ VANTIS, & aliorum artificum Florentiae elaboratos, LAVRENTIVS MEDICEVS, soluto pretio, in sua domestica Bibliotheca collocavit: eorumque pars adhuc in hac Bibliotheca adservatur, quos suis locis Catalogus noster indicabit. LEOPOLDVS tamen FERDINANDVS DEL MIGLIORE in suo opere LA FIRENZE ILLVSTRATA pag. 176. asserit ex 3000. Codicibus, qui heic adhuc existunt, maiori ex parte membranaceos esse: atque superius enarrato picturae opere aureato exornatos. Quod falsum equidem est; quum id operis nota sit Sec. XIV. ac certius XV. Aurum enim rarissime reperitur impositum in anterioribus Saeculis, illa quidem arte, quae Saec. XV. florebat. Atqui scimus a bibliopholis longe pluris fieri antiquissimos codices, aut inornatos omnino,

§ §§§§ 2

(41) Quam lapide castigaverit hic Artifex Abbatem Nursianum Vallis-Umbrosae huius Bibliothecae opificio illudentem, legi potest in Fabula Antonii Francisci Grazzini detto il Lasca in prima Coenarum, quae nuper reperta apud MSS Codices Doniorum.

(42) Vasarius, in Vita Bonarotae Tom. III. pag. 741. mentionem facit horum duorum Artificum, qui ut egregii in ligno incisores una cum praedictis TASSO, & CAROTA in hac Bibliotheca laudabiliter operati sunt. V. & Vasarium in Vita Tom. III. pag. 412.

(43) Hanc Ecclesiam, sicuti de aliis Cathedralibus & Collegialis passim adfirmat Thomassinus T. III. de benefic. Lib. V. c. 36. & seq. ubi de scholis, suam obtinuisse Bibliothecam fusius demonstrat Cl. Iulianellius in sua Dissertatione, cuius brevi mentionem faciam.

no, aut simplici variegato colore notatos, barbarico non fine modulo, qui x. fere seculo invaluerat. Qua quidem aetate plerique Graecorum codicum scripti illi sunt ex Asia in hanc Bibliothecam translati, qui tertiam plus minus nostrorum Codicum partem exaequantes Laurentianam ceterarum Europae Bibliothecarum facile principem depraedicant testimonio tot tantorumque Scriptorum, qui huiusce Bibliothecae admiratione perculsi meminere. Idipsum partim ex nostro Catalogo constabit; partim ex Dissertatione, quam de Veteri primum huius nostrae Basilicae Bibliotheca, ac deinde de Mediceis Codicibus adornat Cl. IVLIANELLIVS meus, quem senectuti meae paucis ab hinc mensibus fuisse post varios casus & animi mei angores constitutum subsidium aliquod atque lenimen sum magnopere gavisus; eoque nomine Tribus Regendae Etruriae Magnatibus, qui votis meis benignissime hac in re adnuerunt, gratias ago immortales. Quae igitur, sane multa, huic meae deesse possent historiae, tantum Virum & amicum meum pro ea, qua praestat, eruditione, non despero uberiori esse foenore redditurum; cum potissimum in eo, quod iucundissime legi, memoratae Dissertationis capite aget de COSMA illo I. Magno Etruriae Duce, a quo, praeter Bibliothecae perfectionem patefactumque aditum studiosis hominibus, tot tantaque Sacrario huic suo conlata sunt beneficia; atque ex aliis Etruriae Italiaeque Bibliothecis Codices non pauci inlati sunt singulares. Cuius immortalis tantoque dignae Principe actionis memoriam quum istud excitet Numisma, ex XL. iis, quae ad COSMVM aeternitati commendandum cusa esse dicuntur, superstes, mihique forte fortuna oblatum a doctissimo Patricio Florentino IOANNE PODII BALDOVINETTO, illud non sine piaculo heic posse omitti arbitratus aere incidendum suscepi. Certissimum est, conflatum illud fuisse non pro Archivio, ut praedictus FERDINANDVS *del* MIGLIORE Libro citato pag. 549. evincere conatur; Verum pro nostra Bibliotheca, quam COSMAS PVBLICAE patere iussit VTILITATI, fuisse ad aeternam tanti beneficii cusum memoriam. Inspicienti hoc itaque Numisma rem per se constare arbitratus hoc loco subiiciam oculis Eruditorum.



Aereus iste auro oblitus numus rarissimus forte unus est ex XII. iis, qui a Vasario (44) dicuntur fuisse pro COSMA Duce a PAVLO GALEOTTIO exculpti. Septimo enim loco Numisma Laurentianae Bibliothecae commemorat VASARIVS; additque cusum illud ideo fuisse; quod COSMAS servandum, absolvendum, augendumque tantum opus curaverit ad PVBLICAM VTILITATEM. Idipsum ut grati animi ergo testaretur Pet. Victorius primus Editor Librorum IV. PORPHYRII Philosophi περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, quos e Mediceae Bibliothecae Codice XV. Plutei LXXX. transcripserat, in fronte Libri (45) editi Anno MDXLVIII. hunc eumdem Numum adposuit. Quae omnia si animadvertisset FERDINANDVS *Del* MIGLIORE opere supra citato pag. 549. non tam solemni anacronismo hunc Numum Archivii Florentini causa fictum fuisse adseruisset. Archivium enim a COSMO fuisse erectum ad FIDEM PVBLICAM; diverso scilicet lemmate, ac Bibliotheca aperta fuit PVBLICAE VTILITATI; novoque titulo Magni Etruriae

(44) T. III. pag. 842. Vit. Leonis Lioni Pict. Arret.

(45) Hunc Librum extare aiunt Romae in Bibliotheca Ducum Salviatorum, Graecorum Librorum veterum refertissim, quos forte Ioannes Cardinalis conlegerat. Indicem tantum vidi, in quo notabatur *Porphyrii Philosophi de non necandis ad epulandum animantibus Libri* IV. *Eiusdem selectae brevesque sententiae ducentes ad intelligentiam rerum, quae mente noscuntur. Michaelis Ephesii Scholia in* IV. *Libros Aristotelis de partibus animantium e Medicea Bibliotheca. Florentiae in Officina Bernardi Iunctae* MDXXXXVIII. *in f. T. I.* In hac Salviator. Biblioth. 130. Cod. Graec. vidit N. Heinsius, quos pro Christina Svecorum Regina emere volebat. *Sed hos*, subiungit Heins. *Cosmus Mediceus sibi vindicabit, qui & literas amat tenerrime, & nunc* [Ann. 1666.] *in Biblioth. instituenda est totus.* Sylloge Epist. Burman. T. IV. & V.

riae Ducis [46], quo a Pio V. salutatus est, declarant duae istae Inscriptiones, quarum una in via, quae Callismala adpellatur posita est, in vestibulo ipso Archivii altera.

I.

ARCHIVIVM HOC PERPETVITATI
PVBLICORVM MONIMENTORVM
CONSERVANDAE DICATVM. SERENISS.
COSMVS MED. EREXIT. QVAMPRIMVM
MAGNVS DVX HETRVRIAE SALVTATVS
REGIAQVE CORONA INSIGNITVS EST
MDLXIX.

II.

FIDEI PVBLICAE SERENISS. COSMVS
MED. MAGNVS DVX ETRVRIAE
EREXIT KAL. MARTIIS. MDLXIX.

Quî igitur potuit umquam Numus, qui prodiit An. 1548. designare Archivii opus An. 1569. a Cosma erecti? In postica Numi huius nostri parte extat porta patens, quae cum Bibliothecae nostrae minime respondeat portae, ad Incisoris arbitrium, uti fieri solet, effictam, non ad rei veritatem expressam arbitror; cum & Regali corona, qua carent Laurentiani postes, superne sit decorata. Ex quo forte ornamento supradictus Melibris error profluxit una cum aliis multis, qui singulis pene dixerim versibus a pag. 174. sui Operis usque ad finem descriptionis huius Bibliothecae irrepsere. Quos in sua Dissertatione Cl. Ivlianellivm spero emendaturum. Ex reseratis foribus cernuntur Codices hinc inde per abacum, non per Pluteos, dispositi apertique lecturis. Ad oram numi lemma est pvblicae Vtilitati; quod ab altero distinguitur Fides Pvblica, quo Numisma Archivii fuisse insignitum declarat etiam enarratio illa edita [47] supremorum officiorum, quibus in hac D. Lavrentii Basilica Tanto Duci, cuius res gestas lugubris ille apparatus depictas exhibebat, fuit parentatum. Ac revera *inter varias multiplicesque*, ut Francisci Tavrellii [48] verbis utar, Cosmi *actiones, quas Europa fere tota devenerata est, in postremis illa habenda non est, qua universum Literatorum coetum sibi arctissime devinxit;* praemiis primo, quod gentilicium illi erat. *Quod vero selectorum Librorum thesauri*, exclamabat Tavrellivs, *usque a Magno illo* Cosmo *Seniore in haec sua tempora summa diligentia maximo sumptu e diversis Orbis partibus in vestram Mediceam Bibliothecam convecti tuo munere nunc edantur: hoc proprium tuum adgnoscimus, hoc tibi uni acceptum ferimus. Tu relictas a Maioribus tuis opes non finis despectas, atque inutiles armariis, cancellisque conclusas delitescere; aut vix paucorum non dicam usui, sed aspectibus patere expositas; verum illas & quidem maximas finu effundis. Itaque quod ii coeperunt, tu perfecisti: quod mente agitarunt, tu confirmasti &c.* Coepit quidem Clemens, qui ut supra dictum est, hanc in Claustro dedicavit Bibliothecam; & iamdiu mente agitatum in ea conservanda consilium, in medium protulit celeberrima Bulla [49] illa sua data Romae Anno Incarnationis Dominicae MDXXXII. XVIII. Kal. Decembris Pontificatus sui Anno IX. cuius vi Monasterium S. Ioannis Baptistae de Acereta & Prioratum S. Barnabae de Gamundio in Dioecesi Faventina; *illorumque fructus, redditus, & proventus Capitulo D. Laurentii univit & incorporavit;* ut primum *ex fructibus, redditibus, & proventibus Mensae Capitularis huiusmodi, tecta, sedilia, Libri, & omnia alia dictae Biblio-*

(46) Videsis Libros istos non cuivis obvios:. *Bando della Bolla Motuproprio di S. Santità sopra il Gran Duca di Toscana e sua Real Corona Pubblicato in Fiorenza sotto dì* XV. *dì Dicembre* 1569. *In Fiorenza appresso i Giunti. Coronatione del Serenissimo Signore Cosimo Medici Gran Duca di Toscana, fatta dalla S. di N. S. Pio V. in Roma sotto di* V. *di Marzo* MDLXIX. *Con il Viaggio e Regia Entrata di S. A. in Roma. In Fiorenza appresso Bartolommeo Sermartelli. Literae S. D. N. Pii Papae V. super creatione Cosmi Medices In Magnum Ducem Provinciae Ethruriae ei subiectae, Florentiae apud Philippum Iuntam & Fratres* MDLXX. Literae datae sunt Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae MDLXIX. sexto Calendas Septembris Pont. Nostri Anno quarto.

(47) Florentiae in typographio Iunctarum 1574.

(48) In dedicatione Digestorum seu Pandectarum Lib. L. ex Florentinis Pandectis repraesentat. Florentiae in Officina Laurentii Torrentini Ducalis typographi 1553.

(49) In Bullario Laurentiani Capituli extat, & in Bibliotheca apograph

bliothecae neceſſaria ſimiliter manu tenerentur &c. deinde duobus Cuſtodibus ſingulis annis a Capitulo eligendis, quorum unus de numero Canonicorum eſſet, de Capellanorum alter, debita merces ſive annuum ſtipendium perſolveretur. Horum erat eadem omnia obire [50] munia, quae SIXTVS [51] IV. iniunxit Cuſtodibus Bibliothecae Vaticanae, ad cuius normam videtur CLEMENS VII. haec eadem pro ſua Laurentiana diſpoſuiſſe. Vt enim SIXTVS Cuſtodibus Vaticanae praepoſuit Bibliothecarium PLATINAM, deinde IOAN. ANTONIVM BVXVM: Ita CLEMENTEM tradunt, praeter Laurentianos Cuſtodes, Bibliothecae curam potiſsimum IOANNI BAPTISTAE [52] ex Filiis IOANNIS, vulgo FIEGIOVANNI demandaſſe. Is enim certe fuit, qui [53] pridie Kal. Iunias Anni MDXXVII. e Mediceis aedibus huc advectos Codices excepit, retinuitque; do-

(50) De Bibliothecariorum officio; de huiuſmodi Cuſtodum ſcilicet diurna opera agit Caput XXII. Conſtitutionum Inſignis Collegiatae Eccleſiae S. Laurentii Florent. apud Pignonium 1617

(51) Conſule Mucii Panſae de Biblioth. Vatic. ſermones VI. & VII. potiſſimum, in quo inſcriptio ea profertur, quae in aedium porta dicitur extare teſtatura poſteris diſtinctionem Bibliothecarii a Cuſtodibus.

SIXTVS IIII. PONT. MAX.
BIBLIOTHECARIO ET CVSTODIBVS
LOCVM ADDIXIT.

(52) Factum id arbitror Ann. MDXXXIV. cum eſſet Baſilicae huius Antiſtes; atque ita in margine Hiſtoriarum Ben. Varchi adnotarat Biſcionius. Tanti Viri, qui fuit Abbas S. Stephani in Cinctorio, S. Benedicti ad Alpes in Faventina Dioeceſi: Leonis X. & Clementis VII. PP. MM. familiaritate, menſa dignus habitus: aerarii, & ſecretorum particeps: plurimis aliis Eccleſiae Romanae auctus dignitatibus: S. Laurentii, & Florentinae Metropolitanae Canonicus, obiitque IV. Kal. Quintiles MDXLIV. fuſius ſcribet eruditiſſimus Petrus Nolaſco Cianfognius Canonicus S. L. Amicus meus in Hiſtoria huius Capituli & Canonicorum, vitam, caſuſque; quales in praeſenti vitae diſcrimine evaſiſſe in Civili tumultu propter fugam ac reditum Mediceorum Civium exhibet depicta Tabula apud nobiliſſimos Cattaneos, & Biſcionianum Muſeum.

(53) Quod Monumentum de reverſis in Patriam Mediceis Codicibus ſe nullum potuiſſe reperire faſſus eſt pag. XXX. huius Praefationis Biſcionius, id ex Libris MSS. Capituli Laurentiani erutum mihi, qua eſt humanitate, poſt obitum Biſcionii oſtendit diligentiſſimus Archiviſta Cianfognius praedictus. Alterum & ego heic mihi oblata occaſione proferam monumentum, iis certe, quae in ſupradicta pagina XXX. de Codicum venditione & recuperatione a Biſcionio dicta ſunt, inluſtrandis aptiſſimum. Hoc mihi peropportune ſuppeditavit doctiſſimus P. Vincentius Maria Fineſchius Ord. Praedicat ex libro MS. Fratris Franciſci Mariae Gondi, qui in Archivio S. Mariae Novellae extat; continetque rationes accepti & expenſi cum quibuſdam Mediceae Domus memorabilibus. Verba ipſa MS. referam, quae in prima pagina leguntur.

,, MDIX. *Reverendiſſimo Cardinale di S. Piero ad Vincula dè dare per infino adì 29. d' Aprile* MDVIII. *ducati* 2652. 7. 8.
,, *che tanti ci fa buoni per una Libraria, che furono caſſe*
,, 32. *che fù di Lorenzo de Medici: come piu apieno appare*
,, *contratto per ser Filippo da San Miniato Notario della Camera ſotto detto di colle conditioni, che là ſi dicie, &*
,, *come per uno ricordo in queſto.*

In fine eiuſdem Codicis.

,, *Ricordo come l' anno* 1508. *& a dj* 29. *d' Aprile, come io*
,, *Fra Franceſco Maria Gondi, & come Procuratore de Frati, Capitolo, e Convento di S. Marco vendei al Reverendiſſimo Cardinale di S. Piero in Vincula una Libraría, che*
,, *fù Caſſe* 32. *che fù de Medici per ducati* 2652. 7. 8.
,, *rogato ser Filippo da San Miniato con quelle condizioni che*
,, *per il contratto ſi dice* Poſt ea ſubiicit.
,, *Nota come la detta Libraria in facto venne in mano &*
,, *al detto Cardinale de Medici, & lui come a vero debitore, e dallui ſi traggono e denari.*

Ex quibus hactenus relatis verbis haec ſe arguere Cl. Fineſchius ad me ſcripſit.

,, *Per il che chiaramente ſe ne deduce, che Lorenzo de Medici donaſſe al Convento di S. Marco la ſua Libreria, e*
,, *l' aggiungeſſe a quella comprata da Coſimo Padre della Patria donata pure all' iſteſſo Convento; e che trovandoſi il*
,, *Convento in biſogno per i paſſati diſturbi del Savonarola*
,, *vendeſſe la libreria di Lorenzo in Roma al Cardinale di S.*
,, *Piero in Vincola, che appunto allora era il Cardinal Galeotto Franciotto della Rovere Nipote per parte di Sorella di*
,, *Giulio II. il qual Cardinale morì adì* 11. *di Settembre dell'*
,, *anno* 1508. *ed eſſendo queſto amiciſſimo del Cardinale Giovanni de Medici non è gran fatto, ſe ſaputaſi da eſſo*
,, *una tal vendita di coſa donata da un ſuo Antenato, procuraſſe immediatamente di riacquiſtarla. Ed in fatti il primo pagamento, che fù di ducati* 300 *fatto a di* 20. *di*
,, *Maggio del medeſimo anno* 1508. *non fu altrimenti fatto*
,, *dal Cardinale di S. Piero in Vincola; ma dal Cardinale*
,, *de Medici, come apertamente ſi legge nel ſuddetto Libro.*
,, *Onde biſogna dire, che il Cardinale Giovanni de Medici*
,, *ſubitamente la ricompraſſe Che poi il Cardinale di S. Piero in Vincola foſſe il detto Galeotto può riſcontrarſi da cio,*
,, *che ne dice il Ciacconio al T III. pag.* 252. *e ſeguenti.*
,, *Nel qual luogo ſi ricava la ſtretta amicizia tra detti due*
,, *Cardinali. Chi ſia poi queſto Fra Franceſco Gondi non m'*
,, *è riuſcito il ritrovarlo, pare che ſia Religioſo di S. Marco: ſebbene quei Padri dicano di non averne notizia. Pare*
,, *ancora, che egli non ſia, perche lo ritruovo Procuratore di*
,, *Madonna Alfonſina Donna di Piero de Medici nella compra*
,, *del Poggio a Cajano: come al detto libro a* 8 *&c.*

Hactenus doctiſſimi Fineſchii literae. Quibus & alias Reipublicae Flor. ad Ioannem Laſcarem hac quidem de re mihi liceat adiungere; ut quanta de Mediceis diſpertis Codicibus reſtituendis eſſet Reipublicae noſtrae cura, perſpiciatur. Hanc epiſtolam tranſcripſi ex membranaceo Codice epiſtolarum Reipubl. Flor. ad Principes ab Ann. 1490 ad Ann. 1497. qui extat apud peritiſſimum Antiquarium noſtrum Ioannem Baptiſtam Deium.

IOANNI LASCARI GRAECO
Spectate Vir Amice Cariſſime.

,, *Rivedendo noi il numero delli libri greci, e latini per*
,, *alcuna occorrentia che rimaſono della hereditá di Lorenzo*
,, *de Medici, che ſono in Sancto Marco e altrove, troviamo*
,, *mancarne alcuni Volumi in greco ſpecialmente, libri di importantia e di valuta: & perche intendiamo che voi ne*
,, *haveſti alcuni da Sancto Marco, e d' altronde, de quali*
,, *ſiamo certi che renderete buono conto: però vorremo che*
,, *all' havuta di queſta ne deſſi pieno adviſo dove ſono e chi*
,, *gl' ha, e dove gli poſſiamo totalmente ritrovare, e cosi*
,, *ſcriviamo a Giovacchino Guaſconi Noſtro Imbaſciadore appreſſo la Maeſtà Criſtianiſſima, che ſia con voi, e habbi e*
,, *intendi da voi il tutto dove ſiano decti libri che ſiamo certi lo farete, non havendo ricevuto da queſta Citta e Signoria ſe non ſempre honore e benefizio; Che oltre che farete*
,, *coſa ragionevole ne ſara gratiſſima.* Ex Palatio Noſtro die 16 Februarii 1496. Aliae ſunt literae ſcriptae pariter ad Franc. Gualterottum, ut redderet graecos Codices, quos ex Medic. haereditat. acceptos reſtituerat Ioan. Stephanus Caſtillioneus. V. & Nerlium Com. Civil.

His aliiſque longe plurimis adhibitis curis nihilo tamen ſecius multi adhuc vel Mediceo inſigniti Stemmate Codices in publicis privatiſque Bibliothecis deliteſcunt; ita ut conſtans ſit doctorum hominum opinio, ne tertiam quidem Mediceorum Codicum partem [ut nihil de iis dicamus, qui a Catharina Medicea in Gallias adſportati eſſe dicuntur] in Laurentiana Bibliotheca hodie ſupereſſe. Memini me olim in edito Catalogo librorum Claudii de la Boze legiſſe num. 408. Marci Muſuri Ἐτυμολογικὸν μέγα Mediceo Stemmate fuiſſe inferius obſignatum ſimili eodemque modo, quo Codex membranaceus ille Propertii eſt, quem in Catalogo MSS. Codicum apud Patricios Guadagnios adnotarat Biſcionius. Damaſcii Cod. cum nonnullis Livianis Libris MSS. & aliis emit Romae Ann. 1756. Canonicus Bayerius ex Bibl. Cardinalis Aquavivae. In Hiſtoria vero Petri Marci Parenti, quae in Strotiana Bibliotheca, ni fallor, exiſtit, haec olim ad Ann. 1497. de Hieronymo Savonarola legi:

,, *Etiam de libri di Piero de Medici, i quali nella Libreria*
,, *di S. Marco in buona parte ſi riduſſono, fece parte a Cardinali, per cui mezzo dalle ſcomuniche e altri proceſſi controgli ſi difendeva. Tanta forza avevano in Firenze le ſue*
,, *arti &c.*

donec variis distractus curis onus pariter & honorem cessit eruditissimo iuveni PHILIPPO MELIORI, qui VARCHIO (54) teste a muribus tineisque sordidatos pulvere codices istos vindicavit. Verum (55) coepta haec perfecit confirmavitque XXXVII. post obitum CLEMENTIS Anno Magnanimus COSMAS, (56) qui non solum, ut supra dixi, Bibliothecam publicavit; sed BACCIVM BALDINIVM (Capitulares licet constituti essent Custodes) Physicum & Philosophum excellentissimum Archiatron suum eidem Bibliothecae praefecit. Ferdinandus vero I. D. M. E. (cuius amorem & in Literas promerita singularia perpetuo testabuntur Typographia Medicea Orientalium caracterum primo Romae constituta; & exinde Bibliothecae huius, editi Arabici Codices) BACCIO VALORIO Equiti ac Senatori Florentino, & IOANNI (57) RONDINELLIO Polyhistori sui temporis celeberrimo curam dedit Anno MDLXXXIX. Bibliothecae ordinandae digerendaeque. Tantos hosce Viros consequuti sunt eadem aucti dignitate (58) ALEXANDER MEDICES, Vitalis F. Anno MDCIV. HO-RA-

(54) Varchii locum in lib. XI. Historiarum Superiori pag. XXXI. retulit Biscionius; & a blattis tineisque servatos Codices tanquam fabulam repudiavit. Quid de revocata exilii poena dicendum propter Bibliothecam suis toties manibus emundatam a Philippo Varchius certe Lib. XII. pag. 455. refert, Philippum dicere solitum hoc unice sibi profuisse. En verba
„ *Fu ancora Filippo d' Antonio del Migliore confinato a Firen-*
„ *zuola perseguitandolo Messer Giovanni della Stufa per loro*
„ *differenze di dare, e d' avere. Ma egli, il quale uomo*
„ *saccente era, ed è, fece tanto, e tanto disse, che solo di*
„ *tutti i Confinati ottenne d' essere scancellato e levato di Ca-*
„ *mera. La cagione fù, secondo che afferma egli, l' aver da-*
„ *to la caccia a topi, e spazzato di sua mano più volte la*
„ *Libreria de Medici in San Lorenzo &c:*
Tantus Bibliothecarii huius erat amor in hoc Musarum sacrarium. Tanta vel in turbulentissimis iis temporibus a Laurentiana Bibliotheca speranda.

(55) Laudabilia omnique digna memoria Clementis coepta haec fuerunt in hac fundanda Bibliotheca; licet *generosi & liberalis animi vigor dignus Principe* ei defuisse dicatur ab Historicis, quos omnes in Capite maxime II. in medium adducit Iacobus Zieglerus Landavus in Vita Clementis VII. T. II. Amoenitat Ecclesiastic Io. Georgii Schelornii.

(56) Cosmae M. D. E. vitam & praeclaras in Etruriam, maximeque in literas, res gestas Cinius, Baldinius, Manutius, Victorius, Ioannes Baptista Adrianius, nuperrime vero Ioseph Blanchinius; ut de infinitis propemodum libris tanto Principi dedicatis taceamus, summis laudibus extulere. Quod Bibliothecam spectat, illam a Magno Cosma *renovatam* cecinit non contemnendus latinus vates noster Sebastianus Sanleolinus Cosmianarum Actionum eleganti Opere, edito Flor. 1578. in II. maxime libro. Neque id poetice magis, quam vere dictum crediderit, qui rariores insignioresque huius Bibliothecae Codices ab eo comparatos noverit: ut suis locis Catalogus noster, & literae testantur, quas pro conquirendis codicibus sollicitudinis plenas nomine tanti Principis Guidius Pinnae, Atriaeque Episcopus scribebat. Ex Codice nostro XC. Plut. XCII. *super* unam proferam, quae deceptum ostendat P. Mabillonium, dum in libris de re diplomatica furto sublatum e Vaticana Biblioteca credidit antiquissimum Medicei Virgilii codicem, qui extat Plut. XXXIX. Scripta est Epistola ad Cardinalem de Monte, qui fuit deinde Iulius III. P. M. IX. Kal. Februarii 1567.
„ *Mentre che io sollecito di condurre questa mia Libreria di*
„ *S. Lorenzo a quel fine, che da me si desidera, riempien-*
„ *dola de più scelti e più corretti libri, che si trovino, ho*
„ *inteso con molto mio piacere, che VS. Illustrissima si trovi*
„ *un Virgilio scritto a mano a lettere maiuscole molto antico*
„ *e corretto avuto dalla Libreria del Reverendissimo di Carpi.*
„ *Perchè per la fide mia in Lei mi sono facilmente promesso,*
„ *o mi prometto, che pregandonela affettuosamente, come ne la*
„ *prego, sia per compiacermene: Tanto più volentieri, quanto*
„ *più lo reputerò, che sia per accrescere l' ornamento d' un*
„ *Opera così onorata, & a benefizio così universale; e per-*
„ *venirmi da Lei, e per essermi nella reverenza che mi è il*
„ *nome di quel Cardinale, al quale fui affezionatissimo. Piac-*
„ *ciale adunque farmene grazia con accertarsi, che mi sarà*
„ *gratissima, e per la qualita del dono, e per la testimonian-*
„ *za del buono animo suo inverso di me, alla quale di novo*
„ *mi raccomando. Che Dio &c.*
Hoc eodem fortassis anno ab Antonio Eparcho Graeco homine, cui a Marcello II. & Pio IV. negocium datum fuerat graecos codices per totam Graeciam conquirendi in Vaticanam utique inferendos, Cosmas emit eiusmodi Codices. Epistolam Eparchi ad Cardinalem Sirletum die 3. Iulii 1568 protulit in eruditissimis adnotationibus suis ad Epistolas Iulii Pogiani Edit. Rom. 1756. Vol. II. Cl. Soc. I. Sacerdos Hieronymus Lagomarsinius pag. 312. Epistolae verba, quae ad rem nostram faciunt, & ad magnanimi Principis animum declarandum, quo ad Bibliothecae aditum solemniter patefaciendum parabatur, non omissa interim cura obtinendi Codices ex duabus oppidi S. Geminiani, ex Septimiana Ord. Cisterciensis, ex Messanae, Romae, totius demum Etruriae publicis privatisque Bibliothecis, uti in Dissertatione mea fusius loquar, saltem haec censui adponenda:
„ *Io ho passato qui, che mi trovo con bocche sei alle spalle*
„ *con il tratto di libri greci, che haveva portato di Gretia*
„ *de ordine di Pio quarto, come si vede per lettere di*
„ *Sua Santità indirizzate a me de pugno dell' illustriss Car-*
„ *dinale Borromeo, che dovesse andare in Gretia, & trovar*
„ *libri antichi in ogni facoltà. Et così ho fatto, & portati*
„ *quà, scrissi a questo santo pontefice* (Pio V.) *& mandai an-*
„ *cor l' indice, perhochè il quarto ora passato alla miglior vi-*
„ *ta. Et sua santità mi scrisse per man dell' illustriss. Ales-*
„ *sendrino, che non intendeva; che corresse la mia provisione,*
„ *ma che vegniendo costà sua santità mi provederia di cosa*
„ *molto più maggiore. io, che mi ritrovo mal conditionato*
„ *per le gotte, & essendo anco de età de anni 77. non ho pos-*
„ *suto fin ora vegnir: ma vendi per la necessità del viver i*
„ *detti libri alla eccellentia del duca di Fiorenza* (Cosimo I.)
„ *per scudi 390. e mi ho intertenuto fin hora, al presente or-*
„ *mai sono stati spesi &c. &c.*

(57) Huius plura cum edita tum inedita opuscula sunt, quae erudita haec in dies profert aetas. Inferius de eo loquar. Sanleolinus Lib. II hunc in Elegia pag. 52. bonis literis ornatissimum praedicat, & cum Iacobo Salviato genere opibus & virtute Clarissimo loquentem inducit de typographis magno precio a Cosma conductis & Florentiam vocatis, deque Bibliotheca Laurentiana, in cuius honorem isti, qui ad calcem leguntur, non omittendi versus.
Denique quicquid habent Etruria, Graecia, Roma,
Ac solyme pulchri, haec Bibliotheca tulit.
Cetera videsis in Fastis Consular. Salvinianis pag. 212. Ibi quoque plura leges paginis 169. 282. & 669. de altero collega Baccio Valorio, cuius virtutes inscriptione hac concluduntur;

SOLI DEO HON. ET GLORIA

BACCIO. VALORIO PHIL. F. I. C. EQVITI AC SENATORI

A CONSILIIS SECRETIS M. D. HETR. FERDINANDI I.

EIVSDEM VIIII. L. T. IN COLL. PICT. SCULT. ARCHIT.

QVI BIBLIOTHECAE MEDIC. DIV PRAEF. PISAR. III.

LIBRORVM FLOREN. EDEN. ET IPSE PENSIT. ET IVDEX

MODO QVIEVIT QVIESCENS RVRI

NAT. VERT. OCT. ANN, MDXXXV. MORT. CVRR.

APR. MDCVI.

VIRGINIA ARDINGHELLIA CONIVX TIT. F. SE POS.

MERENTI MOERENS

(58) Qualis quantusque fuerit Bibliothecarius iste Patre doctissimo doctior Filius posteros edocent duae illa inscriptiones positae sub eorum imaginibus, quas sculpsit Horatius Mochius, conlocavitque intra sinistram portam D. Ma-

RATIVS (59) ORICELLARIVS Equitum D. Stephani Prior, & universae Philosophiae more Socratico restaurator insignis Anno MDCLVII. Ac demum (60) ANTONIVS MARIA BISCIONIVS Laurentianae Ecclesiae Canonicus, qui Anno MDCCXLI. a D. N. FRANCISCO Romanorum Imperatore semper Augusto *Regii Bibliothecarii* Titulo exornatus est primus. Huius ego ANDREAS PETRVS IVLIANELLIVS Laurentiani Collegii Sacerdos, ab ipsomet Caesare plurimis cumulatus beneficiis, (61) vices modo gerens licet immeritus, postquam boni senis importunam mihi mortem deflevi; & literaria (62) merita elogio, & memorabilibus editis posteritati, quantum in me fuit, commendavi: haec pro hu-
iu-

Mariae Annunciatae. De qua Ecclesia, & altera Omnium Sanctorum maximis largitionibus promerita est haec olim Iudaea Familia. Stephanus Rossellius hasce inscriptiones ob id etiam a me adductas omisit in Sepultuar. Flor.

I.

D. O. M.

VITALI MEDICES PHYSICO CELEBERRIMO GRAECARVM LITERARVM. VARIARVMQVE LINGVARVM SCIENTISSIMO. QVI PER QVINQVAGINTA QVATVOR ANNOS AB INOFFENSA MEDICINAE EXERCITATIONE CLARISSIMVS. FAMA MERITORVM ILLVSTRIS. AB AETRVRIAE REGIBVS ANNVO CENSV GRATIS AVCTVS QVIA GRATISSIMVS. AD CVMVLVM DOMESTICI GAVDII. AD ORNAMENTVM SVAE VIRTVTIS. AD CORONIDEM PATERNAE LAVDIS TRIBVS EXORNATVS FILIIS. QVOS LAVREA DOCTORATVS INSIGNITOS VIDIT. PLENVS DIERVM ET GLORIAE PIETATE SENIOQVE VENERABILIS. SANCTO FINE QVIEVIT. AETATIS SVAE ANNO SEPTVAGESIMO SEXTO. ANTONIVS MEDICES OPTIMO PATRI MOERENS POSVIT.

ANNO 1646.

II.

D. O. M.

ALEXANDRO MEDICES VITALIS EXIMII VIRI FILIO PLVRIVM COGNITIONE LINGVARVM. VTRIVSQVE PHILOSOPHIAE AC THEOLOGIAE PERITIA. MORVM INNOCENTIA AGENDI SVAVITATE COMSPICVO. MISERICORDIA IN PAVPERES. PIETATE IN COELITES ADMIRABILI. QVI A FERDINANDO I. AD OPTIMAM FILII MAGNI PRINCIPIS INSTITVTIONEM ACCERSITVS IN AVLAM EFFORMATVS AD OPTIMA. SERENISSIMI BIBLIOTHECARIVS. CARISSIMVS OMNIBVS VIRTVTE FACTVS. COSMVM MAGNVM DVCEM MORIBVS AC LITERIS NOVENDECIM ANNOS EXCOLVIT. ANTONIVS MEDICES FRATER AD AETERNVM FRATERNAE BENEVOLENTIAE MONVMENTVM SVVM HIC ANIMVM INSCVLPSIT ANNO 1645.

VIXIT AN. 75. OBIIT 1. OCTOB. 1642.

(59) Quam diffuso lumine niteat Oricellarius, demonstrarunt immortales duo illi fratres Salvinii; unus funebri Oratione edita 1735. in Tuscan.cis prosis pag. 136. In Fastis Consular. alter pag. 566.

(60) VIII. Neque plures fuere Bibliethecae Laurentianae hactenus Praefecti, quos enumeravimus. Neque vacat heic refellere Seraphinum Ractium, qui in Vita B. Ambrosii, dum non intelligit verba Epistolae VI. Lib. VIII. literarum Ambrosii Edit. Flor. illum Cosmae P. P. Bibliothecarium constituit. Simili eodemque modo, uti arbitror, quo Argyropuli, Ficinus, Politianus, Lascares fuere ante fundatam Bibliothecam, qui commodatis Codicibus Cosmae, Petri, Magnifici Laurentii utebantur. Ignotus mihi pariter est Leonardus ille Bartolinus, quem eodem munere functum adserit Ferdinandus Leopoldus Del Migliore pag. 174. Illustrat. Flor. Cl. Gorius Amicus meus singularis noverit quidem, Io. Baptistae Donio ex eiusdem adversariis Laurentianae curam fuisse demandatam, & rariorum Codicum a Donio Catalogum fuisse conscriptum: quemadmodum in Literario Commercio, quod idem Cl. Gorius edidit An. 1754. ad epistolam XXXIX. animadvertit; credideratque Vossius, quem de errore deducit Heinsius T. III. Syllog. Burm. pag. 367. Donium tamen in serie Bibliothecariorum, qualis in Codice XCIV. Plut. XCII. legitur, nusquam invenio. Ad haec Donius ipse epistola IV. ad Nicolaum Rigultium conqueritur
„ *tot difficultatibus obseptum esse aditum istius Bibliothecae. Quod*
„ *praecipue evenit, ex quo nonnulli Codices subrepti fuerunt, qui*
„ *deinde reperti sunt; ut nulli describere aliquid liceat, nec*
„ *etiam clauso exterius ostio in ea studere, nisi adstante*
„ *Custode: iis exceptis, qui nominatim eius rei potestatem a*
„ *Principe obtinuerint.*
Haec epistolae pars eo est a me consilio transcripta, ut Friderici Gronovii, Nic. Heinsii primum calumnias, contumeliasque, quibus Canonicos, & Custodes Bibliothecae, tanquam *feriarum cupidissimos, avarissimosque* palam traducit in Sylloge Epistolarum Virorum illustr. quas edidit Petrus Burmannus, T. III. Ep. 84. ipse hac oblata occasione in eosdem maledicos autographos ignarosque legum nostrarum regererem; deinde ut nonnullis nostrorum temporum studiosis, putantibus suo sibi licere arbitrio hosce Mediceos adhibere Codices, ostenderem, quam caute agendum Bibliothecae huius Praefecto sit, qui & Edictum Cosmae II. M. D. E. die XV. Augusti MDCX. ad portam Bibliothecae legerit servandum; & ex Codice XCIV. Pl. XCII. literas eas sane plures evolverit, ex quibus aperte cognoscuntur semper a M. E. D. iussi fuisse Bibliothecarii, quales Codices, quoto tempore, quibusve Viris ostendere deberent, sinereque ab hominibus praestantissimis, & ab omni quaestu remotissimis conscribi. Ex hoc genere fuere Patrum memoria P. Victorius, Gronovius, Heinsius, Vossius, Langermannus, Antonius Possevinus, Curtius Pichena, Antonius Magliabechius, quem male Albertus Fabricius, quasi Laurentianae Praefectum circumscribit, Antonius Maria Salvinus, Thomas Bonaventuri: Nostra vero Antonius Cocchius Mugellanus Anatomes & Medicinae Professor insignis Caesareo Cimeliarcho Praefectus, uti Riccardianae Bibliothecae Ioannes Lamius notissimus Ecclesiasticae Historiae in patrio Athenaeo Professor, quibus ad Literarum gloriam & Patriae decus enatis privilegium concessum est amplissimum, quotquot velint, perlustrandi scribendique Codices Laurentianos. Vt ad rem redeamus Bibliothecariorum numero accensendi potius essent Sixtus Faber, & Franciscus Boncianius P. Victorii Graecanicus Auditor, quos e literis 15. 89. & 1593. Codicis XCIV. Plut. XCII. *super* ediscimus a Ferdinando I. M. D. E. fuisse ad Laurentianae Bibliothecae curam designatos; etsi verear ne dignitatem sint adsequuti. Ferdinandum plurimis Codicibus auxisse Bibliothecam depraedicat Robertus Titius Burgensis Oratione edita 1607. Florentiae apud Sermartellium. Iulianus vero Giraldius, & Iacobus Soldanius opportune in Orationibus commemorant a Magno illo Duce fuisse Hieronymum, & Ioannem Baptistam Vecchiettos Orientalium linguarum peritissimos stipendio delectos missosque ad veteres per Orientem Codices conquirendos. Idipsum antea a Francisco I. fuisse factum testantur Petrus Angelius Bargaeus & Laurentius Iacominus Tebalduccius in suis editis Orationibus, & P. Victorius in Praefat. Aristot. Alphonsus vero Borellius in Epistola nuncupatoria ad Cosmam III. tunc Etruriae Principem in Editione Apollonii Pergei ordine quosque suo Duces Mediceos, commemorat, quibus Laurentianae amplificatio praecipue cordi fuerit. Ad Orientales hos Codices, quos modo recensuit Biscionius, interpretandos legi in eiusdem supradicti Codicis literis datis ad Cardinalem Pacechum Civitatensem die 3. Februarii 1567. centum aureorum stipendio conductum a Cosma I. *Venturam* quemdam Iudaeum Perusinum, qui Mantuae morabatur „ *Io riceverei molto comodo per il desiderio, che io ho di tirare innanzi questa mia Libreria di S. Lorenzo d' aver qua un Ventura Ebreo di Perugia che si trova in Mantova &c.*

(61) Vigore Literarum Imperialis Consilii in Etruria sub die 8. Maii 1756 a quo & haec Operi iungenda conscribere iussus sum.

(62) In Ephemerid. Litterar. Flor An. 1756. num. 23. 25. 26. 27. 32. 33. & Venetis num. 20.

iuſmodi abſolvenda hiſtoria, & iuſſu Caeſaris in lucem emittendo hoc, quem tanto Biscionivs labore ac ſumptu concinnavit, *Catalogi* huius Tomo I. cenſui Παρέργα conſcribenda. Plura certe pro rei dignitate atque copia ſcripturus fuiſſem, ſi temporis anguſtiae, ſi Biſcionianorum haeredum inopia, ſi, quod maius eſt, ingenii mei imbecillitas, ſtudiorumque iſta mihi inſueta ratio, licet iucunda, ſiviſſent. Mea tamen Diſſertatio illa propediem in II. Catalogi Tomo proditura, cuius non ſine multa mei nominis exiſtimatione ſuperius amantiſſimus Biscionivs meminit, nonnulla, niſi fallor, aliis indicta novaque ſuppeditabit, ipſa Laurentianorum Codicum αὐτοψίᾳ; eorumque grata recordatione, qui Codices ſcripſerunt, conquiſiverunt, poſſederunt, veterique donarunt Eccleſiae noſtrae Bibliothecae, e qua fuere in Mediceam comportati. Atque ita tandem aliquando Caeſareo-Laurentianae Bibliothecae Hiſtoria ſuis, quod nondum tentatum fuerat, numeris tota, uti ſpero, abſolvetur. (63)

De methodo carptim modo ac ſtrictim pauca dicamus, qua in hoc Orientalium Codicum, Librorumque contexendo Catalogo Biſcionius uſus eſſe videtur. Plures ſane Bibliotheca haec ante Biscionivm iactare poteſt cum Noſtrates, tum exteros bibliographos, qui in eius vel commemorandis, vel recenſendis, illuſtrandiſve Codicibus ſtudium operamque ſuam laborioſiſſime conlocarunt. Omnium princeps eſſe (64) Anonymus ille a me creditur, qui & ſingulis Codicibus recens compactis, Mediceo Stemmate pleriſque hinc inde, literiſque C. M. [Cosmvs ſcilicet Medices] obſignatis una cum arabo numero titulum exteriorem, qualiſcunque ſit, ea lingua, qua ſcriptus codex eſt, & verſione latina adpoſuit; & omnium mox Indicem grammaticum, ſive, ut aiunt, alphabeticum partim realem, partim perſonalem ſcripſit in pagellis, quas κατὰ πλάτος Pluteorum romano numero diſtinctorum, ſicuti hactenus extant, affixit; ut ſcilicet eo facilius Codices, qui ibi poſiti in catenis unus ſupra alterum promiſcue iacent, ad manum praeſto eſſent efflagitantium. Hae vero pagellae licet ἀκρίβως, καὶ ἀμαθῶς exaratae, ut prima ſunt omnia, tanti a bibliopholis habitae ſunt; ut eas omnes Anno mdcxli. Henricvs (65) Ernstivs; ſelectas vero MSS. Theologicorum tantum Theophilvs Spizelivs pag. 81. Sac. Bibliothecar. Ill. Arcan. retect. Auguſt. Vindelic. 1668. Erudito Orbi communicare non dubitaverint. Parum adcuratiores in retexendo Indice xii. Kal. Septembres Ann. mdlxxxix. Ioannes Rondinellivs, & Baccivs Valorivs fuere. Hi enim in Plut. xliv. ſub num. 42. Codicem (66) membrana-

§§§§§§ ceum

(63) Quoad Scriptores Codicum, plures èx adducenda cuiuſque epigraphe in Catalogo, & in memorata Diſſertatione emergent: e. g. Ioan. Roſius Cretenſis Praesbyter: Chriſtophorus Bondelmontius Codicum ſcriptor & emptor in Creta: Georgius Tribizius Graecus Sacerdos: Iacobus Macarius Venetus; Petrus Feius: Ioann. Theſſalus Scutariota: Bartolomaeus Comparinius; Bernar. Bartol. Nicol. Meletius: Gregor. cognom. Longus: Leontius: Euthymius: Strategius Praesbit. Alex. Verrazzano: Geminianus: Sinibaldus: Sigiſmundus: Cantinius: Guemiol: Martinus Ant. Praesbyt. Groſ. de Pineto: Io. Burkardus Argent. Gherard. Io. Del Ciriagio ut nihil dicam de Petrarca: de Ambroſio Traverſario, Angelo Politiano, Poggio, Scala, Gaza, aliiſque plurimis, quos ne longior in notis ſim, modo tantum praetermitto De Codicum conquiſitoribus pauca ſuperſunt dicenda poſt multa, quae Biſcionius in prioribus paginis huius Praefationis, Cardinalis Quirinus in Diatribe praeliminari ad epiſtol. Barbari, Georgius in vita Nicolai V. Caraffa in Hiſtoria Gymnaſi Romani, Apoſtolus Zeno in Voſſianis Diſſertationibus, omneſque ii enarravere, qui de inſtauratis in Italia Literis in hac maxima aetate diſſeruerunt. Ad Poſſeſſores vero Codicum haec interim ſpectat Biſcionii ſcheda, in qua notarat cuiates eſſent nonnulli Laurentiani Codices. *Di Coſimo P. P Codici 20 in circa: di Piero il Gottoſo 54. di Lorenzo il Magnifico 30. in circa: di Leone X. Clemente VII. Coſimo I. Franceſco I. Ferdinando I. non pochi donati, e acquiſtati: del Poggio 13 di Coluccio Salutati 8. del Poliziano 12 del Varchi 6. del Niccoli 5. De' Saſſetti Franceſco, e Tommaſo 30, Sonovene aſſai di Giorgio Antonio Veſpucci: di Fr. Naſtagio e di Iacopo &c. e del Petrarca.* Ego vero Indices a Cl. Cianfognio Canonico habeo adducendos in Diſſertatione omnium Codicum, qui a Laurentianis Canonicis; maxime vero ab Antonio Petreio, Franciſco Guelphio, Laurentio Gheruccio, Guiduccio, qui dicebatur a Cornio, Ioanne Grillio Bibliothecae Eccleſiae huius teſtamento relicti, in Mediceam deinde fuerunt comportati. Si demum de Laurentianae Bibliothecae laudatoribus agamus, infiniti pene numero Scriptores ii ſunt, qui *copioſiſſimum* hunc, ut Noriſii verbis utar, *Latiae Graecaeque ſapientiae Theſaurum* avidis oculis ſubſpexere; & centies iiſdem in genere repetitis laudibus extulerunt. Nullus tamen adhuc, quem ſciam, tantae Bibliothecae hiſtoriam conſcripſit. Iacobus Bechetius in epiſtola, quae habetur in Membranacco Codice B. Proſperi de Vita contemplativa, in Biblioth. Flor. S. Marci: Antonius Sangallenſis in ſuo Colloquio, cuius meminit Cl. Lamius in Catalogo Riccardiano pag. 35. & 45. Edit. Liburn. 1756. Q. IV. num. XIII. Petrus Albertinius, Farullius, Franciſcus Minoctius in ſuo libello edito Lugduni 1673. praeter eos paucos, quos ſupra citavit in Praefat. Biſcionius, peculiaria quaedam ad eam texendam conſervarunt. Rem ſane arduam, abſoluta Orientalium horum Codicum recenſione, ſuſcepit tandem Biſcionius; quaque erat in rebus praeſertim patriis eruditione ſingulari per l. & amplius annos in hac Bibliotheca quotidie verſatus colophonem, ut aiunt, huic rei profecto addidiſſet. Verum manu admoventi lxxv. aetatis currebant anni. Per v. autem annos cunctatus imperfectum opus reliquit. Mihi eamdem incudem in T. II. tundenti ſpero rem melius ceſſuram, ſi ad ipſos Codices, eorumque hiſtoriam, quaſi ad fontem, unde ordine progrediatur narratio, digitos intendero, annuente Caeſare.

(64) Huius meae opinionis rationem non unam reddo in mea Diſſertatione.

(65) Hunc librum in octava forma Amſtaelodami editum cum hoc titulo: *Catalogus Librorum refertiſſimae Bibliothecae Mediceae Quae aſſervatur Florentiae in Coenobio S. Laurentii editus ab Henrico Ernſtio I. V. D. & Academiae Soranae Profeſſore Ordinario* Ioannes Antonida Vander Linden perridiculo ſphalmate inter ſua *Scripta medica* recenſuit pag. 237. Lib I. Edit. III. Amſtaelod. 1662 Hunc tamen Catalogum, quem Cl. Hottingerus in Bibliothecario quadripartito edito Tiguri mdcxliv *affectum magis quam perfectum* notat, niſi mavis intelligi Langii Catalogum, de quo inferius, auctiorem, & emendatiorem ſe daturum pollicitus eſt Ernſtius ipſe in Indice Librorum lucubrationum ſuarum edito Harlemi mdclxv. An reapſe praeſtiterit, prorſus ignoro; dubito autem, quum nulli, praeter Cl. Biſcionium, id hactenus contigerit. Ernſtii Catalogum ex pagellis Pluteorum, non Codicum inſpectione fuiſſe compoſitum obſervavit H. Meibomius ad Vogleri introductionem.

(66) Collegae hi cum fuerint, idem munus ideo eis tribuitur. Re autem vera Rondinellius unus catalogum conſcripſit, Codiceſque digeſſit curſim, atque perſtrictim non ſine paucis erroribus, quos ipſemet in autographo, quem habemus Plut. xcii. Cod. xciv. a ſe deprecatur.

ceum in fol. max. reposuerunt, in quo non modo singulorum Pluteorum Codices omnes alphabetice enumerarunt; verum etiam facultatum distinctionem, qua ad ἐμπειρίαν βιβλιακὴν adsequendam nihil est opportunius, & Codicum in certas Classes divisionem, quam heic eorum verbis (67) evulgo, prudentissime adhibuerunt. = Huius Bibliothecae Libri in hunc ordinem dispositi sunt; ut a dextris = sursum versus incipiendo a 1. Pluteo usque ad XXVII. libri de *Theologia* hoc = ordine digesti sunt, ut primo *Ebraea*: deinde *Graeca*: postea vero *Latina*: ultimo autem *Etrusca* volumina reposita sunt. A XXVIII. usque ad XXX. *Mathematica*. A XXXI. usque ad XXXXIV. *Poetica*. A XXXXV. usque ad LX. = *Humaniora*. Deinde a LXI. usque ad LXX. *Historica*. A LXXI. usque ad LXXII. = *Logica*. A LXXIII. usque ad LXXV. *Medica*. *Philosophica* vero a LXXVI. usque = ad LXXXVII. Et omnia haec Volumina eodem ordine, quo *Theologica*, di= sposita sunt, & iuxta seriem Alphabeti. At in ultimo Pluteo, qui LXXXVIII. = repositi sunt plures libri Ebraei de Variis facultatibus. = Vtinam, quem ipsi sibi proposuerant, hunc ordinem reapse praestitissent; sive, ut melius dicam, qui deinde consequuti sunt Bibliothecarii, & Custodes, numquam illum turbassent! Non ea certe Codicum confusio, materiarumque dissonantia, qualis & quanta in hac Bibliotheca est, quotidie magis detegeretur. RONDINELLIVS nimia mox actus religione prophanos quosdam Codices e Pluteis, ubi eos disposuerat, in armarium, quod hodie aedificante CAESARE Nostro novum (68) Conclave, sublatum est, tamquam in carcerem miserrime detrusit. CVRTIVS PICHENA privilegium a FERDINANDO I. M. E. D. cuius erat a secretis, obtinuit, ut ad suum illustrandum (69) TACITVM Laurentiani Codices non pauci domum suam adsportarentur. Idipsum concessum est ANTONIO POSSEVINO Soc. I. qui Catalogum Mediceorum Codicum sibi confecit, ediditque ad Calcem Apparatus sacri An. 1605. aliquanto meliorem; quam Ernstius, teste FABRICIO in Epist. ad Prodr. Hist. Liter. Lambecii. Exinde necessario factum arbitror, ut Anno MDCXX. PHILIPPVS FONTANA huius Ecclesiae Canonicus & Custos Bibliothecae praedictum Catalogum *formae*, ut ipse ait, *& integritati suae* coactus sit *restituere*; (70) Et NICOLAVS BRVNETTIVS & BARTHOLOMAEVS MASELLIVS Sacerdotes Laurentiani Custodes mutilos pessimeque adfectos non paucos Codices invenientes detruncatorum LX. Codicum indicem circa id tempus contexuerint. (71) Laude quoque sua dignus est Regalis PIERACCINIVS BARGAEVS Custos & Sacerdos huius Ecclesiae, qui An. 1642 primus discrimine linguarum, non (72) materiarum, uti RONDINELLIVS egerat, distinctos Codices in Catalogum suum elegantius conscriptum conclusit; tresque Indices alphabetico ordine ad umbilicum perduxit: In quorum primo Codices latinos & italicos: In secundo Graecos: Orientales demum omnes in tertio conlocavit. Paulo post cum Florentiam venisset celeberrimus LVCAS (73) HOLSTENIVS; & hanc non sine animi sui admiratione voluptateque maxima inviseret lustraretque Bibliothecam, deque ea iudicium ferret, in praestantiores Codices, graecanicos praecipue, pauca quaedam adnotavit in schedis, (74) quas LEOPOLDO MEDICEO Etruriae, Principi perenne velut iudicii sui in hanc Bibliothecam, gratique animi testimonium obtu-

(67) Ex hac poterit quis intelligere, qualis sit status, & forma conlocatorum Codicum in hac Bibliotheca, quae hactenus servata, est quoque in posterum servanda; ne tot tantisque Scriptoribus, qui Codices ipsos citant, tenebrae offundantur.

(68) Huiusce novi conclavis descriptio in Ephemeridis literar. Flor. An. 1756. num. 35. a me facta est. Narratio vero totius architectonici Consilii; quo scilicet pacto possit conclave istud, crescente Codicum numero, deinceps amplificari, a me pariter conscripta servatur in Plut. XCII. Quae vero hoc loco iuxta Bonarotae modulum Tribuna triangularis erat erigenda, cum in Tabulis ichnographicis Tomi huius praetermiserit Biscionius, eam una cum Porta, quae Bibliothecae Vestibulum ingressuris foris in superiori Laurentiano claustro esse debebat, delineatam ab Architectonices peritissimo Ioanne Baptista Nellio Patric. Flor. dissertationi meae toties commemoratae aere incidendam curabo. In eiusdem studiosissimi Iuvenis Museo, rerum, quae Architectorum sunt, copiosissimo, quod Publicae patere voluit utilitati, vidi Bibliothecae Laurentianae divinii aedificii Vestibulum ab Eligio Brizzellio primum, An. 1672 A Senatore Ioanne Baptista Nellio [V. eius vitam a Filio conscriptam editamque An. 1753.] An. 1687. totum fuisse designatum ante Ferdinandum Ruggierium 1722. & Iosephum Ignatium Rubeum An. 1739.

(69) Huius doctissimi Senatoris superius memini, cuius verba in Tacitum ad rem meam sunt haec: *Innititur praecipue industria mea duobus exemplaribus Florentiae in inclita Medicea Bibliotheca adservatis &c.* Editio si non prima, omnium optima est Francofurt. apud Claudium Marnium 1607. Videsis Coppi Annal.

(70) Extat Cod. XCIV. Plut. XCII. super.

(71) Cod. LXXXIX. Plut. XCII. super.

(72) In ordinandis Bibliothecis tot Bibliothecarii, tot sententiae V. Lipenium in voce *Catalogus*, Hottingerum in Biblioth quadripart: Mollerum, Fichetium, Spizelium, Voglerum, Gesnerum, Simlerum, Draudium, Verdierium, Hoffmannum, Bartolinum, Teisserium, Fontaninum, aliosque plures, qui fusius id egerunt.

(73) Id autem forte An. 1640. fuit. V. Niceronium T. 31 Cl. Cocchium in Praef. Vet. Chirurgic. Sponium in Itinerar. & Montfauc. in Diario.

(74) Apographum habet Codex LXXVII. Plut. XCII. *super*. Has tamen edidit Regiomonti 1715 Michael Lilienthal T. I. select. Historic. & Litterar. cum hoc titulo: *Lucae Holstenii de Libris optimis, & maximam partem ineditis Bibliothecae Mediceae iudicium* &c.

tulit. Tanto Viro non minor aestimandis Laurentianae Codicibus successit An. 1652. Danorum doctissimus Hafniensis Professor WILLELMVS LANGIVS. Hic, qua erat Orientalium linguarum peritia instructus, Orientales tantum graecosque manuscriptos recensuit (75). Verum dum ille prepetibus (ut scriptum in scheda (76) Biscioniana est) gestit oculis omnia percurrere, multa praetermisisse, & in nonnullis aliquando eum ob exteriores Codicum titulos hallucinatum, luce clarius in hac sua recensione ostendit BISCIONIVS, qui eum in singulis pene codicibus describendis sibi refellendum proponit. Ex Holstenii, Langiique Catalogo forte illud fuit excerptum, quod N. Heinsius, favente Leopoldo Mediceo Etruriae Principe, ad Christinam Augustam Svecorum Reginam, dum esset An. 1652. Florentiae, mittere se scribit Epist. DCLIX. & DCLXX. T. V. Edit. Burman. Multa a IACOBO TOLLIO doctissimo Viro erant speranda, si fides Poetae haberetur. Lipsiensis enim Academiae Bibliothecarius & Professor Publ. L. IOACHIMVS FELLERVS (77) Elegia Lipsiae edita 1687. pro COSMA III. Etr. Principe inter cetera de TOLLIO cecinit

Devorat is veteres dudum velut helluo libros,
Orbique Aonio commoda ferre studet.

& inferius

Vrbis, Cosme, Tuae sublimia tecta petivit
Visurus geminae conditionis opes:
Antiqua in primis numquamque impressa librorum
Ausoniae seu sint Cecropiaeve notae.
Qualia cum tua, Dux termaxime, plurima servet
Vrbs intra muros Orbe stupente, suos;
Tolliadae has gazas, fac quaeso, patere repostas,
Quicquid & abstrusi Bibliotheca fovet.

Errat autem cum aliis Exteris, ut supra notavi, dum de MAGLIABECHIO ait

Librorum & Custos, qui Magliabechius audit,
Tolliadae facilis Clusius esse cupit.

Votis adnuit Princeps. Atqui vel de uno conscribendo edendove Codice VII. Plut. LXXIV. Collectionis Chirurgicorum Librorum Nicetae Tolliadae spes evanuit. Quam ne prorsus abiiceremus, effecit ad Florentinae Literaturae gloriam & incrementum non sine ingenti sumptu ac labore doctissimus Professor ANTONIVS COCCHIVS Mugellanus, quem hanc nactus occasionem honoris gratia nomino: dum veterum Codicum omnium ad Medicinam pertinentium, quotquot haec adservat Bibliotheca, iam ab annis MDCCXXI. XXII. XXVII. sibi descriptiones confecerit cum cuiusque Codicis specimine aliquo, & scripturae, ab impressis varietate, ut ipse (78) fatetur. Neque his contentus, plures subinde insigniores contulit Codices, puta An. 1731. HORATII Codicem I. in Plut. XXXIV. qui FRANCISCI PETRARCAE fuisse creditur; & Anno 1732. delineavit aereque iussit incidi exemplum Scripturae vetustissimi Codicis Virgilii Plut. XXXIX. & Epigrammatis ibi autographi ASTERII Consulis. Qua face sublata Cl. PETRVS FRANCISCVS FOGGINIVS Amicus meus & in Vaticana Biblioth. Custos excitatus publico bono & commodo typis descripsit totum Codicem Anno CIƆ IƆ CCXLI. Eiusmodi exemplum sequuti sunt pariter praestantissimus S. T. D. Graecarum Literarum in Patria Professor, Magister & Amicus meus singularis ANGELVS MARIA RICCIVS (79), qui Ann. 1731. & 1732. frequens Bibliothecae hospes e Laurentianis Graecis Codicibus spicilegium sacrum, si passa esset oculorum infirmitas, extulisset: uti Homiliam de Natali B. M. Virg. ANDREAE CRETENSIS latio donavit, & Homericorum Codicum recensionem

(75) Huius Catalogum, quem Hottingerus ait a Florentinis longe ei praeferri, quem edidit Ernstius, publicavit pag. 136. laudavitque epistola in Prodromo Literar. Petri Lambecii Lipsiae 1710. Io. Albertus Fabricius. Vitam V. apud Mollerum de Danorum scripris.

(76) Extant Plut. XCII. a me fideliter transcriptae.

(77) Huius titulus est in unico folio: *Ad Serenissimum & Potentissimum Principem Cosmum III Magnum Hetruriae Ducem Maecenatem ac Musagetam nostri temporis maximum, ut doctissimo Viro Iacobo Tollio in peregrinatione sua Litteraria in Florentiam delato celeberrimae Mediceae Bibliothecae Codices Manuscriptos perlustrandi copiam fieri iubeat submississime scripta Elegia a L. Ioachimo Fellero Cygneo Prof. Publ. & Bibliothecario Academiae Lipsiensis. Lipsiae* 1687. notandum, quod Fellerus itinera Cosmae recenset in elegia, & a se ad illum Oratore visum Lipsiae Cosmam die 19. Martii 1668. & Tollium furatum esse Codices aiunt.

(78) In Praefat. Libri, quem decenti cultu compactum Bibliothecae donavit. Non Horatianum Codicem tantummodo, sed Philonis, Diodori Siculi, Georgicorum Virgil. rei rusticae Scriptorum conlatos ab ipsomet inscripti Codices plurimi prima fronte testantur.

(79) Eius Vitam, me hortante, & memorabilia cum icone mittente, in Pinacotheca publicavit Literatorum hominum optime meritus Bruckerus Amicus meus.

nem evulgavit in laudatissimo Homericarum Dissertationum Opere Flor. edito 1740. Eloquentissimus Soc. I. Sacerdos & Orator HIERONYMVS [80] LAGOMARSINIVS Tullianos Bibliothecae Codices constanter evolvit omnes, contulit, adcurateque recensuit proxime elapso superiori decennio. In Laurentianorum Codicum descriptione semper totus est doctissimus Amicus meus IOANNES LAMIVS, ubi in plurimis suis operibus Eruditorumque Deliciis se se ei obtulerit occasio. [81] A sollertissimo veterum Codicum indagatore LAVRENTIO MEHVS multa sunt pro literaria seculi XV. Historia publicata manuscripta huiusce Bibliothecae Monumenta; pluraque ab eodem transcripta esse feruntur. Nae fortunatus ego homo, si tantorum Virorum, quod unice opto, enixeque peto, uti possem observationibus, studiis, atque descriptionibus ad hocce opus Catalogi eo citius continuandum atque absolvendum. Neque enim ab homine, qui enciclopedian inane nomen esse sciat, contendendum, ut de quibusvis Codicibus recte aequam sententiam ferre possit. Hoc unum, si mihi faverint Laurentianorum Codicum studiosi, sibi suadeant, me plagiarii aut impostoris, ingrative hominis semper pertaesum nominis & notae, habiturum esse gratias eis, relaturumque immortales. Multa profecto ad Orientalium horum Codicum interpretationem & rem pressius agendam BISCIONIO praesto fuere subsidia. Namque PETRVS [82] BENEDICTVS MARONITA arabice Ambarachius nuncupatus in Pisano Athenaeo publicus Sacrarum Literarum Professor a COSMA III. perhonorifice exceptus An. 1685. multa de hisce Codicibus notatu digna scripta reliquit: Multo vero maiora BERNARDVS MONTFAVCONIVS [83], qui Anno 1701. Mense Martio & Aprili totos a Pluteo I. ad LXX. versavit, scrutatusque Codices est. Huic iussu COSMAE III. cui Diarium Italicum dicavit, Laurentianus Catalogus a duobus doctis Viris pridem concinnatus in Galliam transmissus ab eodem editus est T I. pag. 239. Bibliothecae, Bibliothecarum. Duo ii Viri, qui praedicto Catalogo suam operam impenderunt, fuerant ANTONIVS [84] MARIA SALVINIVS, qui Graecis Codicibus tres Annos ad languorem usque insudasse dicitur; & FRANCISCVS [85] MARIA DVCCIVS Laurentiani Collegii Sacerdos optime meritus, & Custos Bibliothecae huius saepe saepius electus. Ad Codicum & Bibliothecae Historiam enucleandam plura sunt DVCCI scripta, Indices, Schedae, adversaria, quorum omnium molem indigestam, DVCCIO vivis sublato, soluto pretio BISCIONIVS in rem suam redemit. Haec autem, & non minora Biscionianorum scriptorum collectanea una cum

(80) Nimius essem si de tanto Viro encomia & Scriptorum testimonia proferrem. Dolet Litteraria Respub. amplissimum illud ut lissimumque Vniversorum Ciceronis operum edendorum consilium cum omni lectionum varietate, cuius specimen typis Albizzinianis Ann. 1741. praebuit ad haec natus Hieronymus, omnino excidisse.

(81) Huius generis Epistolae Leonardi Aret. Lini Colucii Pierii Salutati: Leonardi Dathi: Kyriaci Anconitani Itinerarium: Vitae Dantis, Boccaccii, Petrarchae, Magnifici Laurentii: Epistola Lapi de Castiglionchio cum Appendice documentor. Veter. De Discordiis Florentinor. Benedicti Coluccii Pistor. Opusculum; aliaque e Medicea, ceterisque urbis Bibliothecis, quas omnes perlustravit, Eruditorum manibus teruntur. Pauca quaedam de origine Bibliothecae ad hanc texendam historiam Biscionio ipsi communicavit.

(82) De huius laudibus & vita legendus in Tomo III. Operum S. Ephremi Syri Edit. Rom qui erit inferius laudandus, Apamensis Archiepiscopus Stephanus Evodius Assemanus, qui post obitum P. Benedicti, qui Societati Iesu nomen dederat, Syriacum textum S. Ephremi recensuit editionemque continuavit Quae P. Ambarachius de Laurentianis Codicibus scripsit, habentur in Codice LXXVII Plut. XCII. *super*

(83) V Diar. Italic. pag. 354. Ante Montfauconium Florentiam venit mense Martio 1686. Ioannes Mabillonius, cui iussu Cosmae III. Magliabechio ductore, reserata est Bibliotheca, datusque amanuensis, Custode tum temporis Alexandro Magno huius Ecclesiae Sacerdote, ad ea describenda, quibus opus haberet. Multos heic dies investigandis describendisque Codicibus se impendisse adserit pag. 165. Musei Italici. Nonnullorum Codicum aetatis iudicium tulit, quod adhuc manu eiusdem Auctoris scriptum retinent Codices nostri. Montfauconio quoque data est facultas exscribendi quicquid ex hac Bibliotheca vellet, Cl. Bandurio, Salvinio, Magliabechio, eius lateri adstantibus, vix ubi die XXV. Februarii Florentiam venit. Multa Graece latineque exscripta secum in Gallias tulisse adserit; & excerpta maxime Graecorum Codicum Catalogo Laurentiano, quem obtinuerat, a se adiunctum iri in Bibliotheca Bibliothecarum. In Orientalibus hisce tamen Codicibus quam severe una cum Langio ille vapulet a Biscionio, videat Lector.

(84) Vitam tanti magistri gratus alumnus scripsit Marius Guarnaccius Romanus Praesul sapientissimus T. V. Vitar. Arcadum. In scheda Biscioniana de Salvinio scribitur. Per tres annos continuos immenso quidem labore, & ad sanitatis usque perniciem Codices omnes graecos iterum iterumque revolvit; & ea, qua nulli secundus, peritia non tantum opera omnia & opuscula, quorum multa Langius & Holstenius praeterierat; sed & fragmenta vel minima perscrutatus est, ad hoc ut Indici Vniversali adponerentur. Dolendum heic Salvinianae diligentiae nullum superesse vestigium, quod forte apud Cl. Gorium Salvinianorum Scriptorum bono publico emptorem quaerendum est. Salvinio Graecorum Codicum Scriptori adiungitur comes in describendis Latinis Codicibus Franciscus Stephanius Laurentiani Collegii Sacerdos & tum temporis Bibliothecae Custos a Mabillonio pag. 156. Mus. Italic.

(85) Petri Nolasco Cianfognii Canonici nostri erit de Francisco Maria Duccio, de Ecclesia, de Capitulo, de Archivio, de Bibliotheca, tam bene lateque merente verba facere in sua, quam orditur, Canonicorum D. Laurentii Historia. Duccium Graece & Ebraice scribendi peritum commendat Mabillonius in Italico Museo. In Diarii Italici Praefatione a Montfauconio nominatur, qui tamen errat, dum Bibliothecae curam Duccio demandatam scribit. Eius quoque facta mentio est a me in Biscionianis editis memorabilibus, qui tot tantisque laboribus, quos pro Bibliotheca Duccius exantlavit, quotidie sublevor. Praeter Indicem Vniversalem, quem ab illo scriptum publicavit, castigavitque, ut superius dixi, Montfauconius, peculiarem Indicem Italicorum Auctorum, & Codicum alphabetice strictimque digessit, & nominalem alterum universorum Auctorum, quorum sunt Codices, inchoaverat Haec autem omnia in Pluteo XCII. *super* variis Collectaneis adservantur. Obiit Duccius VII. Kal Septembres An. 1718.

cum bibliographiae aptissimo librorum delectu sane copioso beneficentissimus Caesar Franciscus huic Bibliothecae hoc anno 1756. donavit; ut ad hosce suos magis magisque illustrandos Codices nihil umquam inposterum deesse possit. Hisce omnibus, quos hactenus enumeravi, de Bibliotheca benemerentibus Scriptoribus (86) adiungendus denique coronidis loco est amplissimus Apamensis (87) Archiepiscopus Stephanus Evodius Assemanus, qui Palatinae Bibliothecae conscripto Florentiae Catalogo, quem splendidissime, uti solet, An. 1742. edidit Cl. Gorius, Codices tantummodo, xix. insigniores certe, Pluteorum i. & xliv. duxit adjungendos. A Codice lvi. Pl. i. Syriaco seculi vi. tantum auspicatus est opus, unde plura certe Orientalis Eruditionis, quae plerosque latent, Monumenta in Biscionivm ipsum redundarunt. Is enim Laurentianorum Bibliographorum postremus, re autem vera omnium adcuratissimus tanti Praesulis Assemanii exemplo, verbis, doctrina instructus, atque commotus, de toto Vniversae Bibliothecae Catalogo edendo cum spem (88) abiecisset, ad solos Orientales ccxiv. Codices, quotquot extant in Bibliotheca, mentem animumque convertit, suaque vota olim Commentariorum in singulos Codices hisce finibus definivit. Fatendum tamen est, illum primo in describendis Codicibus, sive eos spectes priorum xvi. Pluteorum, qui ab eo speciminis loco publicandi An. 1724. Londinum missi sunt; sive quos pro Indice Vniversali An. 1733. lucubrabat, adiutore Ioanne (89) Philippo Scalettio S. T. D. eamdem, ac ceteros superius dixi, viam instituisse. Nimirum ut extimis (90) Codicum Titulis adquiescens eos tantum, paucis e penu eruditionis suae adiectis, referret. Idque potiori iure, dum viii. Commentariorum Volumina Catalogum consequutura bibliographiae tradere meditabatur. In iis de Scriptura, aetate, archoteleia, de quibusvis calligraphis Codicum, ornamentis, possessoribus, Auctoribus, deque operibus ipsis uberius disseruisset; & si qua in Codicibus alia opuscula essent ἀνέκδοτα, suis adfuere locis non dubitasset. Tantam rerum copiam numquam intermissum per l. (91) Annos in hac Bibliotheca studium & exercitatio Viro sommo compararat. At forte fortuna sibi perpendenti Codicem i. Plut. viii. cuius Titulus *Homilias S. Ioan. Chrysostomi* praeseferebat, evenit (92), ut S. Ephremi Syri Sermones esse detegeret. Ex quo, memini dicere solitum, factum est; ut neque Titulorum, neque Indicum, quos superius enumerati bibliographi consarcinarant, a se ulla umquam habita ratio fuerit. Ipse ego (e tumulo revocemus benemerentem Virum, Schedarum suarum (93) ope, quas ego olim exscripsi) = omnes adamussim Codices pervolvere volui; & an opera indicibus penitus responderent, perspicere. Hinc accidit me reperisse, quod plurima praetermissa fuerint; nec non alia mutila & manca: alia perperam, alia denique toto coelo aberrantia perlegerim. Sciendum namque est genuinos Operum titulos, & Auctores saepissime in antiquis Codicibus fuisse omissos: Aliquando vero alios quidem pro aliis fuisse suppositos. Nos in hoc nostro conficiendo Catalogo, qui veri Tituli, & Auctores sunt, credidimusque esse, adponendos diiudicavimus. = Primo igitur loco ponitur Titulus exterior Codicis Ebraicus, & latine versus prout iacet. Qui perperam fuerunt inscripti, post ea, quae Langius, & Montfauconius de unoquoque Codice pronunciarunt, emendantur, Titulo legitimo Ebraice primum, mox latinis literis restituto. Deinde ad enumerationem opusculorum, quam nemo alius ante eum suscepit, in quolibet Codice contentorum Romanis numeris obsignandam gradum

(86) Nullum finem habitura fuisset haec narratio, si quotquot suscepere Laurentianos Codices illustrandos, percensere numerando voluissem. Et volens lubensque id frustra tentassem. Namque a superioribus Bibliothecariis, atque Custodibus nihil in acta relatum. Ipse prior, quodcumque ad Bibliothecam pertineat, coepi in librum compingere, & doctos exterosque notare Viros, qui Laurentianis utantur Codicibus. Ceterum novere eruditi, quae Beroaldus, Victorius, Cokius, Donius, Vidius, Magliabechius, Salvinius, Polites, Caracciolus, Botarius, Luchinius, Lamius, Gorius, Riccius, Drackenborchius, Franciscus Roborbellus Vtinensis. Antonius Augustinus, Havercampus, D'Orvillius, Oudendorpius, sexcentique alii ex hisce Codicibus mutuati sint. G. I. Voss, Epist. 621. de Filio suo loquens ad Mericum Casaubonum ita scribit: *Florentiae tribus circiter mensibus substitit, ubi in primis eum detinuit Bibliotheca Medicea, unde multa ἀνέκδοτα se descripsisse Filius prae dixerim gloriatur &c.*

(87) Tantum Praesulem linguarum scientiarumque quovis genere praestantissimum Liber ipse satis per se commendat. A Goriana tamen eloquentia Paraenesi ad Lectorem pag. 488. laudationem, ut par erat, adcepit.

(88) V. eius memorabilia Not. 60. citata.

(89) A Pluteo vi. ad Plut. x. hic Graecos Codices descripsit. Qualis quantunque fuerit S. T. D. iste in literis V. Fastos Theologales pag. 658. a Cerracchinio Edit. Flor. 1738.

(90) Quis Ebraicos, Graecos &c. hosce Titulos Codicibus adfixerit, latebat Biscionium. In Dissertatione mea nonnullae hac de re proponuntur coniecturae.

(91) An. 1708. Bibliothecae Custos primum fuit, & An. 1741. Motu proprio Clementissimi Caesaris Francisci sub die 26. Octobris Regius Bibliothecarius renunciatus. V. eius memorabilia.

(92) Rem narrat Cardinalis Quirinus pag. 169. Tom. I. Operum S. Ephrem Syri Rom. edition. 1732.

(93) In Pluteo xcii. continentur.

dum facit. De opere demum, edito nec ne, de Codicis aetate, ſcriptura, vel impreſſione, aliiſque de rebus ad bibliographiam ſpectantibus eruditiſſimam deſcriptionem abſolvit, IMBONATI, BARTOLOCCII, WOLFII, SIXTI Senenſis Bibliothecas cum illuſtrando tum corrigendo, qua ſibi datur occaſio. Ab Orientalibus Codicibus, quorum palaeographiam vario ſpecimine praebet Tabula Syriacis xxvi. Tabulis poſterior, exorſus eſt: non quod Laurentiana Bibliotheca propter eiuſmodi Codices cenſeatur; quorum pleroſque vel in Seculo xvii. typis habemus impreſſos, tanquam Rabbinicae levitatis, ſuperſtitionis, & imperitiae teſtes aeternos. Alii ſunt numero plures, antiquitate, dignitateque rerum in ea praeſtantiores Codices, & Vnici, quibus ipſa, tamquam una ex Europae principibus Bibliothecis, omnium Scriptorum ore [94] commendetur. Verum id prudens BISCIONIVS egit, ut linguarum prerogativae, Ordini Bibliothecae, quae ut ſupra vidimus hoſce libros primum oſtentat Pluteis i. ii. iii. xliv. & lxxxviii: Bibliothecariorum commodo, quos eiuſmodi linguarum peritia inſtructos raros reperias: ſuae demum voluntati morem gereret, quae in haec ſtudia ferebatur. Ad quae perficienda multum ſe debere P. FRANCISCO RIZZONIO Vaticano Scriptori pag. 5. ingenue fatetur; atque ita eſſe ex epiſtolico [95] utriuſque commercio, ipſe, qui literas legi, non diffiderem cuivis me eſſe probaturum. Tres tantum, levioris tamen momenti, Codices in recenſione iſta imprudenter omiſiſſe BISCIONIVM, facta iterum enumeratione, depraehendi; Primus eſt Pl. iii. in Capſula v. eratque ab eo inter aliarum Codices pag. 122. deſcribendus. Schedae ſunt num. lxv. ex palmae foliis confectae, quae tranſverſo filo interiecto perforatae in unum quaſi volumen compinguntur. In ſingulis depictum eſt ſtylo ex chalybe facto, unum Chriſtianae Cathecheſeos caput breviſſimum ſinicis literis Tamulicae dialecti, qua Madurenſes Populi in Indiis Orientalibus utuntur, cum a Patribus Soc. I. illud edocentur barbarae gentes, eiſque memoriae cauſa, Chriſtianaeque ad inſtar teſſerae relinquitur. Eiuſmodi κειμήλιον donavit Bibliothecae An. 1753. HYPOLITVS NARDIVS Soc. Ieſu coadiutor temporarius, qui eas perluſtravit regiones. Secundus Codex eſt lviii. Plut. lxxxviii. in parte poſteriori. Cartaceus eſt ſcriptus charactere Rabbinico Raſci Aſchenazi Seculo xv. xvi. & forte xvii. diverſis manibus. Huius Codicis titulum peropportune mihi exſcripſit, interpretatuſque eſt doctiſſimus Barcinonenſis Canonicus FRANCISCVS PEREZIVS [96] BAYERIVS in patria Valentiae, & in Salmanticenſi Academia Sacrarum Linguarum Profeſſor & Doctor, erudita cuius conſuetudine familiaritateque utor hiſce diebus in hac Bibliotheca, cuius evolvendis excerpendiſque Codicibus totus incumbit. חכמת החול chocmát hachól quaſi *Scientiam de arena*. Non omnino abſurde reddit latina ſubſcripta verſio *Geomantia*. Vt enim apud Romanos divinatio, quam μαντικὴν adpellaverunt Graeci, repetebatur etiam a ſomniis, quae, Tullio [97] teſte, a ſummo Conſilio neglecta non ſunt: Ita apud ſuperſtitioſos Rabbinos ex arena, quae a ſole varie feriatur, colluſtreturque, ſomniorum praecipua ſumunt prognoſtica ad futura quaeque credulis praedicenda. Plures ſunt abſoluti Tractatus de huiuſmodi deliriis in ſupradicto Codice. Huic non abſimilis Tertius Codex eſt, quem ex Veteri Armario Bibliothecae ſublato in novum Plut. lxxxix. *ſuper* n. 118. intuli ex diſperſis proiectiſque Schedis miſere detruncatis olim a non ignoto Cuſtode, nunc a me ſartum tectum amiciſſimo Viro oblatum. Is eſt P. SYRVS BERRETTA Monachus Vallis Vmbroſae in hoc Vrbano Coenobio D. PANCRATII, quem Orientalium linguarum cognitione inſtructum Florentiae eſſe, eaſque edocere Monachos, alioſque, ſi qui velint erudiri, FRANCISCO MARIAE ROMANIO Supremo Vallis Vmbroſae Moderatori Sapientiſsimo debet Florentia. Sic itaque de eiuſmodi Codice ad me ſcripſit: = Codex = in 4. mihi nuper exhibitus miſcellaneacontinet. Apprime ſe ſe offerunt = Schedulae membranae partim mutilae, quarum titulus incipit *Ordo pro- = poſiti*, pene ac ſi diceret, *ordo occupationum veſtrarum*. In his praecipitur Iu-

daeis

(94) Poſt Vaticanum primum locum ei adſignat Montfauconius Biblioth Bibliothecar quare tantus Librorum Orientalium numerus Florentiae ſit vide Blanchinium in Encom. Ferdinandi I. pag. 51. 52. Operis *I. Granduchi di Toſcana*.

(95) Extant in Collectaneis Biſcionianis Plut. xcii. in quo autographa pariter eius ſunt totius huiuſce Operis, cui erit cenſor fortaſſe aliquis, qui vitio verterit, a Biſcionio fuiſſe inter Orientales recenſitum quoque Codicem Latinum Plut iii. Graecum, in Plut. lxxxiii, At non minori dignus eſt reprehenſione qui Pluteis Orientalium Codicum Latinos & Graecos Codices inſerſerit,

(96) Quam mihi donavit, lubentiſſime lego *Diſſertationem Hiſtoricam de SS. Damaſo & Laurentio Hiſpanis adſertis & Vindicatis* Romae 1756 edit

(97) De Divinatione Lib. I: §. II. & ſeq. Cicero.

= daeis, quid in quolibet Menſe agere debeant, inchoando *a Tisri*, qui per eoſ-
= dem initium eſt totius anni civilis. Ad calcem deſcribitur mors quorumdam.
= Patriarcharum, ut puta filiorum Aaronis, Ioſve filii Nun, Moſis &c. apponi-
= turque ibidem non tantum menſis iuxta ordinem anni ſacri, cuius caput eſt *Ni-*
= *ſan*, verum etiam dies, qua obierunt. Reliquum Codicis ſcatet undique Rab-
= binorum commentis. Habes hic Lector Tractatum meditationis, hoc eſt Lo-
= gicam non parum abſtruſam. Sequitur poſtea index rerum, quae in ſubſequen-
= ti collectione ſervantur v. g. modus amandi, furandi, vitae terminum agno-
= ſcendi *Sciaddai* Mordochi componendi &c. pro quorum conſequutione quae-
= dam Dei, & Angelorum nomina ſunt memoriae mandanda. Interdum fit va-
= ria litterarum metatheſis, & poſitio litterarum externarum, ut liquet de *Mat-*
= *tatronico* Alphabeto inibi exarato. Tandem Oroſcoporum figura multoties re-
= cenſetur: Vnico verbo haec ferme omnia Aſtrologiam iudiciariam ſapiunt, ca-
= tholicis viris prorſus indignam. Quamquam vero maior huius collectionis pars
= impia ſit, fabuliſque redundans: nonnulla tamen ſecreta ſcitu iucunda promi-
= ſcue reperies, quae Lectorem mirum in modum alliciunt, ut unicuique atten-
= denti perſpicuum fiet =. Recenſitis Codicibus adiungendam cenſuit χαλλεντέρος BISCIONIVS noſter pag. 171. Diſſertationem Eccleſiaſticae Eruditionis gratia, non minus, quam venerandae Antiquitatis qua Codex LVI. Pl. I. praeſtat, de Harmonicis S. Evangeliorum Canonibus EVSEBII CAESAREENSIS, & AMMONII ALEXANDRINI, quos in principio continet idem Codex; praecipue vero de antiquiſſimis, quibus exornatur, Picturis, quas novo [98] ſumptu, & adcuratiori elegantia ad fidem archetypi delineatas, & aere inciſas XXXVI. Tabulis in calcem Diſſertationis reiecit; ratus non modo huic Tomo ornamentum; ſed & eo maiorem ſibi gratiam ab amiciſſimo GORIO ſuo comparaturum, qui de hiſce Picturis diſſerere in aliud tempus diſtulerat.[99] Dum interea temporis cetera ad hunc I. publicandum Tomum a BISCIONIO expediuntur, pro altero quoque Graecorum Codicum, eadem ſua, qua Orientales, methodo deſcribendorum curam & onus iniunxit ROMVLO CYRILLO MARTINIO Sacerdoti Florentino & ſuo, ante me, in Bibliotheca Adiutori; cui, tamquam *Iuvenem latinis graeciſque literis, & criticae cognitione, librariaeque antiquitatis uſu mirabiliter inſtructum* ab ANTONIO [100] COCCHIO laudato Viro laudari, proficuum ubivis gentium ſemper erit, atque glorioſum. Res, quae bene feliciterque coepta fuerat quoad totum Pluteum IV. unde Graecorum Manuſcriptorum ſeries in Bibliotheca proficiſcitur, poſtremis viventis huius Regii Bibliothecarii temporibus fuit variis de cauſis interrupta. Deſcriptiones tantummodo XXXIII. Codicum Graecorum, quae praelo iamdiu traditae fuerant & formis expreſſae, noluerunt BISCIONII haeredes perire; meque dehortante Tomo huic (bene ne, an male?) eſſe aſſuendas poſtularunt. Harum denique rerum omnium, quae multiplices ſunt, & diverſis eruditorum ſtudiis uſuvenire poſſunt, putavi, quos in fine reperies, decem Indices a me, praeter haec curſim ſtructimque conſcripta Παρέργα, patienter lucubratos adponi oportere.

En igitur, Amice Lector Laurentiani Catalogi Tomus I. tanto Viri ſudore & pecunia non mediocri digeſtus & in lucem editus. Hunc Eruditorum Reſpublica cum tamdiu expectaſſet, mirum nemini eſſe debet, ſi expectationem plures aegre ſuſtinentes qua hortationibus, qua dicteriis etiam, BISCIONIVM tardius, hoc eſt Tullio teſte, diligentius agentem vellicarint. Quibus omnibus illud Auguſti: *non ſit ſero, quod ſit bene* reſpondentem, lentiuſque cum propter aetatem, tum propter rerum dicendarum genus progredientem mors IV. Nonas Maias huiuſce Anni 1756. extremo pene in opere intercepit. Hanc enim poſt alteram, quam repudiavit, Praefationem ipſe ſcribebat; (*Bibliothecae Hiſtoriam* forte melius inſcripſiſſet.) multaque ad ea, quae capaci mente comprehenderat, colligebat. Ex Scheda ampliſſimum rectiſſimumque eius in hac texenda Hiſtoria conſilium (nam [101] iuxta Pindarum, ἕπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον· νοῆσαι δὲ, ἄριστος καιρὸς,) patefactum doctiſſimis Viris ideo volo; ut ſi qua minus a primo repetita principio, rite minus profecta, in progreſſu narrationis, minuſque polita, in ea legant, excuſent humaniſſimi Lectores, vitioque aetatis vortant; videantque men-

(98) Canonas in XIX Tabulis iam ab Anno 1742. quo doctiſſimus Praeſul Aſſemanus Palatinae Catalogum digeſſerat, & Cl. Gorius ediderat, interpretatus erat Archiepiſcopus, & curſim, quales ei delineatae fuerant, illuſtrarat picturas Codicis.

(99) Paraeneſi ad Lect. in eodem Catalogo pag. 491.

(100) In Praefat. ſuperius commemorati Operis Vet. Chirurg. Collect. Nicet.

(101) OA. EIA. IΓ.

mentem Viro non defuiſſe, ſi Orationis ordo fortaſſis aliqua in re defuerit. I. *Flagrantiſſima Florentinae Nationis in rem literariam ab antiquis temporibus propenſio & amor*. II. *Qui Codices antiquiſſimos & Auctorum celebriorum Opera deperdita conlegerunt, publicique iuris fecerunt*. III. *Bibliothecae publicae quamplurimis & inſignibus Codicibus refertae, dedicatae*. IV. *Bibliothecae Mediceo-Laurentianae initium, fata, reparatio, praeſenſque ſtatus*. V. *Bibliothecae ichnographia cum obſervationibus*. VI. *Auctores, qui de ipſa verba fecerunt*. VII. *De Bibliothecariis, atque Cuſtodibus: de eorum dignitate & officio*. VIII. *Noſtri Catalogi methodus & forma*.

Tanto ac tam varie, copioſe, eleganterque conſtructo aedificio a Pindaro Biscionivs admonitus ſplendidam eſſe faciem aptandam, primam Tabulam, quae frontem Operis huius exornaret, per ſe ipſe excogitavit; atque bis non ſine ingenti ſumptu aere iuſſit incidi. Etruria in ſolio ſuis, quibus poſtea uſa eſt, veſtibus, corona, ſceptro decorata ſedet captivam excipiens Graeciam, quae pro ſuis Homero, Platone, & Ariſtotele, quos e patriis ſedibus (102) extorres extenſa manu indigitat, aſylum praeſidiumque oratura accedit. A dextris Cosmvs (103) Medices decreto publico Patriae Parens cum Ioanne Argyropvlo, Ambrosio ſuo Traversario Ord. Camald. & Leonardo Brvnio Aretino Florentinae Reipublicae Secretario rem diu deliberatam videtur tranſigere. A ſiniſtris Cosmae Nepos Lavrentivs Magnificvs adſtat, qui ſuis ſtipatus Platonicis Marsilio Ficino, Pico Comite Mirandvlano, Angelo Politiano atque Christophoro Landino, aedes ſuas in, quibus Literae ſcientiaeque renaſcerentur, digito oſtendit. Namque ut Poeticor Lib. I. Hieronymvs Vida vere cecinit.

Iampridem tamen Auſonios inviſere rurſus
Coeperunt Medycum revocatae munere Muſae,
Tuſcorum Medycum, quos tandem protulit aetas
Europae in tantis ſolamen dulce ruinis.
Illi etiam Graiae miſerati incommoda gentis,
Ne Danaum penitus caderet cum nomine virtus,
In Latium advectos iuvenes, iuvenumque magiſtros,
Argolicas arteis, quibus eſſet cura tueri,
Securos, Muſas iuſſere atque otia amare.
Illi etiam captas late miſere per Vrbes,
Qui doctas tabulas veterum monimenta Virorum
Mercati pretio adveherent, quae barbarus igni
Tradebat, Danaum regnis opibuſque potitus.

Atqui ut ut aurea illa fuerint Etruriae tempora, altius in Tabula videtur a Fama Numiſma efferri Auguſti Caeſaris noſtri Francisci cum epigraphe Non Deficit Alter: Avrevs nimirum Ipſe Triumphator Romanorum Imperator D. N. Pius Felix Auguſtus vereque muſageta Franciscvs, qui, ut cetera ſane plura & graviora optimis ſtudiis conlata eius beneficia taceam, Laurentianam hanc ſuam quadringentis & amplius Codicibus hactenus donavit: Bibliothecario delectos libros pro Catalogo continuando abſolvendoque comparavit: ſumptuoſum hoc opus Munificentia ſua illa ſingulari, repetitis largitionibus praeſidioque ſuo adiuvit fovit provexit; ac demum ſuo inſcribi Nomini paſſus eſt Clementiſsimus Princeps, qui literas literatoſque Viros exemplo ac praemiis excitat recreatque non per ſolam quidem Etruriam; ſed cultum . . . .

. . . *Qua totum Nereus circumſonat Orbem*.

Praefatio, sive Bibliothecae Historia Explicit Feliciter.

(102) De reſtauratis in Italia Literis maxime vero in Etruria egerunt plures, quos videſis apud Humphred. Hoddium. Boernerum. Mablyum Gradenigo. Quirinum. Schelornium, Reuſnerum. Salvinum. Opuſc. Caloger. varia, alioſque, qui plura ſuppeditarunt; eque Bibliothecis MSS. plura eruerunt ad hanc xv. ſeculi hiſtoriam Literar. contexendam, ut ſuperius in nota 63. animadverti

(103) Horum Virorum icones ex Laurentianis Codicibus ipſis I. Pl. IV. Cod. III. Pl. LXI. VI. Pl. LII. X. Pl. LXXXII.



DE ANTONIO MARIA BISCIONIO

DEQVE EIVS CATALOGO CODICVM BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE.

Ο Μ Ο Λ Ο Γ Ο Υ Μ Ε Ν Α.



Xactis per me iis, quae si non omnia, potiora saltem ad Laurentianae Bibliothecae specimen aliquod Historiae, & ad Catalogi huius usum, Indicum ope, esse videbantur: illud unum forte supererat, uti de optime merito Auctore Antonio Maria Biscionio nonnulla a me honoris, & grati animi gratia, hac oblata occasione, praedicarentur. Hoc enim posthumi Operis, quale istud est, conditio exigit miserrima, eaque apud Eruditos invaluit consuetudo: Vt Parentis, quo viduatum quodlibet opus sit, ei publicando vita adtexatur. Verum quum in Literariis Ephemeridis Florentinis Anni MDCCLVI. *a numero* 23. *ad* 32. *fusius id egerim; ne actum agere videar, neve indictum è contra, illaudatumque legentium memoria excidere patiar Bibliographum Nostrum, qui summo labore, studio, ac sumptu Priorem Catalogi Tomum hunc digessit, imprimendumque maiori ex parte curavit; neque minora successoribus subsidia pro eiusmodi continuando Opere reliquit:* ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ *haec de Viro, deque Opere ipso censui exscribenda. Tanti ponderis ea certe sunt, ut Catalogo huic, eiusque Scriptori dignitatem: Eruditissimo vero successori Collegae meo Angelo Mariae Bandinio I. V. D. cui in Regium Bibliothecarium nuper electo gratulor non invitus, animos eo addant alacriores ad ea, quae Biscionius coepit aedificare, cito citius consummanda. Agmen ducat S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius olim Angelus Maria Quirinus, qui in Prolegomenis ad S Ephraemi Syri editionem non dubitat uni Biscionio referre acceptos huius S. Patris Sermones detectos, qui hactenus sub nomine S. Ioannis Chrysostomi paruerant. Sed ipsum audiamus pag.* CLXIX. *T. I. ita scribentem.* Hic Sermo una cum sequentibus usque ad numerum LXXVI. extat in Bibliotheca Mediceo-Laurentiana in VIII. Pluteo Codice I. Est autem Codex MS. Graecus membranaceus in folio magno constans chartis scriptis 384. XI. circiter seculi, cui olim, per errorem exterior titulus ita inscriptus fuerat τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου Ὁμιλίαι Cod. I. Et in prima pag. initio superioris marginis Homiliae Ioannis C. P. Sed doctissimus Vir Antonius Maria Biscionius quum Codicem ipsum rite perpendisset, non Chrisostomum, sed Ephraemum Syrum Homiliarum, seu Sermonum huiusmodi Auctorem esse deprehendit &c. *Ex quo factum est, ut nova huiusce Catalogi elucubrandi ratio a nostro Bibliographo excogitata fuerit, ut superiori pag.* XXXXV. *memini me adtigisse.*

Alexander Polites Scholarum Piarum Cler. Reg. & in Pisano Atheneo Graecarum Literarum Professor pag. IX. *T* I. *Eustathii Commentariorum, dum de huiusce Archiepiscopi MSS. Codicibus edisserit, ait:* Antiquior unus, qui ad Odysseam pertinet, adservatur hodie, ut audio, in Bibliotheca Veneta, qui fuerat Bessarionis Cardinalis: ex quo etiam descriptum olim Mediceum illum recentiorem existimabat Bibliothecae Mediceae Custos diligentissimus, omnique doctrina maxime eruditus Antonius Maria Biscionius.

§§§§§§§ *Tan-*

Tanto Professore non minor alter in Florentino Lycaeo Graecae linguae Doctor succinat Angelus Maria Riccius mei magister amantissimus, qui in Praefatione ad eam, quam e Greco Sermone vertit, S. Andreae Cretensis Orationem, ediditque Florentiae 1732. *fateri non dubitat, sibi fuisse demonstratam*, Doctissimo Biscionio duce, qui Indicem eiusce Bibliothecae adcuratissimum adornavit, pluribus repertis, ac designatis spicis, quas colligerem, unam S. Andreae Cretensis &c.

Ludovicus Antonius Muratorius non semel perhonorifice de nostro, eiusque in re bibliographica peritia, sensit: Tomo nempe XV. *Rerum Italicarum Scriptorum pag.* 968. *ubi de Pisanis Monumentis edisserens, ingenue per quem profecit, profitetur:* Celeberrima Laurentiana Bibliotheca ad Serenissimos Magnos Etruriae Duces spectans, haec mihi suppeditavit; cura videlicet, ac ope doctissimi Viri Antonii Mariae Biscionii I. V. D. Florentini, eiusdemque Laurentianae Custodis, qui non solum haec mihi e MS. Codice describenda curavit; sed etiam exemplum cum eodem codice contulit, correxit, atque distinxit &c. *In Tomo vero* XVIII. *pag.* 1097. Egit etiam per Literas Florentiam missas apud Antonium Mariam Biscionium I. V. D. & Laurentianae Bibliothecae Custodem, ut quantum fieri posset, emendatum exemplar (Historiae scilicet Gini Capponii eiusque Filii Nerii) efformaretur, melioresque eam in rem Codices adhiberentur, non poterat adcuratiori viro huiusmodi cura committi. *Et inferius*: Nunc ergo aperiendum quid Biscionius supra memoratus praestiterit, ut haec, quantum fieri posset, emendata acciperem. Itaque non uno Codice MS. is usus est. Ex hisce Codicibus potiores adhibuit Biscionius, ut haec monumenta procuraret mihi, quantum sibi licebat, ad germanam Auctorum mentem conformia &c.

Ioannes Lamius (porro qualis quantusque Vir!) haec de Catalogo nostro, quem modo Praesidum iussu legit adprobavitque, scripsit olim in Libro de Eruditione Apostolorum, quem auctiorem recusum, ac duobus comprehensum Tomis in forma quarti iamdiu exspectat Eruditorum Respublica: At quum multi sint, qui plurium in diversis bibliothecis existentium MSS. novi Foederis Codicum meminerint, eorumque notitiam quamdam ediderint; ut Viri praestantissimi Lambecius, Mabillonius, Monsfalconius, aliique Bibliothecarum, & Catalogorum Scriptores (ut nihil dicam de iis Codicibus, qui passim a Novi Testamenti Scholiastis, & Editoribus, atque Interpretibus eruditissimis laudantur) non video tamen plenam hactenus, & exactam Codicum huiusmodi Florentinorum historiam paruisse; quum certe necdum Bibliotheca Bibliothecarum a laudato Montefalconio laudabiliter concinnata in vulgus prodierit: & Catalogus Bibliothecae Mediceae Laurentianae locupletissimus, quem Antonius Maria Biscionius diligentissime conficiebat, nescio quo fato intermissus sit, & abruptus; inque eiusdem Bibliothecae Catalogis ab Langio, Ernstio, Holstenio, aliisque compositis pars certe maxima desideretur &c.

Idipsum vero de ipsius Montisfalconii Catalogo, quoad Bibliothecam nostram, iudicium esto, uti superius in nota 83. *paginae* XXXXIV. *animadverti. Ante me animadverterat etiam Aegidius Menagius in* Anti-Baillet *sub num.* 40. *Verum audiamus rursus in praelaudato Libro pag.* 307. *Cl. Lamium aperte fatentem*, Hasce autem notitias omnes, quae Codices Orientales attinent, mecum perhumaniter communicavit Vir eruditissimus Antonius Maria Biscionius, Schedis Petri Ambarachii laudati mihi liberaliter commodatis; ex quibus & ipse hausit ea, quae suo generali Bibliothecae Laurentianae Catalogo de iis ipsis Codicibus inseruit.

Quod vero ad eius memoriam in omnem posteritatem propagandam maxime conducit, illud certe fuit, quod praelaudatus Lamius in Tomis I. & II. nostrum Catalogi Scriptorem sapientissimis Florentinis adiungit, qui vetera ἀνέκδοτα *e Bibliothecarum forulis educentes tam bene de literis in omnem aeternitatem meruere.* Veniat tibi in mentem tot meorum praestantissimorum Civium Ficini, Nerliorum, Victorii, Donii, Corbinellii, Zaccagnii, Bonarotii, Salviniorum, Bonaventurii, Cocchii, Biscionii, Ursii, Gorii, Boctarii, Martinii, Mannii, Lupii, qui delitescentia veterum scripta, & sepulta in tenebris, atque oblivione monumenta, in lucem hanc liquidam eduxere; & magna cum laude, eruditorumque hominum adprobatione, eiusmodi perampla scientiae, ac disciplinarum incrementa publici iuris esse voluerunt.

Quantae vero utilitatis Catalogus eiusmodi esset futurus praevidebat idem Cl. Lamius, dum scribebat: Proclivius fuerit atque commodius haec omnia exacte penitusque cognoscere, cum opus adprime utile a praestantissimo Bernardo Monte-

fal-

falconio concinnatum, quo MSS. celebriorum Bibliothecarum Codices recenset in nostra quoque Italia paruerit; & cum eruditissimus Antonius Maria Biscionius peculiarem, & optatissimum universorum Laurentianae Bibliothecae Voluminum Catalogum a se accuratissime elaboratum ediderit.

Haec eadem fuere vota omnium pene Scriptorum ex eo usque tempore, quo rumor increbuit, Biscionium hanc tundere incudem. Sic Iosephus Blanchinius in Historicis suis de Magnis Etruriae Ducibus Colloquiis, ubi de Cosma I. verba facit, ad rem nostram italice fatetur: Poichè finora niuno, ne ha fatto un esatto Catalogo, non ostante che il Langio, e l'Ernstio ne habbiamo dati alla luce i loro, infatti scarsissimi ed imperfetti: se mai però l'Eruditissimo Signor D. Anton Maria Biscioni si risolverà di condurre a fine, e perfezionare l'opera incominciata, e per varie sue litterarie occupazioni sospesa, ed interrotta; allora sì potremo avere (riguardo alla diligenza che è solito usare in tutte le cose, e alle moltissime e rare cognizioni, che ei possiede) un perfetto Catalogo di quella insigne celebratissima Libreria.

Cui responsitabant literariarum ephemeridum Florentinarum Auctores Tomo I. si spera, che sarà grato l'avviso, che si porge ora, ed è, che presto ci dà speranza il Signor D. Anton Maria Biscioni Custode attuale della medesima Librerìa, e benemerito della Letteraria Repubblica, di darci l'Indice di tutti i MSS. che sono in essa, più esatto e copioso di quanti mai siano stati dati in luce fin' ora. Subito che egli averà terminato tal lavoro con impazienza grande aspettato da tutti i Letterati: ed a suo tempo quando sarà posta sotto i torchi tal fatica, che racchiude un tesoro sì grande d'erudizione, non si lascerà di darne una notizia più esatta, e minuta.

In tomo vero III. ubi Venetae Bibliothecae D. Marci Catalogus recensetur, exclamant: Tra' quali da noi molto si desidera e s' aspetta quello della Biblioteca Mediceo-Laurenziana, della nostra Città, il quale si va scrivendo dal Sig. Dottore Anton Maria Biscioni, e per terminare il quale, gli desideriamo ancora un centinaio d'anni di vita.

Eiusmodi ipse quoque exarsi cupiditate cum de Turritis veterum Navibus differerem eo accademico sermone, quem in Romana symbolarum Decade Anno 1753. *edidit amicus Gorius nuper mihi bonisque literis fato ereptus.* Fin quì *aiebam ipse* si è potuto poco sperare; poichè dei molti Scrittori Meccanici antichi, o si sono perdute l'Opere intiere, o sono per anco ignote, e sepolte nelle Biblioteche: come alcuni trattati particolari sulle Tattiche materie so essere nella Mediceo Laurenziana Pl. LV. n. 4. Forse il dottissimo Regio Bibliotecario il Sig. Canonico Biscioni discuoprirà una volta tali occulti tesori.

Apud Exteros quoque fama tanti Viri evolavit. Vtinam ex eius literario commercio, quod multum erat, exscerpere ea potuissem, quae eius nomen & dignitatem maximam apud transmarinas gentes testatam facere possent legentibus, Iacobus Philippus d'Orville Amstelaedamensis Professor longe doctissimus ita ad Cl. Gorium Nonis Novembribus anni 1733. *scribebat:* Biscionium V. Cl. cogitare gaudeo de edendo Bibliothecae Laurentianae Catalogo: sed vereor, ne celebr. Monsfalconius eum occupet, qui iam maxime in eo est, ut publicet duo grandia Volumina praecipuarum Bibliothecarum Indices contentura: cuius operis iam penes me sunt subscriptionis leges. Haec ut sciat amicus noster optimus, velim, cures, & una accipiat plurimam salutem.

Ex Epistola vero scripta ad eumdem Gorium quinto Kalendas Apriles 1734. Nescio an non & Montisfalconii propositum edendae Bibliothecae Manuscriptorum bella impeditura aliquantum sint. Gaudeo eius molimine Cl. Biscionium nihil deterritum fuisse. Vellem, si vacaret, clarissimum illum virum mihi conficere specimen variarum lectionum *Quinti Calabri*, sive *Smyrnaei*, qui extat in Bibliotheca Laurentiana Pluteo LVI. N. 9. nempe, ut conferret primum modo librum cum editione Aldi, vel Basiliensi, vel etiam cum editione Ioannis Lutii in corpore Poëtarum Graecorum Aureliae Allogrobum edito: & conscriberet valde minutis literis, ut possent publico tabellario istae chartae committi sine nimis magna impensa. Sed accuratam collationem vellem modo, ut dixi, libri primi: lubens operam praemio pensarim. Rogo hoc mihi negotium quam primum confectum curet: & chartas publico cursore transmittas: nisi nimis magnae evaderent molis, si impleant duarum, triumve epistolarum mensuram, poterit mitti, ut dixi.

Qua

Qua in re literas ipſas Biſcionii, quibus iniunctum opus perfeciſse reſpondebat Amſtelaedamenſi Profeſſori, libet adiungere; ut ex iis, tamquam ex ungue leonem, dignoſcant Eruditi Lectores, quanta Bibliothecarii noſtri in codicum pertractione diligentia eſſet incredibilis, & peritia ſingularis: Collationem primi libri Paralipomenon Q. Calabri, ſive Smirnaei, quam a me per Cl. V. Antonium Franciſcum Gorium communem amicum expoſtulaſti, per eundem ad te tranſmitto, tuamque humanitatem exoro; ut ſi quid mendoſum obvenerit, ſimulque meae in tibi obtemperando tarditati ex animo ignoſcas, atque alia deinceps mihi demandare non recuſes. Ceterum de quibuſdam te commonendum exiſtimo, ne quam operam adhibui, ſubobſcure percipias. Quum in tuis literis ad praefatum Gorium Codicem IX. Pl. LVI. huius Laurentianae Bibliothecae indicaveris expendendum, lapſu calami pro Codice XXIX. poſitum fuiſſe iudicavi. In IX. enim Quinti Calabri opus non continetur. Praeterea ſum arbitratus, te illud exemplar elegiſſe, quod ex Langii Catalogo apparet exaratum fuiſſe ex antiquiori ab Inſigni Viro Georgio Trapezuntio. Sed quam hoc verum ſit, ſubſcriptionem Amanuenſis adiiciam, ut ex illa Georgii Tribitii potius, quam Trapezuntii cognomen eliciatur. Ea enim ſic ſe habet.

Ἐγὼ Γεώρ. ὁ Τριβιζ. ὁ τῶν ἐν Βενετίαις Γραικῶν ἱερεὺς μετέγραψα τόδε τὸ παρὸν βιβλίον Κοΐντου ἐκ βιβλίου διεφθαρμένου. καὶ τὰ μὲν ἐπιδιώρθουν· τὰ δε, ὡς ἔχει τὸ ἀντίγραφον. Οὐ γὰρ οἷον τε διορθοῦν τὰ πάντα, ἅπερ σαφῶς οὐκ οἶδα.

De editione vero ex iis, quae adnueras, Aldinam in 8. abſque temporis nota, libenti animo excepi a Cl. V. Salvino Salvinio, quod olim item Cl. V. Antonii Mariae eius fratris κτῆμα fuerit, eiuſdemque correctionibus, ſeu coniucturis manu propria fuerit ad marginem exornata: quas quidem correctiones litera *l.* coniecturas vero litera *f.* obſignatas opperies, adiecta ubique nota *Salv.* ut tanti viri debitus honor non depereat. Hactenus pagina me deficit, ſed amor in te meus numquam hercle deficiet. Vale x. Kal. Quinct. MDCCXXXIV.

Altera vero Epiſtola talis eſt: En tibi, V. Cl. collationem Libri II. Q. Calabri cum Codice Laurentiano, in qua coniecturas eruditiſſimi Salvinii deſiderabis, ſicut in collatione primi Libri factum fuerat: ea quidem de cauſa, quod tanti viri Bibliotheca iam fuerit diſtracta, atque ad manus Illuſtriſſimi Domini Canonici Marchionis Gabrielis Riccardii pervenerit, qui multa adhibita diligentia illum librum non invenerit, in quo Salvinius ſcripſerat propria manu. Locum etiam eiuſdem Q. Calabri inſpexi Lib. XIV. v. 537. ubi verſus octoginta ſuo loco motos apud Interpretes aſſerebas: nihilque in duobus Codicibus Laurentianis (aſſervatur enim in ea Bibliotheca alter Codex, ſed inferioris aetatis, Pl. LXIX. num. 29.) immutatum inveni; ſed omnes verſus cum Aldina Editione, penitus concordare deprehendi &c. *Haec eadem in Codicum Collatione enituit Biſcionii doctrina, dum anno* MDCCXLI. *ipſomet D' Orville inſtante, contulit Laurentianos Codices Characterum Theophraſti. Sic enim ad eum ſcripſit*: Collatio Theophraſti Characterum, prout iacent in Editione Amſtelaedamenſi apud Henricum. Wetſtenium 1688. in 8. cui titulus: *Opuſcula Mythologica Phyſica & Ethica* &c. pag. 567. cum quatuor Codicibus MSS. Mediceo - Laurentianis, ſequentibus numeris obſignatis, videlicet 18. Plutei LX. 23. Pl. LXXX. 3. Pl. LXXXVI. & 14. Pl LXXXVII. In fine explicit collatio Characterum Theophraſti, facta a me Antonio Maria Biſcionio Florentino, & completa VI. Id. Maii CIↃIↃCCXLI. circa quam haec ſunt adnotanda. 1. In Codice 14. Plutei LXXXVII. non habetur niſi primus Character *de Ironia*, cum Praefatione praecedenti. Reliqui Codices continent tantum quindecim priores, quorum in 3. & 18. adeſt Index in principio. Codex item 18. eſt membranaceus, alii vero chartacei. Scriptura omnium, ut puto, eſt Seculi XV. & antiquior mihi videtur illa Codicis 3. qui tamen Codex bombycinus eſt, & charta ſuppletus in opuſculo antecedenti ipſis characteribus. *Heic vero mihi temperare non poſſum, quin iacturam deplorem tantorum Virorum, qui olim apud nos non tam pro ſeipſis, quam pro exteris Nationibus veteres conferre codices, varias inde exſpiſcari lectiones, corrupta dignoſcere loca, eaque genuina e reſtituere lectioni, de Scriptionibus aetatum diverſis, de Codicum numero, pretio, loco vel abditiſſimo certiſſimum ferre iudicium adprime callebant. Quo maior enim illorum elapſis ſeculis copia nobis erat: eo acerbior noſtris temporibus amiſſio eſt eorum, qui ſupererant. Et quo plura fuere nobis ad rei diplomaticae ſtudium a Montefalconio. Mabillonio, Baryngio, Clerico,*

Maf-

Maffeio, Lamio, Trombellio, Mannio, Viris Cl. praestita subsidia: eo tardiores ab eiusmodi exercitatione laudabili atque utili abhorremus. Vidit enim haec ipsa Bibliotheca (in ea morantem, & haec animo volventem me saepius horrore quodam correptum memini.) Codices hosce suos versare, praeter eos, quos pag. XLI. *&* XLV. *commemoravi, Angelum Politianum, adiutoribus Nicolao Baldellio, Roberto Minutio, Lactantio Politiano eius familiaribus, Columellae, & Dioscoridis libros: Petrarchae exemplaria, Eliam Deodatum, Io. Rhodium, Iacobum Gaffarellum, Franciscum, & Iacobum Gaddios: vidit Franciscum Formiconium, Michaelem Erminium, Valesium, Emericum Bigotium, pluresque alios Bibliothecarum veterum sagacissimos indagatores, & Codicum Scriptores, & Iudices numero pene infinitos. Hinc non ὑπερβολικῶς dictum crediderim ab Academico nostro Euphrosyno Lapino in Vita Francisci Philosophi a Diacceto:* Tanta erat tunc temporis omnibus ingenuis artibus, omnique doctrina eruditorum hominum copia; ut plures temporibus illis in unis aedibus cum bonis disciplinis exculti optimeque instituti, tum etiam perfecte eruditi inventi sint; quam tota nunc Provincia reperiantur. Ferebat enim aetas illa (ut alios omittam) Ficinos, Politianos, atque Crinitos: & (qui advenae in nostram hanc urbem tanquam in certissimam musarum, bonarumque omnium artium domicilium undique confluebant) Picos, Argyropilos, simulque alios multos, quibus florentissima tunc Medicum Academia, tota videlicet Civitas referta erat &c. *Ex Epistolico Fratris Ambrosii Traversarii Camald. Ord. Commercio, quod spero brevi proditurum, patebit: quot, & quam diversi essent in urbe nostra Codicum Scriptores, investigatores, possessores, quibus, praeter eos, quos pag.* XXXXI. *superius nominavi, adiungendi sunt Petrus Cenninius Florentinus, Frater Leonardus Vbertius, Philippus vulgo Nannis Sacci de Pistorio, Ptolemaeus Lucensis, Antonius Marii Filius Civis, & Notarius Florentinus, Ioannes Petri de Stia, Nicolaus Chianigiani Civis, & Grammaticus Pisanus, Ioannes Aretinus, Bernardus Francisci de Ambra, Benedictus Andreae Gini, Laurentius Benvenuti, Paulus Duccii Tosi Pisanus, Antonius Sinibaldus, Marianus Ioannes Bonincontrius huius Basilicae Canonicus, Bartholomaeus Vespuccius, Dominicus Pisciensis, Angelus Donatus, Iacobus Traversagnius, Hieronymus Martinus, Marius de Castro Bononiensi Monachus Vallis Vmbrosae, Iulianus Andreae Emporiensis, M. Nicolaus Visanius, pluresque alii, quos lubens omitto dicturus de iis fusius, & ordine in Dissertatione, quam de Calligraphis adorno. Horum omnium diligentiam aemulatus Biscionius, incredibile dictu est, quot codices exscripserit, sibique comparaverit dignos, qui, donante Imperatore Francisco I. D. N. in Bibliothecam Laurentianam non pauci inferrentur: quemadmodum in Ephemerid. Flor. Anni* 1756. *sub num.* 53. *aperte constat. Incredibilis pariter diligentia eius erat ac peritia, qua in Codicibus conferendis utebatur. Eo nomine peculiare laudis, & meritorum testimonium ei dedere summi & eruditi Viri, quos inter coronidis loco nominabo Gallum Brossesium a Consiliis Parlamenti Burgundiensis, pro quo Laurentianos Sallustii Codices contulit Anno* MDCCXXXIX *& Sigebertum Havercampum. Hic vero pluribus in lucem & commodum Eruditorum emissis Operibus, maxime vero Orosii editione Lugduni Batavorum* MDCCXXXVIII. *notissimus doctissimusque ad Batavos Professor ita in sua ad Orosium Praefatione Biscionium commendat.* Cum scirem Florentiae in Bibliotheca Laurentiana studiose adservari omnium Orosii, quotquot sunt, MSS. Codicum longe antiquissimum, Longobardicis literis egregie exaratum, non quievi antequam frugem inde in hanc messem transportarem. Eximium hunc Codicem religiosissima sollicitudine, procurante mihi hoc beneficium Dom. Alberto Mazzoleno veteri amico, sua manu suisque oculis contulit Laurentianae Bibliothecae Praefectus Antonius Maria Biscionius anno 1729. Antiquissimum hunc Codicem, atque in maioris quarti forma scriptum, fere mille annorum aetatem prae se ferre notavit diligentissimus ille examinator; atque insuper transmisit ad me picturam literarum, aeri incidendam, quam invenies pag. 70. ubi Codex ille Longobardicus, cuius mentio quoque exstat apud Mabillonium de re Diplomatica lib. V. pag. 354. incipit; est enim initio libri primi mutilus, inque eodem totus liber septimus desideratur. Neque modo officium humanissimi viri in colletione Codicis huius, qui servatur in

ista Bibliotheca Pluteo LXV. num. 1. substitit; sed & aeque adcuratam duorum aliorum Codicum transmisit collationem. Alter ex his servatur Pluteo LXV. num 35. qui censetur esse seculi decimitertii: alter ibidem num 37. & ad seculum decimumquartum refertur. In posteriore ex hisce, nam prior in principio quoque laesus est, titulus libri hic est: *Pauli Orosii Presbyteri Hispani, de totius mundi calamitatibus liber primus*. Orthographiae denique rationem, quam in antiquissimo praesertim illo Codice observare licet, itidem excerptam & transmissam infra post dedicationes, & Praefationes invenies &c. *Nimirum pagg.* 18. 19. *nitidissimae huius Editionis, in quibus Orthographiae ratio cum variis lectionibus, & literarum figura praelaudati rarissimi Codicis Laurentiani vero verior exibetur. Atque ita benemerendo de omnibus tantam extremis vitae annis adeptus est nominis celebritatem; ut a coaevis cuiusvis generis Scriptoribus fuerit summo in pretio habitus; atque eius tandem obitus lacrumis & laudibus decoratus.*

Ἐπικήδιον *in illum scripsit heroico carmine Iosephus Richa Soc. I. Sacerdos, qui illud amicis recitatum, quo singulari pudore est, ineditum esse voluit. Atqui omnium manibus teruntur, quae de Nostro ille gratus memoriae prodidit in suis de Florentinis Ecclesiis memorabilibus, Tomo maxime II. & V. in quo haec, quae sequuntur, de Bibliotheca, & Catalogo MSS. §. XI. pagg.* 77. *&* 78. *sunt animadversione digna.* E ritornando alla Libreria Laurenziana, avvertir mi giova, che dall' Imperatore Francesco I. fu eletto Bibliotecario Regio, come meritevolissimo di tal Carica ragguardevole, il Canonico Antommaria Biscioni Accademico della Crusca, soggetto assai noto agli studiosi per le molte laudevoli sue fatiche letterarie, cui il medesimo Sovrano l' anno 1755. diede per aiuto l' Erudito Signor Dottore Andrea Pietro Giulianelli Cappellano sostituto di questa Chiesa, e già Professore di belle lettere nel Seminario Fiorentino. E poichè il soprallodato Biscioni ha condotto quasi a buon termine il primo Tomo della grandiosa opera di un Catalogo di tutte le materie, che trattansi ne' Codici di detta Libreria, sì Latini, che Orientali, e di altre lingue straniere, con una Prefazione, o sivvero Istoria de' principj, de' progressi, e delle vicende di così preziosa Biblioteca, a detta opera rimetterò il Leggitore per ogni ulteriore notizia; e benchè la morte venga di rapirci sì erudito Scrittore morto ne' 3. di Maggio del presente anno 1756. il soprallodato Sig. Dottor Giulianelli col suo sapere, e gran perizia di lingue consolerà il Pubblico con terminare di sì pregevole Catalogo le ulteriori notizie. &c.

Quod si ego, qui futurus certe eram tantae rei impar, non effecero: novus efficiet Regius Bibliothecarius Collega meus, quem supra nominavi, Angelus Maria Bandinius, qui adeo in hac exornanda sparta totus est, inque commisso munere studiosior; ut non multo post tempore sperem Catalogi Huius Tomum Secundum *consequuturum. Vt demum in Cl. Biscionium, a quo haec exorsa sunt* ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ, *concludantur, elogium illud recudendum adnui, quod vel in ipsa eius mortis trepidatione conscripsi; ut debitus virtuti honos, meaque in eum, quem semper amavi, plurimique feci, officia perpetuo constarent. Namque & in ipsum perbelle quadrat, quod de celeberrimo Monacho Ambrosio Paulus Cortesius olim adseruit:* Nemo certe plus studii, quam ille, ad eruendos ex adyto Priscorum libros adhibuit. *Quod unum certe Biscionio nostro singulare in causa erit, ut sui nominis commemorationem non cum vitae tempore ipse dimittat; sed, Tullio praemonente, cum omni posteritate, velut unus ex pluribus, Basilicae huius Canonicus inlustris adaequet.*



AN-

ANTONIVS MARIA LAVRENTI F. BISCIONIVS
ET MARGARITAE IACOBI F. MEINIAE
CIVIS FLORENT. PROTONOTAR. APOSTOLIC. S. TH. IN SACRA FLORENTIAE VNIVERSITATE SVB FRIDERICO IANNECTIO DOCTOR ITERVMQ. DECANVS. CAPITVLI HVIVS CANONICVS RITVVM AC RATIONVM CVRATOR SECVNDVM HEIC SITVS IN PACE CHRISTI QVIESCIT

INLVSTRI FAMILIA CVIVS SERIEM TEXVIT ET HISTORIAM PRIDIE EID. SEXTIL. ANN. R. S. MDCLXXIV. ORTVS IN LITERIS AC DISCIPLINIS ENVTRITVS EST. ANTEQUAM SACERDOS INAVGVRARETVR IN BASILICA S. LAVRENTI SACERDOTIO A COSMA III. M. E. DVCE DONATVS ANNOS LX. PER OMNES GRADVS ECCLESIAE HVIVS DIVERSIS MVNERIBVS SVMMA CVM LAVDE FVNCTVS EST. FLORENTINAM IVVENTVTEM AD OMNEM HVMANITATEM PER PLVRES ANNOS INFORMAVIT SEMPER IVVIT OPTIMEQ. INSTITVTIS PLERISQ. IVVENIBVS AD PROGRESSIONES ET AD MVNIA PRAELVXIT VNICEQ. STVDVIT. IN BIBLIOTHECA MEDICEO = LAVRENTIANA ADSIDVE VERSATVS ET SEXIES EIVS SVSCEPTA CVSTODIS PROVINCIA TANTVM PROFECIT ELABORAVITQ. VT ANNO TANDEM MDCCXLI. REGIVS BIBLIOTHECARIVS. QVOD AB HORATI ORICELLARI VIRI NOBILISS. OBITV PER LXX ET AMPLIVS ANN. NVMQVAM FACTVM. CREATVS FVERIT A FRANCISCO I ROMANOR. IMPERATORE SEMPER AVG. MOTV PROPRIO DIE XXVI. OCTOBR. TITVLO CANONICATV ET PLVRIMIS ORNATVS BENEFICIS SINGVLARIBVS. LITERATOS ADVENAS. QVOTQVOT AD BIBLIOTHECAM CONFLVXERE. AD PROVECTAM AETATEM COMITATE EXCEPIT. OMNIVM VOTIS PAR FVIT. ET QVA TRANSCRIBENDO. QVA VETERES CONFERENDO CODICES. LITERARIOS QVOQVE ALIORVM LABORES CONSILIO SCRIPTIS IVVANDO GRATIAM SIBI DEMERVIT ERVDITORVM BRITANNORVM MAXIME. BATAVORVM ITALORVM. MANVSCRIPTOS LAVRENTIANAE CODICES ABSOLVTO CATALOGO ORIENTALIVM TANTVM. GRAECORVM ALTERO INCHOATO. VOLVMINE BIBLIOTHECAE HISTORIA AD VMBILICVM FERE PERDVCTA. RECENSVIT. PLVS MINVS AD TRIA PENE MILLIA ADNOTAVIT INLVSTRAVITQ FELICITER. QVIPPE QVI TOTIVS REI LIBRARIAE CRITICES TVSCANICAE ANTIQVITATIS PERITISSIMVS DOCTARVM LINGVARVM SVBSIDIO HABITVS SIT. GREGORIANI CANTVS MODOS TENVIT. LIBROS EXSCRIPSIT. MAIORIBVS MINORIBVSQ FIDIBVS ET CYTHARA AD ANIMI OBLECTAMENTVM IN PRIMA IVVENTVTE CONCINVIT. CALLIGRAPHIAM PICTVRAM GEOMETRIAM EDOCVIT. NOMINA ET GLOSSEMATA NON PAVCA FVRFVREORVM LEXICO IVNGENDA CONLEGIT. SCVLPTVRAE ARCHITECTONICES CIMELIORVM CVIVSVIS GENERIS AC AETATIS CETERARVMQ. PVLCHRARVM ARTIVM STVDIOSVS DICTVS EST INDAGATOR ET CONLECTOR SOLLERTISSIMVS. ARTIS TYPOGRAPHICAE IN VRBE COMMODO AC NITORI DILIGENTIA SVA CONSVLVIT. MVSEO INSIGNIVM TABVLARVM TYPIS EXCVSARVM TOREVMATVM DIPLOMATVM RARIORVM LIBRORVM ET EXEMPLARIVM PRISCORVM COPIA AVCTVS PLVSQVAM PRIVATA INGENI SVI MONVMENTIS PLVRIMIS OPERIBVS ETRVSCAE LINGVAE POESEOS ERVDITIONIS BONO POTISSIMVM HISTORIAE EDITIS EDENDISVE SCRIPTORVM OMNIVM PROVINCIAE HVIVS NOSTRAE. QVOD OPVS POST MICHAELEM POCCIANTEM. IVLIVM NIGRVM IOANNEM CINELLIVM IMPROBO IPSE LABORE CORREXIT AVXIT AD EXTREMOS VSQVE DIES CONTINVAVIT VNA CVM ALLATI DRAMATVRGIA LONGE MELIVS A SE INSTAVRATA AMPLIFICATAQ. PLVRIMVM. MAGNA APVD SVOS ET APVD EXTEROS NOMINIS CELEBRITATE INCLARVIT IN LIBRIS DOCTORVM HOMINVM HONORIS ET SVFFRAGI CAVSA PASSIM LAVDATVS TESTIS. TANQVAM SCRIPTOR ADCVRATVS GENVINAE APVD AVCTORES NOSTROS LECTIONIS IVDEX ET RESTITVTOR. PATRIAE ET COLLEGI HVIVS DECVS ET ORNAMENTVM ACADEMIARVM IN QVAS DOMI FORISQ. ADLECTVS DISSERVIT. AD INGENI ACVMEN ET INCREDIBILEM. QVA SEMPER VIGVIT CORPORIS FIRMITATEM ADCESSIT ANIMI TRANQVILLITAS ET HVMANARVM RERVM SECVRITAS. QVA MAIOR INVIDIA OSTENTATIONIS OSOR. LAVDIS HONESTARVMQ. ACTIONVM AEMVLATOR. INIQVARVM INSECTATOR ACERRIMVS. SEVERVS. GRAVIS. SIBIQ. IN REBVS ADVERSIS CONSTANS ET VACVVS AB ANGORE. IN AMICOS LIBERALIS ET COMIS IN COGNATOS DOMESTICOS ET ADFINES PIVS ELARGITOR. IN OMNES VISVS EST RE ET VERBO CANDIDVS VERAX. VETERVMQ. MORVM IMITATOR EXIMIVS. DIGNVS PROPTER EA CVI PROSPERE AD VLTIMAM VSQVE SENECTVTEM CVNCTA PROCEDERENT. DONEC AETATIS SVAE ANNO LXXXI. SVPRA MENSES VIII. DIES XX. PERIPNEVMONICO MORBO PRIMVM ADFECTVS MOX VLCERIBVS PEDES CORPVSQVE LACERATVS. ECCLESIAE SACRAMENTIS IN CHRISTIANAE PIETATIS EXEMPLVM DE MORE NON SEMEL SVSCEPTIS INVICTA QVA SEMPER FVIT ANIMI CONSTANTIA SVMMO BONORVM LITERATORVMQ. HOMINVM MOERORE DECESSIT IV. NONAS MAIAS ANNI MDCCLVI. HORA VI. CVM DIMIDIO POST MERIDIEM. AEGROTATIONIS VERO DIE I. SVPRA XL.

VIVAT FELIX ANIMA EIVS

TANTO VIRO ET AMICO RARISSIMO ANDREAS PETRVS IVLIANELLIVS S. T. D. LAVRENTIANI COLLEGI SACERDOS SVFFECTVS ET IN BIBLIOTHECA EIDEM A CAESARE CONSTITVTVS VICARIVS. QVI CVM EO VIXIT ANNVM SINE QVERELA AD PERPETVAM MEMORIAM CVM LACRVMIS TITVLVM BENE MERENTI SCRIPSIT IN SEPVLCHRO REPONI ET AERE SVO PVBLICARI CVRAVIT.

Chartarum, & aerearum Tabularum Series pro exteris maxime Bibliopegis instruendis aponitur italice

R E G I S T R O.

Dal primo Paragrafo fino al sesto sono duerni, ed il settimo, e ottavo sono fogli. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb sono duerni 25.

R E G I S T R O D E' R A M I.

I. Frontespizio Oltramontano. II. Prima Tavola in Rame. III. Dopo la Pag. LV. Tavole IX. dell' Architettura. IV. Dopo la Pag. 199. Tavole XXVI. del Codice Siriaco, con altra Tavola de' Saggi de Caratteri Siriaci, ed Ebraici ne' Codici. V. Dopo Bibliothecae Mediceo-Laurentianae Catalogus Pluteus IV.

REGISTRO DI QVESTO PLVTEO IV.

A B C D E F G H I K L M N O P Q sono tutti Duerni 15. eccettuato il K il quale è di tre carte, e il Q che è foglio. I Saggi del Carattere nei Codici di questo IV. Pluteo sono ai suoi Luoghi.



BIBLIOTHECAE
MEDICEO-LAVRENTIANAE
CODICVM MSS. ET INSIGNIVM QVORVMDAM IMPRESSORVM CATALOGVS.

P L V T E V S I.

QVI BIFRONS EST, AC CONTINET CODICES LXI. OMNES ORIENTALES PRAETER VNVM SLAVONICVM

Q V O R V M

XXXIV. MSS. SVNT XXVII. VERO IMPRESSI.

Plutei I. Pars posterior, quae continet Codices XXIX.

C O D E X I.

עשרים וארבעה

B I B L I A H E B R A I C A.



Iblia Ebraica impr. in fol. *Langius*.

„ 1. *Biblia Ebraica* impressa in fol. „ Nota impressionis „ cum prima pagina excidit. *Catal. Montfauconianus*.

In autographo tamen MS. quod penes me est, haec adduntur: „ Incipit ab his verbis ויאמר „ אלהים Vaiomèr Eloìm „ at haec quum sint verba secundae columnae; quae in prima primò adparent, indicanda fuerant: eaque sunt רקיע בתוך המים ex versu 6. cap. 1. Gen.

עשרים וארבעה ñgesrìm vearbañgà. *Viginti & quatuor*. h. e. *libri*. Hic est titulus, qui praefigi solet Hebraicis Bibliis Veteris Testamenti; tot enim sunt libri, qui illud sacrum Opus componunt. Quum autem in quibusque Bibliis, vel MSS. vel impressis iidem libri diversimode disponantur, eorum ordinem me recensere identidem non pigebit; nam ex eo antiquorum, tum amanuensium, tum typographorum usus facile deprehendi potest. De varia supputatione, & partitione horum Canonicorum Librorum, quae passim occurrit, vidèndus Sixtus Senensis in sua Bibliotheca Sancta Libr. 1. Sect. 1. In hoc igitur Codice Librorum ordo est huiusmodi.

1. בראשית Berescìth. *In principio*. Huius enim libri denominatio, uti & aliorum quatuor Pentateuchi librorum, a primis cuiuslibet libri verbis desumitur: qui liber a Latinis dicitur *Genesis*.

2. ואלה שמות Veelle scemòth. *Et haec sunt nomina*. *Exodus*.

3. ויקרא Vaikrà. *Et vocavit*. *Leviticus*.

4. וידבר Vaidabbèr. *Et locutus*. *Numeri*.

5. אלה הדברים Elle addevarìm. *Haec sunt verba*. *Deuteronomium*.

6. יהושע Ieosciuañg. *Iosue*.

7. שופטים Sciophetìm. *Iudices*.

8. שמואל Scemuèl, *Samuel*. h. e. primus & secundus Regum, qui a Iudaeis pro uno libro,

libro, ut & sequentes tertius & quartus, habiti sunt, ne enumeratio excederet.

9. מלכים Melachìm. *Reges.* sc. tertius, & quartus.

10. ישעיהו Iesciañgiàu. *Iesaias.*

11. ירמיהו Irmeiàu. *Ieremias.*

12. יחזקאל Iechezchèl. *Ezechiel.*

13. תרי עשר Terè Ngasàr. *Duodecim Prophetae minores*, qui sunt הושע Osceañg. *Oseas.* יואל Ioèl. *Ioeles.* עמוס Ngamòs. *Amos.* עובדיה Ngobadià. *Abdias.* יונה Ionà. *Ionas.* מיכה Michà. *Michaeas.* נחום Nachùm. *Nahum.* חבקוק Chabacùc. *Habacuc.* צפניה Zephanià. *Sophonias.* חגי Chaggài. *Aggaeus.* זכריה Zecharià. *Zacharias.* מלאכי Malachì. *Malachias.*

14. תהלים Teillìm. *Psalmi.*

15. משלי Misclè *Proverbia.*

16. איוב Ijòb. *Iob.*

17. שיר השירים Scir ascirìm. *Canticum Canticorum.*

18. רות Ruth. *Ruth.*

19. קינות Chinòth. *Threni.*

20. קהלת Coëleth. *Ecclesiastes.*

21. אסתר Esthèr. *Esther.*

22. דניאל Danièl. *Daniel.*

23. עזרא Ngezrà. *Ezra.*

24. דברי הימים Divrè haiamìm. *Paralipomenon.*

De ordine Librorum Biblicorum videsis pag. 62. & seqq. Voluminis secundi Bibliothecae Hebreae Cl. V. Io. Christophori Wolfii, cuius accuratissimi Scriptoris saepius meminisse oportebit, utpote Hebraicarum rerum peritissimi, & omnium Bibliographorum huiusce linguae postremi. De hac vero Bibliorum editione, omnium huius generis antiquissima, v. eumdem Wolfium pag. 364. supradicti Voluminis: ubi ipsi primus locus tribuitur in Catalogo editionum Bibliorum Hebraicorum: & haec nostra editio commemoratur, una cum duabus aliis Romae adservatis, quarum una in Barberina, altera in S. Pudentianae Bibliothecis detinentur. At quoniam, ut videre est, rarissima sunt huiusmodi editionis exemplaria: & in Catal. Montfauc. dicitur, notam impressionis, ob scissionem primae paginae, excidisse; quum haec tamen nota reperiatur in fine Pentateuchi, ipsam, prout iacet, adiiciam. Ea itaque est. ותשלם מלאכת עבודת הקדש העשרים וארבע בשלמות. אשר החכם להרביץ תורה בישראל המפואר כמר יהושע שלמה יז״יא בכמ״ר החכם הכולל ישראל נתן יש״רו היום יום שלישי באחד עשר לחדש אייר שנת רמ״ח לפרט קטן על יד הצעיר ממשפחתו האומן המחוקק אברהם יז״יא בכמ״ר חיים ז״ל מן הצבועים מארץ פיסירו הדר בבולונייה נחקק בסונצינו h. e. „ Completum „ est opus Ministerii sanctitatis, scil. viginti„ quatuor librorum, ea integritate, qua stu„ duit propagare legem in Israël, ornatissi„ mus (gloriae excellentiae Rabbì) *Iebo„ sua Salomon* (videat semen, producat dies, „ Amen) filius (gloriae doctorum nostro„ rum Rab.) sapientissimi *Israelis Nathan* „ (vivant annis multis & bonis) hodie feria „ tertia, undecima mensis Iiar, anno 248. ad „ supputationem minorem, per manum mi„ nimi in familia sua fidelisque impresso„ ris Abraham (videat semen, producat „ dies, Amen) filii *Rab. Chaiim* (cuius me„ moria ad benedictionem) de *Fullonibus* „ terrae Pisauri, qui Bononiae residet. Ex„ cusus Soncini.

Mensis *Iiar* est *Aprilis*. *Minor supputatio* apud Hebraeos intelligitur Aera a creatione Mundi, in qua reticetur quinquies millesimus, quare supradictus annus 248. dicendus fuerat 5248. qui respondet anno Christi 1488. Haec minor supputatio incoepit, ut fertur, A. C. 1240.

Cod. Hebr. Chartaceus, impressus ut supra, charactere quadrato cum punctis in fol.

CODEX II.

אליה מזרחי

ELIAS LEVANTINUS.

„ 2. ELiah Misrachì. Elias Orientalis. „ Comment. quaedam R. Selo„ moh Iizschac in sacras literas impr. fol. *Langius.*

„ II. Elias Mizrachì, seu Orientalis, Rector „ Synagogae Constantinopolitanae in Com„ mentarium Rascì super Pentateuchum. O„ pus commendatum a Iudaeis, in quo una „ cum sacri textus expositione, obscura tra„ ditionum Hebraicarum loca dilucidantur. „ Impressus Venet. in folio, anno minoris „ supputationis 287. Christi 1527. *Supputatio „ enim minor Hebraeorum incipit anno Chri„ sti 1240. Catal. Montfauc.* At haec ultima verba desiderantur in autographo; additur tamen Archotelèa, quam in recensendis operibus impressis referre praetermitto.

אליה מזרחי פירוש רבינו שלמה יצחקי Eliah Mizrachì Pirùsc Rabenu Scelomò Izchakì. *Elias Levantinus, seu Orientalis, Commentarius in R. Salomonem Isaacidem* (cognomento *Rascì.*) Proprius huius operis titulus esse debuerat. אליה מזרחי פירוש על פירוש רשי על התורה Eliiàh Mizrachì pirùsc ñgal pirùsc Rascì ñgal attorà. *Eliae Orientalis Supercommentarius in Commentarium R Salomonis Isaacidis in Pentateuchum.* De hoc Auctore agit Wolfius. Vol. 1. p. 161. & seq. ubi ait, eum fuisse Rectorem Synagogae Constantinopolitanae, ac floruisse A. M. 250. C. 1490. & per compendium litterarum, ut moris est apud Hebraeos (qui ex primis tantum elementis, tum nominis, tum cognominis, atque etiam titulorum, seu adnexorum quorumcumque unicum verbum conflant) nuncupatur הרא״ם *Aradm*, i. e. החכם רבי אליה מזרחי *Sapiens R. Elias Orientalis.* De hoc autem opere refert idem Wolfius p. 162. „ פירוש

five

„ ſive Commentarius in R. Salomonis Iſaaci- „ dae Commentarium in Pentateuchum, ubi „ loca Gemarae obſcuriora, nec ſatis a Iar- „ chio explicata, fuſius & feliciter expoſuit. R. *Salomon ben Iſaac*: item per compendium literarum רש״י *Raſcì* dicitur: ac etiam יצחקי Iſchakì, vel ut „ alii (addit in p 1057.) mi- „ nus recte legunt *Schelomò Iarchì*: ubi tamen in notis ſubditur: „ Ceteroquin non i- „ gnotum alias prorſus Iudaeis *Iarchii* nomen „ eſt, ceu patet ex eis, quae ſupra n. 299. (p. ſc. 182. ubi de R. Eliiakìm fil. R. *Aſchèr Germani*.) „ diximus; unde etiam coniectura „ adſequor, familiae nomen olim fuiſſe; quod „ ille R. Eliiachìm gener fuerit R. *Nathan Iar-* „ *chì*. „ Quaedam alia de hoc R. *Elia*, eiuſdemque operibus habentur in Vol. III. pag. 102. & ſeq. eiuſdem Wolfii.

Cod. Hebr. chart. impr. charactere Rabbinico, Venetiis apud Danielem Bombergium, opera Cornelii F. Baruch, ſeu Benedicti Adelkind. A. M 305. C. 1545. (non tamen 287. & C. 1527. ut in *Catal. Montfauc.* legitur.) in fol.

CODEX III.

PSALTERIVM CHALDAEVM, ARABICVM, HEBRAEVM, GRAECVM, ET LATINVM.

„ 3. Pſalterium Ebraico-Graeco-Arabico-Chaldaicum, cum tribus interpre- „ tationibus Latinis impr. fol. *Langius*.

„ III. Pſalterium Graecum, Hebraeum, A- „ rabicum, & Chaldaicum, & cum tribus in- „ terpretationibus Latinis; impreſſum in ſolo „ Genuae anno 1516. *Catal. Montfauc.* quem ex autographo corrige, ponendo *Hebraeum* primo loco, copulam expungendo, ac pro *ſolo*, lege *folio*.

Pſalterium Hebraeum, Graecum, Arabicum, & Chaldaeum, cum tribus Latinis interpretationibus, & gloſſis.

תהילים עברי יוואני ערבי עם תרגום ושלשה תרגומים מלטין עם פרושן.

Ψαλτήριον ἑβραικὸν, ἑλληνικὸν, ἀραβικὸν, κ̀ χαλδαικὸν μετὰ τριῶν ἑρμηνειῶν λατινικῶν, καὶ γλωσσημάτων,

مزامير عبراني يوناني عربي وكلداني بثلث ترجمت لطين وتفسيرهم *

ספרא דיתהלאי יהודאי יונגאי ערבאי וכשראי עם תלת מותרגימא מן לטין ובריריהון.

Hoc polyglottum Pſalterium ſic inſcribitur in principio „ Octaplus Pſalterii Auguſtini „ Iuſtiniani Genuenſis, Praedicatorii Ordinis, „ Epiſcopi Nebienſis, cuius prima columnel- „ la habet Hebraicam editionem: ſecunda „ Latinam interpretationem reſpondentem He- „ breae de verbo ad verbum: tertia Lati- „ nam communem: quarta Graecam: quinta „ Arabicam: ſexta Paraphraſim, ſermone qui- „ dem Chaldaeo, ſed literis Hebraicis con- „ ſcriptam: ſeptima Latinam, reſpondentem „ Chaldaeae: ultima vero, hoc eſt octava, „ continet ſcholia, ideſt annotationes ſparſas „ & interciſas. Et haec quidem characteribus rubris ſunt expreſſa. In ipſo operis limine habetur Epiſtola ad auctorem in eius laudem exarata a *Iacobo Antiquario*, Mediolano ad eum miſſa: deinde ipſius Auctoris Praefatio ad *Leonem X. Pont. Max.* quinquies repetita, quinque diverſis linguis, videlicet Latina, Graeca, Hebraica, Arabica, & Chaldaica. Ad calcem Pſalterii ponitur Epiſtola *Baptiſtae Fliſci* I. V. D. in Auctoris commendationem. Notam demum impreſſionis, quae iiſdem pariter quinque linguis enunciatur, Latinam tantum adferam: „ Impreſſit miro in- „ genio *Petrus Paulus Porrus* Genuae in ae- „ dibus *Nicolai Iuſtiniani Pauli*, Praeſidente „ Reipub Genuenſi, pro Sereniſſimo Franco- „ rum Rege, praeſtanti viro *Octaviano Fulgo-* „ *ſio*, anno Chriſtianae ſalutis milleſimo quin- „ genteſimo ſextodecimo menſe VIIIIbri (Wolfius Vol. II p. 358 ubi hoc Pſalterium refert pro *Novembri* poſuit *Octobri*.) Huic notae ſubiecit impreſſor ſuum inſigne, quod eſt *Porri frutex*, circa cuius latera & ſubter ſcutum adpoſita eſt haec Inſcriptio: *Petrus Paulus Porrus Mediolanenſis, Taurini degens.* De hoc Auctore, qui primus Polyglottis Bibliis operam navaſſe cenſetur, multi, & praecipue qui de Scriptoribus Ordinis Praedicatorum egerunt, verba faciunt; at certius, & accuratius PP. Quetif & Echard Tom II. p. 96. ſeqq. qui dicunt, ipſum occubuiſſe anno 1536. aetatis ſuae 66 ex naufragio, dum e patria ad ſuum in Corſica Epiſcopatum remigraret. De hoc autem opere ferunt, Auctorem bis mille exemplaria imprimenda curaſſe, non mediocri pecuniae diſpendio, & ex his quinquaginta tantum in membrana, vitulinisque pellibus, ut Regibus, & Principibus dono daret; quare non abs re hoc noſtrum exemplar putandum eſt, ipſum fuiſſe, quod ſummo Pontifici Leoni X. vel Cardinali Iulio Mediceo, qui poſtea Clemens VII. fuit, Auctor obtulit; quum nonnulli alii Codices praeter hereditarios ab his Pontificibus in hac Bibliotheca fuerint dedicati. Ex bis mille exemplaribus, quingenta tantummodo veniere; ut ipſimet Auctori iactura fuerit haud parvi pendenda, pro laboris improbi praemio.

Cod Hebr. Gr. Arab. Chald. & Lat. membr. impr. ut ſupra, in fol.

CODEX IV.

מרכבת המשנה

EXPOSITIO ABARBANELIS IN QVINTO LEGIS.

„ 4. PEruſch Miſchnah hathorah coment. in 5. l. Moſis Don Iſaac Abarbanel. „ impr. fol. Ebr. *Langius*.

„ IV. *Mirchebeth hamiſchene*. Currus ſe- „ cundarius. tit. ex Geneſis cap. 41. v. 43. „ Commentarii abſolutiſſimi in Deuterono- „ mium R. Iſaac Avravanelis ben Iudae. „ *Catal. Montfauc.* At in autographo ſic habetur.

„ פירוש משנה התורה Piruſch. Miſcnah Ha- „ torath. *Currus ſecundarius* tit. ex Geneſis „ cap. 41. verſic. 43. Commentarii abſolutiſ- „ ſimi in Deuteronomium Rabì *Isbaak Avra-* „ *vanelis*, ſeu *Abravanelis*, ſeu *Abarbanelis* „ *ben Iudae*. Cod. impr. in folio Sabionetae „ anno 5311. a Creat. Mundi.

Titulus exterior vertendus erat: *Quadriga ſecundaria*; interior autem hic eſt:
מרכבת המשנה פירוש למשנה תורת אל
Merchevet amiſcnè Pirùſc lemiſcnè Thoràth El. *Quadriga ſecundaria Expoſitio in ſecundam legem Dei*. h. e *in Deuteronomium*. Alii pro *Quadriga ſecundaria* vertunt *Currus Secundani*: qui titulus deſumtus eſt ex Gen. loc. cit. ubi legitur de Ioſepho: *Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum*. V. Wolfium Vol. I. pag. 630. Auctor huius Libri eſt R. *Don Iſaac Abarbanèl* Ulyſipponenſis, de cuius cognominis varia uſurpatione, & eiuſdem Auctoris genere & vita agit idem Wolfius eodem Vol. I. pag. 627. & ſeq. Natus eſt A. M. 197. C. 1437. obiit A. M. 268. C. 1508. ac Patavii tumulatus fuit.

Cod. Hebr. chart. impr. Sabionetae, in aedibus *D. Tobiae Phoà* A. M. 311. C. 1551. in fol. & haec eſt prima huius operis editio.

CODEX V.

ז׳ תבון על קהלת

EXPOSITIO ABEN TIBON IN ECCLESIASTEM.

„ PEri Sedèk Es chajim. Fructus iuſtitiae „ Arbor vitae. Expoſitio Aven Ia- „ chìn in Eccleſiaſten. Ebr. MS. fol. *Langius*.

„ V. פרי צדיק עץ חיים. Perì ſedek Eſ- „ kajim. Commentarius in Eccleſiaſtem R. „ *Samuelis ben Tabbùn*. Codex bonus, ele- „ ganter ſcriptus in pergameno. Senſum litte- „ ralem plerumque perſequitur, atque inde „ ad moralem deflectit. Author commenda- „ tus a Maimonide, & ab aliis Iudaeis ei- „ dem Maimonidi ſuppar. Hic Commenta- „ rius a Cenſoribus Codicum Hebraeorum „ praetermittitur, quare ineditum puto. *In-* „ *cipit*: *Fructus iuſti, arbor vitae*. *Langius* exi- „ ſtimavit, hunc eſſe titulum libri, eo quod „ maiuſculis litteris exaratum viderit; ſed o- „ mnino principium eſt, ut ex contextu evi- „ denter patet, & idcirco a librario litteris ca- „ pitalibus deſcriptum, quod ſemper in prin- „ cipiis novi argumenti obſervat. At fortaſſe „ idem & principium & titulus eſt, ut in li- „ bris Pentateuchi; etſi id adſerendi nulla ex „ Codice ratio convincat. *Catal. Montfauc.* „ *ex autogr.*

Inſigne hoc opus in tres partes dividitur: nempe in *Praefationem*, in *Scientiam*, & in *Moralem*. Prima incipit a principio capitis primi, uſque ad ea verba: *Ego Eccleſiaſtes fui Rex*. v. 12. eiuſdem capitis: ſecunda ab ipſo v. 12. ad v. 2. cap. 7. in quo habetur: *Melius eſt nomen bonum*: tertia ab eo v. 2. ad v. 8. cap. 12. in quo legitur: *Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes*. In Praefatione, pag. 5. & 6. Auctor adfirmat, ſe hanc Expoſitionem elaboraſse poſt obitum R. *Moyſis F. Maimonidis*, qui mortuus eſt in Aegypto A. M. 4964. C. 1208. nam cum per epiſtolam eum interrogaret, an aliquem Commentarium elucubraſset in hunc S. Scripturae librum, nullum reſponſum obtinuit ob *Maimonidis* mortem, quae eo tempore intervenit. Nomen autem proprium Auctoris eſt hoc: R. *Samuel ben Iuda aben Tibon*: fuitque Granatenſis, & floruit ſec. XIII. ac in *Schalſchelet* [liber quidam eſt R. *Godaliae ben R. Ioſeph Iachiia*, cui titulus שלשלת הקבלה *Schalſcheleth haccabbalà Catena* ſeu *ſucceſſio Cabbalae* pag. 50. a. vocatur Princeps Interpretum. Agit de hoc Scriptore Wolfius vol. I. p. 1098. & ſeq. ſed hoc opus ab eo non recenſetur. Inc. Praef. פרי צדיק עץ חיים def. ושלומות לכל בני אמונת השם אמן Opus vero Inc. poſt verba primi verſiculi Eccleſiaſtis פרשו הראשונים def. לתקות הגמול הטוב In fine huius Codicis legitur: 1555. *die 16. Decembris reviſus per D. Iacobum Geraldini Commiſſarium Apoſtolicum. Caeſar Belliaſus Cimae Epiſcopus Bonon. & dicti D. Commiſſarii Notarius man.*

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico ſaec. XIV. in 4. maior. conſtat fol. 135.

CO-

CODEX VI.

ן עזרא

ABRAAM EZRA.

„ 6. COmment. in Legem, Aben Ezrae „ [quamquam nomen nuſpiam in- „ venire potui] Ebr. MS. 4. deſunt aliquot „ Paraſchae. *Langius*.

„ VI. פירוש אבן עזרא Decerpta MS. ex „ Commentario *Abenezrae* in Pentateuchum. „ Totum edidit Bombergius, ſed multis in „ locis depravatum. Latini iuris fecit Con- „ radus Pellicanus. Incip. למה שהיה מחוק „ אדם definit והתרחקם מגבוליה
Catal. Montfaucon. ex autogr.

Titulus exterior eſto עזרא ן Ben Ngezrà *Filius Ezrae*.

פירוש על פירוש ן עזרא Pirùſc ngal Pirùſc Aben Ngezrā. *Commentarius in Commentarium Aben Ezrae*. Eſt autem Expoſitio in quaedam difficiliora capita Commentarii *Aben Ezrae* in Pentateuchum: a principio videlicet Geneſis, uſque ad caput XI. Deuteronomii. Auctor vero eſt *R. Moſes ben Iuda ben Moſis de familia Nangharìm*, qui vixit ſub fine ſaec. XIII & hanc Expoſitionem elucubravit anno aetatis ſuae xxv. Wolfius pag. 825. Vol. I. ſic recenſet hoc opus. תפוח זהב tappuach zaàb, *Pomum aureum*, ex Proverb. xxv. II. „ i. e. Expoſitio locorum diffici- „ liorum, quae ſunt in Commentario *Aben* „ *Ezrae* in Pentateuchum: & eſſe MS. in Bibliotheca Vaticana, teſte Bartoloccio, adfirmat. Et revera quum tranſmiſerim Romam ad Adm. R. P. *Franciſcum Rizzonium*, Scriptorem Vaticanum perelegantem (virum in ea lingua peritiſſimum: & qui nonnulla circa hos Codices, in huiuſce mei Catalogi commodum perhumaniter protulit) initium & finem huius operis, me certiorem fecit, Vaticanos Codices, qui obſignati ſunt 50. & 396. cum hoc noſtro concordare, ſed non in Praefationis principio. Idem Wolfius nullam mentionem facit de Bombergiana editione, neque de Latina verſione: quod mihi mirum videtur: ac dubito, an erraverint, qui Montfauconianum Catalogum concinnaverunt. Inc. Praef. למה שהיה מחוק אדם Opus vero בראשית חכמינו אמרו שהל׳ת נוסף וכו׳ def. ויודע חסרונם ויתרונם בהשגה כפי קירובם נשלם והתרחקם מגבוליה deindeque legitur ביאור פרשת והיה עקב h. e. *Explicit Expoſitio ſectionis* (quae incipit) *Vejajà ngecheu*, quod eſt initium verſus 12. Cap. 7. Deuteronomii: & ea expoſitio finem habet in verſu 25. Cap. XI. eiuſdem libri.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico, ſaec. XV. in 4. Conſtat foliis 52.

CODEX VII.

אברהם לוי

ABRAAM LEVÌ.

„ 7. LIber Cabalae Abraam Levi MS. „ fol. Ebr. *Langius*.

„ VII. ספר הקבלה *Liber Kabalae*. Conti- „ net hiſtoriam Seniorum, per quos Cabbala, „ ſeu Traditio accepta a Moyſe propagata eſt „ ad poſteros. Codex, ex quo multa ad eru- „ ditionem Hebraicam conferre poſſunt. Au- „ ctor ſcribitur *Abraham Levita*. Eſt ille *A-* „ *braham Levita ben David*; ſi tamen hic *A-* „ *braham* alius eſt ab *Abrahamo ben David*, qui „ Cabbalam ſcripſit hiſtoricam, citaturque „ non raro a Iohanne Buxtorfio in Commen- „ tario Maſoretico-hiſtorico. Cod. MS. in „ membr. in 4. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Praeter primum hoc opus, alia duo opuſcula adiecta ſunt in hoc Codice; quare ſic mihi deſcribendus videtur:

I. p. I. ספר הקבלה אברהם לוי Sepher Accabbalà Abrahàm Levì. *Liber Cabbalae*, ſeu *Traditionis Abraham Levì*. At titulus interior ita ſe habet. זהו ספר הקבלה חבר אותו ראש הראשים וקדוש הקדושים וקדש הקדשים תפארת החכמים ועטרת הישרים והתמימים רבי אברהם הלוי בכ״ר דוד ז״ל Ze-hù Sepher Accabbalà, chibbèr othò roſc araſcìm vekadòſc akedoſcìm, vecodeſc accodaſcìm, thipheret achachamìm, vengatheret aieſciarìm, veatemimìm R. Abrahàm Allevì bechàr Davìd zal. *Hic eſt liber Traditionis. Compoſuit illum Caput Capitum* (i. *Magiſter Magiſtrorum*) *Sanctus Sanctorum*, & *Sanctitas Sanctitatum*, *gloria ſapientum*, & *corona rectorum* & *perfectorum R. Abraham Levì*, *filius R. David*, *felicis recordationis*. De Auctore, & de hoc opere v. Wolfium Vol. I. p. 39. & ſeqq. ubi refert nomen proprium eiuſdem Auctoris fuiſſe *R. Abraham ben Dior*, *ben R. Itzchack ben Rabbenu Baruch*: deinde a nonnullis, pro *ben Dior*, uſurpatum fuiſſe *ben David*; floruiſſeque medio ſaeculo XII. atque Toleti, ubi natus erat, religionis cauſa interfectum fuiſſe A. M. (ut refert Bartoloccius P. I. fol. 21. col. a. ex Iuchaſin fol. 132. & 162. b) 4940. C. 1180. Itemque idem Wolfius Vol. cit. pag. vero 43. ipſum huius libri Cabbalae exemplar MS. extare in noſtra Bibliotheca ex Catalogo a Cl. Lambecio edito, ſed a Langio elucubrato, ut ſupra retulimus, ac etiam in principio deſcriptionis huius Codicis innuimus, teſtatur. In hoc opere oſtenditur ſeries Iudaicae doctrinae, per Rabbinos, ſine temporis interruptione, propagatae ab Adamo uſque ad *R. Ioſeph ben Meir Levì aben Megas*, qui obiit A. M. 4901. C. 1141. Incipit. התחיל ואמר. זה ספר הקבלה def.

def. נמצא משנת כתיבת המשנה עד שנת ת״ו שהיא שנת תתקא׳ תשע מאות וע״ב שנה In quibus verbis error inesse videtur; sed sic est Textus. Deinde Amanuensis addit in medio לא מצאתי יותר בהעתק h. e. *Nil amplius inveni transcriptum*. Editiones huius libri quaere in Bartoloccio p. 20. Tomi I.

II. p. 10. *Varia notabilia super Mischna*, quorum ultimum est numerus versiculorum, qui in XXIV. libris veteris Testamenti, iuxta Rabbinorum distributionem, continentur: deinde sequuntur LIV. tituli Quaestionum, quae inter Academiam, seu scholam Samai, & Hillelis intercedunt. Auctore Anonymo.

III. p. 11. *Formulae XIII. diversorum Contractuum*, sc. possessionis, venditionis, donationis, obligationis, decisionis iuris, libelli repudii &c. Auct. Anonymo.

Cod. Hebr. chart. at primum, sextum, ac septimum folium membranacea sunt, varia manu exaratus. Saec. XV. in 4. min. Constat foliis 13. inter quae folium nonum scriptura caret.

CODEX VIII.

פי׳ דוד קמחי

EXPOSITIO DAVID KIMCHÌ.

„ 8. COmment. *R. David Kimchì* MS. Ebr. „ fol. Eod. vol. Tractatus sine no„ mine de ratione Annor. Iudaicor. cui sub„ iuncta est Tabula eamdem explicans, fa„ cta anno Iudaic. 5313. hoc est nostro 1553. *Langius*.

„ VIII. פירוש מעשה מרכבה Explicatio „ operis Quadrigae *R. David Ioseph Kimchì*. „ Explicat primo, quid per Currum sacri Au„ thores intellexerint, ubi de Prophetia, & „ Prophetis in genere: deinde procedit ad „ particulares visiones, in quibus Deus Pro„ phetis in Curru apparuisse dicitur, ubi de „ celebri visione Ezechielis. Comm. brevis. „ Inc. נקראת המרכבה def. והתייחדה בכרובים „ Sequitur alius Tractatus eiusdem מעשה „ בראשית Historia Berescith, seu in Hexa„ meron, ubi de Caelo, & Mundo, & Ele„ mentis. Comm. philosophicus. Inc. קבלתי נר״ו „ def. וזה רצינו בביאור מעשה בראשית מן „ החכם Succedit alter Tractatus prolixior an„ tecedentibus *de Anima*, qui tamen nomen *Da*„ *vidis* non praefert, ibi de Anima & eius po„ tentiis & operationibus. philosophica me„ thodo, & in XI. capita dividitur. Incipit אמר „ הא לך הכל המחבר רוח חן def. מבואר „ יפה. His nectuntur alia fragmenta in hoc u„ num volumen compacta, duo de Legibus, „ tertium de Deo, & eius adtributis. Incip „ אם ימחו ותנשא קמא פרק ראשון עלה ב def. „ Tabula denique Astronomica, ubi de annis „ Hammeubarìm seu Embolismi, numero au„ reo, de neomaeniis, & quatuor תקופות h. e. „ revolutionibus, seu de solstitiis, & aequi„ noctiis. Dividitur autem in Tabulas tre„ decim, quas, ut habet titulus, scripsit Ma„ gister noster Nachson, & continet Cyclum „ lunarem. Annus tabulae 5313. a Creat. „ Mundi concurrit cum anno 377. à consu„ matione operis Iad. *R. Moysis Maimonidis*, „ quod notandum est ad cognoscendam eiusd. „ Maimonidis aetatem. MS. in pergameno. „ *Catal. Montf. ex autogr.*

I. p. 1. פירוש מעשה מרכבה לחכם ר׳ דוד בר יוסף בן קמחי ז״ל Pirùsc mañgasè Mercavà lechachàm R. Davìd ben R. Ioseph ben Kimchì zal. *Expositio Visionis Quadrigae Doctoris R. David F. R. Ioseph F. Kimchì, felicis recordationis*; cum Praefatione. Explicat primo &c. eadem enarratio, ut supra in *Catal. Montfauc.* Initium autem est. נקראת המרכבה הנראית לנביא במראה הנבואה כן finis vero אפעה ושרף מעופף

II. p. 3. *Expositio visionis tertiae* ex Cap. VIII. eiusdem Prophetae. Inc. בשנה הששית. def. והתייחדה בכרובים deinde haec Amanuensis verba leguntur. זהו מה שמצאתי בפי׳ מעשה המרכבה לחכם המפרש ר׳ דוד קמחי ז״ל h. e. *Haec sunt quae reperi in Expositione Visionis Quadrigae Doctoris Commentatoris R. David Kimchì, felicis recordationis*. De hoc Auctore, eiusdemque operibus v. Wolfium Vol. I. p. 299. & seqq ubi tamen de his brevibus Commentariis nulla fit peculiaris mentio; sed tantum memorantur eius Commentari in Legem, & in Ezechielem, qui tamen nondum lucem viderunt.

III. p. 3. b. זה פירוש מעשה בראשית לחכם המפרש ר׳ דוד קמחי ז״ל וזה לשונו Ze Pirùsc mañgasè Berescìth lechachàm amepharèsc R. David Kimchì, zazàl vezè lescionò; *Haec est expositio Historiae Genesis Doctoris Commentatoris R. David Kimchì felicis recordationis: & haec sunt eius verba*. Inc. קבלתי מן החכם נר״ו def. מכאן ואילך הוו קנטרנין

IV. p. 6. b. רוח חן Ruach Chen. *Spiritus gratiae*. Tractatus philosophicus, excerptus, seu potius extractus ex lectione libri Maimonidis, cui titulus *Morè Nevuchìm* i. *Doctor perplexorum*; in XI. capita distributus, in quibus agitur de Anima tam vegetabili, quam sensitiva, ac rationali, & eiusdem operationibus: de elementis: de materia & forma: de generatione & corruptione: de accidente & substantia, & eorum mutationibus. Auctore *R. Antolì*, qui floruit saec. XIII. de quo v. Wolfium Vol. I. p. 202. ubi hoc opus commemorat: itemque aliud quasi ab eo diversum sub titulo *Comm. in Maimonidis Morè Nevochìm*: quod quidem forte idem est, ac superius enunciatum *Ruàch chen*: & adservari in Vaticana adfirmat. Inc. אמר המחבר רוח חן def. בינו ובין המאמר הנכבד מורה הנבוכים המקום.

V. p. 11. Tractatus absque titulo, in quo habentur *Lectiones* seu *Explicationes VI. quorumdam locorum Talmudis* תוספות h. e. Additio-

tionum. Lectio I. est *De damnis inlatis*. II. *De rebus alienis, de usura &c.* III. *De Iuramentis*. IV; *De Matrimonio*. V. *De ratione nubendi cognatarum*. VI. *De dotis obligatione*. Finis desideratur. Auct. Anonymo. Inc. ולר' אליעזר des. ותנשא.

VI. p 25. *Epistola ad Emanuelem Corophulum*: & est contra eumdem *Corophulum*, *Samuelem de Ancona*, *& Israëlem de Rovigo*: qui perperam de quadam matrimonii quaestione sententiam dixerunt; cum Commentario ad marginem. Auctt. Anonymis. Inc. Epistola מלא רחב ארצך עמנואל ex Isaia. des. ואכלת את חקם. Commentarius vero incipit cum iisdem Isaiae verbis, & desinit. מאריך אפיה הוא וגבי דליה

VII. p. 27. Quaesita & responsa XIII. super quibusdam Hebraeorum ritibus, cum Indice in principio. Auct. Anonymo. Inc. ברוב הקהילות des. הא לאו הכי אסור.

VIII. P. 35. Fragmentum cuiusdam Tractatus de Legibus, & de Deo, eiusque Attributis. Initium habet in cap. 52. ipsius Tractatus, & finem in cap. 63. non completo. Auct. Anonymo. Inc. ולזה הוא מפורסם des. שהוא שם.

IX. p. 42. Membrana complicata, in qua sequentes septem Tabulae Astronomicae continentur. I. Septem regulae adhibendae in annis communibus pro lectione sacrorum Librorum, quae unaquaque hebdomada fit in synagogis Hebraeorum: & item septem aliae regulae, adhibendae in annis embolismicis, ad eumdem usum. Haec Tabula in duas dividitur, quarum prima superior, secunda inferior est. II. Septem Kalendaria pro annis communibus, & septem pro embolismicis. Haec item Tabula in duas hinc inde dividitur, inter quas media est, quae sequitur. III אלו הן יג מחזורים שסדר רבינו נחשון ז'צל וחוזרים חלילה Hellù en iod ghimel Machazorìm scesiddèr Rabbenu Nachsciòn zazàl vechozerìm chalila. *Hi sunt tredecim Cycli, per ordinem digesti a R. Nachsciòn felicis recordationis, qui revertuntur ad initium*. Haec Tabula continet tredecim Lunae Cyclos, qui praefinito tempore ad idem revertuntur: ex quibus perpetuo cognoscitur, utrum annus sit communis vel embolismus. Initium sumit ab A. M. 5302. C. 1542. qui est primus Cycli 280. & desinit in Cyclo A. M. 5530. C. 1770. qui est primus Cycli 292. secundum Hebraeorum computum. Ostendit etiam diem primum ראש השנה Rosc ascianà, i. *Caput anni novi*: qualitatem mensium *Merchesvan* & *Chislev*. sc. *Octobris & Novembris*, an sint deficientes, vel ordinarii, seu communes, vel abundantes: *Neomeniam Nisan*, i. *Martii*, & primum diem Paschae Iudaeorum. IV. מחזור חמה לדעת הקליני Machazòr Chamà ledañgad acchalenae. *Ciclus Solaris iuxta Kalendas*, indicans videlicet primum diem cuiuslibet mensis Romanorum, incipiens a mense Ianuario. V. *Tabula Neomeniarum perpetua* facta in rotae modum, & incipiens a Cyclo 279. h. e. A. M. 5283. C. 1523. & definens in Cyclo 306. h. e. A. M. 5796. C. 2036. cum praecedente Canone pro usu eiusdem Tabulae. Sub ea ponitur VI. *Regula ad inquirendum, quo die mensis incidant solstitia, & aequinoctia*. VII. לוח הזהב Luach Hazahàv, *Tabula aurea*, perpetua, quae indicat quatuor Tekuphòt, seu Solis revolutiones ad unum ex quatuor punctis cardinalibus anni, in quibus incidunt eadem aequinoctia & solstitia: nempe Tekuphà Autumni ad initium Librae: Tekuphà Hiemis ad initium Capricorni: Tekuphà Veris ad initium Arietis: & Tekuphà Aestatis ad initium Cancri. Hanc Tabulam sequitur Canon pro eiusdem usu. Et hae quidem sunt Tabulae in hac membrana exscriptae: non XIII. ut in *Catalogo Montfauconiano* refertur; quum is numerus, non de Tabulis, sed de Lunae Cyclis sit intelligendus, ut superius adnotavimus in Tabula III. quippe qui illi Tabulae praefixus fuerit enunciatus Titulus.

Cod Hebr. MS. charactere Rabbinico, cuius priora quatuor opuscula in membrana saec. XV. reliqua vero, praeter ultimum, in papyro, partim eodem, partim sequenti saeculo exarata putarem, dummodo Epistolam ad Corophulum excipias, quae saeculum XVII. redolet. At Tabulae Astronomicae scriptae fuerunt circa medium saeculum XVI. ut ex dictis adparet, in 4. mai. constat foliis 42.

CODEX IX.

דניאל

DANIEL PROPHETA

„ 9. Ezechiel & XII. Prophetae mino-
„ res. Ebr. MS. 4. pars Zachariae
„ & Malachias totus desunt. *Langius*.

„ Ezechiel, & 12. Prophetae minores He-
„ braice, codex eleganter & nitide descriptus
„ in membr. in quarto, venerandae antiqui-
„ tatis. Pars Zachariae, & Malachias totus
„ exciderunt: titulus exterior corrigendus,
„ qui Danielem habet. *Catal. Montfauc.*

Titulus exterior reponatur, ut sequitur יחזקאל ותרי עשר Iechezchèl utrè ñgassàr *Ezechiel & duodecim*.

יחזקאל ותרי עשר Iechezchèl utrè ñgassàr. *Exechiel & duodecim* h. e. *Prophetae*. Zachariae pars, & totus Malachias desiderantur. Definit autem in iis Zachariae verbis כי שדד גאון הירדן ex cap. XI. v. 3.

Cod. Hebr. membr. MS. saec. circiter XIII. charactere quadrato cum punctis: quae tamen adiecta fuisse posteriore tempore dubitarem, in 4. min. quadrato. Constat foliis 184.

CO-

CODEX X.


PSALTERIVM ARMENVM.

„ 10. PSalterium Armenum MS. fol. min.
„ Armenice. *Langius*.

X. Eadem *Catal. Montfauc.* in cuius autographo ponitur Archotelea Hebraicis characteribus hoc pacto: Inc. אשרי האיש defin. תהלל יה הללויה sed qua ratione, nescio; quum lingua Hebraica nil concordet cum Armenica: & hunc Codicem neutrius linguae esse clarissime pateat. Franciscus Maria Duccius alter ex Concinnatoribus *Catal. Montfauconiani* scripsit in prima Cod. pagina alba *Psalterium Georgianum*.

Dicendum vero est, hunc Codicem esse Librum liturgicum, lingua Slavonica, charactere Hieronymiano, ut videre est in Collectione, fere centum in varias linguas Versionum Orationis Dominicae, quas edidit *Thomas Ludekenius, Berolini* 1680. in 4. & ex Alphabeto eiusdem characteris a *Ioh. Baptista Palatino* prolato, ac *Romae* impresso 1540. in 8.

En *specimen characteris*, & initium operis.



Cod. Slavonicus Hieronym. Membr. MS. charactere minusculo quadrato, cum rubricis, in 4. Constat foliis 124.

CODEX XI.

EVANGELIA QVATVOR, MARCVS, MATTHAEVS, LVCAS, ET IOANNES.

„ 11. EVangelia literis, ac lingua Arme-
„ na MS. fol. min. Armenice. *Langius*.

„ XI. Evangelium Armenum MS. in fol.
„ min. Armenice. *Catal. Montfauc.*

„ Lectiones Evangeliorum, per anni circulum, iuxta ritum Ecclesiae Armenae, in Missarum solemniis recitandae.

„ Liturgia S. Ioannis Chrysostomi, cum variis precibus, a Sancto Gregorio Illuminatore, Armenorum Apostolo, editis.

„ Cod. bombycinus in fol. pervetustus Armenis characteribus eleganter exaratus, sed in principio & in fine mutilus.

„ Constat paginis 79. Adservatur in Pluteo I. notatus num. II.

Haec recensio facta est a Cl. & Reverendiss. D. D. *Stephano Evodio Assemano* Archiepiscopo Apameae, atque edita, curante *Antonio Francisco Gorio*, Flor. Acad Profess. in suo Catal. Codicum MSS. Orientalium Bibliothecae Mediceae Laurentianae & Palatinae pag. 37. num. VI.

Hic vero Codex est in 4. & constat foliis 279. *non pag.* 79.

CODEX XII.

PSALTERIVM CHARACTERIBVS SYRIACIS EXARATVM.

„ 12. PSalterium Syriacum MS. 4. Syria-
„ ce. *Langius*.

„ XII. Psalterium Syriacum editionis, quam apud viduam Hiericuntinam repertam Origenes quintam vocat, inquit Gregorius Barhebraeus. Eamdem contuli cum Hebraico, & Textu LXX. & cum neutro convenire deprehendi. Psalterio nectuntur Cantica Veteris & Novi Testamenti, & aliae preces dicendae in Quadragesima. Cantica & preces excipit Carmen *Sancti Ephrem* de Amore sapientiae, quod Gerardus Vossius edidit Tomo II. Operum eiusdem S. Doctoris. Codex optime scriptus in pergameno charactere Maronitico, & antiquitatis non contemnendae, quam his verbis notavit Amanuensis: *Finem habuit liber Hymnorum David anno*

162.

„ 162. *Alexandri, scriptus ab Hausciab pec-*
„ *catore in Monasterio Benedicto Kizchaiae*,
„ (quod est in Monte Libano in Dioecesi Tri-
„ politana) Dividit Psalmos in Phetgome,
„ sive sententias, unde primus Psalmus ha-
„ bet xiv. sententias; secundus xxviii. & sic
„ de reliquis. *Catal. Montfauc. ex autogr.* At haec recensio facta fuit a Cl. V. *Petro Benedicti*, Arabice *Ambarachi*, Sacerdote saeculari Maronita: qui deinde ingressus in Societatem Iesu, obiit octogenario maior in Domo Professorum Vrbis viii. Kal. Sept. Anno Domini MDCCXLII.

„ Psalterium Syriacum, continens centum,
„ & quinquaginta Psalmos Davidis, & in quin-
„ que libros divisum, iuxta vetustissimam Sy-
„ rorum versionem, quae nec cum Hebrai-
„ co Textu, neque cum LXX. Interpretum
„ versione concordat. Hanc autem reper-
„ tam fuisse apud viduam Hiericuntinam
„ ab Origene, & *quintam* nuncupatam te-
„ statur *Gregorius Barhebraeus*, Orientis Ma-
„ phrianus, seu Primus. Pag. I. a tergo le-
„ gitur ad initium Psalmorum sequens adno-
„ tatio: *Domine Deus Omnipotens, incipit ser-*
„ *vus tuus humilis scribere Psalmos Davidis*
„ *Prophetae, & Regis Israël.*

„ Praeter Psalmorum in quinque libros,
„ quam indicavimus, divisionem, quilibet
„ Psalmus dividitur in sententias, seu versi-
„ culos, quorum numerus sub singulorum ini-
„ tium indicatur.

„ Versiculos hosce veluti singulares, & cum
„ editis in Polyglottis haud convenientes in
„ hoc Catalogo recensere operae pretium du-
„ ximus.

„ Psalmus I. continet versiculos xiv.
„ Psal. II. xxviii.
„ Psal. III. xvii.
„ Psal. IV. xx.
„ Psal. V. xxviii.
„ Psal. VI. xix.
„ Psal. VII. xxxv.
„ Psal. VIII. xviii.
„ Psal. IX. xlii.
„ Psal. X. xxix.
„ Psal. XI. xvii.
„ Psal. XII. xix.
„ Psal. XIII. xii.
„ Psal. XIV. xvii.
„ Psal. XV. xiii.
„ Psal. XVI. xxiii.
„ Psal. XVII. xxvii.
„ Psal. XVIII. cvi.
„ Psal. XIX. xxxi.
„ Psal. XX. xix.
„ Psal. XXI. xxvii.
„ Psal. XXII. lxvii.
„ Psal. XXIII. xiii.
„ Psal. XXIV. xxvii.
„ Psal. XXV. xxxviii.
„ Psal. XXVI. xxiii.
„ Psal. XXVII. xxx.
„ Psal. XXVIII. xvii.
„ Psal. XXIX. xxi.
„ Psal. XXX. xxi.
„ Psal. XXXI. l.
„ Psal. XXXII. xxv.
„ Psal. XXXIII. xlv.
„ Psal. XXXIV. xli.
„ Psal. XXXV. xxix.
„ Psal. XXXVI. xxiv.
„ Psal. XXXVII. cxx.
„ Psal. XXXVIII. xlii.
„ Psal. XXXIX. xxxix.
„ Psal. XL. xl.
„ Psal. XLI. xxx.

„ *Explicit Liber I. Psalmorum.*

„ *Incipit Liber* II.

„ Psal. XLII. xxxi.
„ Psal. XLIII. xv.
„ Psal. XLIV. lv.
„ Psal. XLV. xlix.
„ Psal. XLVI. xxii.
„ Psal. XLVII. xiv.
„ Psal. XLVIII. xxvi.
„ Psal. XLIX. xliii.
„ Psal. L. xlix.
„ Psal. LI. xxxix.
„ Psal. LII. xix.
„ Psal. LIII. xviii.
„ Psal. LIV. xiv.
„ Psal. LV. xlii.
„ Psal. LVI. xxv.
„ Psal. LVII. xxv.
„ Psal. LVIII. xxiv.
„ Psal. LIX. xxxviii.
„ Psal. LX. xxi.
„ Psal. LXI. xv.
„ Psal. LXII. xxvi.
„ Psal. LXIII. xxiii.
„ Psal. LXIV. xxii.
„ Psal. LXV. xxx.
„ Psal. LXVI. xxxv.
„ Psal. LXVII. xiv.
„ Psal. LXVIII. cxvi.
„ Psal. LXIX. lxxiii.
„ Psal. LXX. xii.
„ Psal. LXXI. l.
„ Psal. LXXII. xlv.

„ *Explicit Lib. II. Psalm.*

„ *Incipit Liber* III.

„ Psal. LXXIII. versic. li.
„ Psal. LXXIV. xlvii.
„ Psal. LXXV. xxii.
„ Psal. LXXVI. xxii.
„ Psal. LXXVII. xlii.
„ Psal. LXXVIII. cxii.
„ Psal. LXXIX. xxxviii.
„ Psal. LXXX. xl.
„ Psal. LXXXI. xxx.
„ Psal. LXXXII. xvi.
„ Psal. LXXXIII. xxxiv.

„ Psal. LXXXIV. xxvi.
„ Psal. LXXXV. xxv.
„ Psal. LXXXVI. xxxiii.
„ Psal. LXXXVII. xiii.
„ Psal. LXXXVIII. xxxviii.
„ Psal. LXXXIX. c.

„ *Explicit Lib. III. Psalmorum.*

„ *Incipit Liber* IV.

„ Psal. LXXXX. versic. xxxviii.
„ Psal. LXXXXI. xxxii.
„ Psal. LXXXXII. xxxi.
„ Psal. LXXXXIII. xiv.
„ Psal. LXXXXIV. xlvii.
„ Psal. LXXXXV. xxii.
„ Psal. LXXXXVI. xxviii.
„ Psal. LXXXXVII. xxvii.
„ Psal. LXXXXVIII. xviii.
„ Psal. LXXXXIX. xxi.
„ Psal. C. x.
„ Psal. CI. xvii.
„ Psal. CII. liv.
„ Psal. CIII. xlvi.
„ Psal. CIV. xxxviii.
„ Psal. CV. lxxxii.
„ Psal. CVI. lxxxvii.

„ *Explicit Liber IV. Psalmorum.*

„ *Incipit Liber* V.

„ Psal. CVII. versic. lxxxiv.
„ Psal. CVIII. xxvi.
„ Psal. CIX. lvi.
„ Psal. CX. xv.
„ Psal. CXI. xxii.
„ Psal. CXII. xxii.
„ Psal. CXIII. xv.
„ Psal. CXIV. liii.
„ Psal. CXV. xxxiii.
„ Psal. CXVI. iv.
„ Psal. CXVII. xlii.
„ Psal. CXVIII. clxxxviii.
„ Psal. CXIX. xiv.
„ Psal. CXX. xvi.
„ Psal. CXXI. xiv.
„ Psal. CXXII. v.
„ Psal. CXXIII. xiii.
„ Psal. CXXIV. xii.
„ Psal. CXXV. xii.
„ Psal. CXXVI. xiv.
„ Psal. CXXVII. xi.
„ Psal. CXXVIII. xiii.
„ Psal. CXXIX. x.
„ Psal. CXXX. vi.
„ Psal. CXXXI. xxx.
„ Psal. CXXXII. vi.
„ Psal. CXXXIII. v.
„ Psal. CXXXIV. xliii.
„ Psal. CXXXV. xxvi.
„ Psal. CXXXVI. xxvii.
„ Psal. CXXXVII. viii.
„ Psal. CXXXVIII. xlii.
„ Psal. CXXXIX. xxv.
„ Psal. CXL. xxi.
„ Psal. CXLI. cxli.
„ Psal. CXLII. xxviii.
„ Psal. CXLIII. xxxiii.
„ Psal. CXLIV. xl.
„ Psal. CXLV. xxiii.
„ Psal. CXLVI. . . .
„ Psal. CXLVII. xviii.
„ Psal. CXLVIII. xxviii.
„ Psal. CXLIX. xviii.
„ Psal. CL. xi.

„ *Explicit Liber V. & ultimus Psalmorum* „ *Davidis, qui omnes simul sunt CL. Psalmi,* „ *& continent versiculos MMMMIↃXXII.*

„ Praeterea habentur in hoc Codice Cantica veteris & novi Testamenti, quae ad „ calcem omnium fere Psalteriorum Orientalium adiici solent; videlicet

„ Canticum Moysis, quod continet versiculos LIII.
„ Canticum Isaiae, versic. XVIII.
„ Alterum Moysis Canticum, versic. CXXXVI.
„ Canticum Dei arae Virginis.
„ Beatitudines a Christo Domino nostro discipulis traditae.
„ Oratio Dominica.
„ Symbolum trecentorum Patrum, qui Niceae convenerunt.
„ Canticum Angelorum, quod Eliae Prophetae tribuitur.
„ Hymnus ad Matutinum Ieiunii recitandus.
„ Hymnus S. Ephrem Syri metricus de Amore sapientiae.

„ Codex rarissimus in 4. minori bombycino pervetustis Syrorum literis, & sermone „ eleganter exaratus ab Hausceb, uti sequenti „ Epigraphe, ad calcem adposita declaratur: „ *Gloria Patri, qui dat potentiam, & Filio,* „ *qui praestat opem, & Spiritui Sancto, qui* „ *perficit, nunc & semper, & in saecula saeculorum: Amen. Explicit liber Psalmorum Da-* „ *vidis Regis Prophetae Feria IV. ineunte* „ *mense Ailul.* (Septembri) *anno Graecorum* „ *MDCXIX.* (*Christi* 1318.)

„ *Scripsit autem illum Hausceb peccator in* „ *Monasterio benedicto de Cuzaia. Propter Deum* „ *legentem rogo, ut pro cunctis, qui in hoc* „ *libro operam impenderunt, orent. Unusquisque secundum preces suas retributionem acci-* „ *piet in utroque saeculo: Amen. Assutus au-* „ *tem, & denuo compactus fuit Anno Alexan-* „ *dri* 1833. (*Christi* 1552.) *ab humilibus Ma-* „ *lech & Gabriele de oppido Eden, cura, & so-* „ *licitudine Patris Ionae Eremitae de oppido Ma-* „ *trith. Etiam nos humiles rogamus legentes,* „ *& videntes librum hunc, ut humilitatis no-* „ *strae in misericordia & oratione ad Deum* „ *recordentur.*

Io-

„ *Ionas Eremita* , cuius cura Codex hic „ Psalmorum iterum compactus fuit , cum „ insigni Sanctitatis fama obiit anno Christi „ MDXLII. in Monasterio S. Antonii Cuzaiae, „ de quo haec Cl. Vir *Stephanus Edenensis* „ Antiochenus , Maronitarum Patriarcha , in „ Chronico Arabico , cuius duo exempla„ ria habemus , alterum penes nos , alterum „ in Bibliotheca Vaticana. *Anno Chr. MDXLII.* „ *ad Deum migravit religiosissimus Pater Ar*„ *chipresbyter Ionas Matrithensis , Eremitarum* „ *Princeps , postquam , ut scribit Gabriel Ede*„ *nensis Eremita , ipsius discipulus , Anachoreti*„ *cam vitam , puritate , ac singulari pietate cla*„ *rus per annos quinquaginta duxisset.* Hic ab„ stinentia fuit incredibili ; nam quatuor ante „ obitum annis biduum integrum ieiunans , ter„ tio quoque die ieiunium solvere , necnisi „ Sabbato, & Dominica in Quadragesima , ci„ bum capere consuevit. Ad haec a Penteco„ ste ad Nativitatem Domini , & ab Epipha„ nia ad Dominicam Resurrectionis ieiunium „ perducere in more habuit. Missam quotidie „ celebrabat : omnem potus usum , excepto „ Sabbato perpetuo sibi interdicens. In ma„ iori hebdomada bis duodecies millies Deum „ flexis genibus adorabat: in aliis Quadrage„ simalis ieiunii diebus prostrationes ad ter„ ram tamdiu repetebat , donec corpus su„ dore manaret : misericordia vero , & chari„ tate in proximum sic excelluit , ut omnes „ sui temporis homines superaverit. Multos re„ liquit virtutum suarum imitatores : qui ta„ men praeclara eius gesta pro merito literis „ mandaret , exstitit nemo . Quamobrem lau„ datus Gabriel Eremita eius discipulus , quum „ vellet pauca quaedam ex eius gestis refer„ re , de seipso haec subiungit : *Atque hic me* „ *ipsum ego miser reprehendens , calamum de* „ *tabula excussi , ne mihi lector exprobraret , in*„ *quiens* : quem & qualem fructum haec ar„ bor produxit ! Alter quoque eius discipulus , „ *Ioannes* nempe *Lephediensis* Archipresbyter , „ hoc de eo iuratus testis adfirmat ; quum nimi„ rum oleum in vase defecisset , posito a Iona „ thure , precibusque ad Deum fusis , oleo repen„ te plenum inventum fuisse ; quod cum ille ob„ stupescens admiraretur : *Laudes* , inquit Ionas , „ *cane Christo Domino nostro , & vide eius mi*„ *racula , quae per minimum servorum suorum* „ *facit* . *Gratias ei semper referamus* ; *verum* „ *cave , ne cui haec ante meum obitum patefa*„ *cias* . Cum autem morti adpropinquaret , „ misso nuncio , rogavit Dominum Patriar„ cham Mosen Accarensem , & Cyriacum E„ denensem Archiepiscopum , ut sibi absolu„ tionem , & benedictionem mitterent. Cum„ que ambo adessent : eisque fratres , gre„ gemque Christi moriturus commendasset , pu„ ram animam Creatori reddidit. Cuius mor„ tis fama circumquaque pervulgata , innumera „ Antistitum Monachorum , populique multi„ tudo ad Monasterium Cuzaiae confluxit , qui „ sacrum eius corpus venerantes , illud cum „ fletu & lacrymis ibi sepeliendum curarunt , „ ubi vitam Anachoreticam inclusus egerat. „ Aiunt autem , eius Corpus usque in praesen„ tem diem incorruptum manere.

„ Pergit idem Cl. Vir *Stephanus Edenen*„ *sis* in supralaudato Chronico ad annum Chri„ sti MDXLIV. referre , venerabilem praefatum „ *Ionam* , *Gabrieli* discipulo post obitum ad„ paruisse , eique , ut in Ecclesia Monasterii „ Cuzaiae tria Altaria aedificare curaret , prae„ cepisse : maius quidem sub invocatione Dei„ parae ; alia vero duo Minora sanctis An„ tonio , & Macario Abbatibus nuncupanda. „ Haec de *Iona* dicta sint satis.

„ Cod. Syriac bombyc. MS. in 4. min. „ anno 1318. ut supra dictum est. Constat pa„ ginis (lege foliis) 219. & adservatur in Plu„ teo I. notatus N. 12.

Ex recensione supradicti Reverendiss. Archiepiscopi Assemani , in suo Catal. p. 31. N. IV.

CODEX XIII.

Աւետարանն ըստ Մատթէոսի , Մարկոսի , Ղուկասու , Յօհաննու ։

Ի յամս [illegible] Հայոց պատարագի , գրեցաւ ի Թվին , ՌՅԺԲ ։

MISSALE IN IDIOMATE ARMENO SCRIPTVM ANNO DOM. 1353. AB ARCHIEPISCOPO ARMENO ORD. PRAEDICATORVM.

„ 13. MIssale Armenum ex Lat. tra„ ductum ab Episcopo Gregorio „ anno 1353. Romae MS. fol. min. Armenice. „ Ab initio Calendarium habet , ad nostram ra„ tionem emendatum. *Langius*.

„ XIII. Missale Armenum cum suo Calen„ dario , ex Latino in Armenum conversum a „ *Gregorio* Archiepiscopo Armeno , ad usum „ fortassis Ecclesiae suae Naxivanensis in Ar„ menia , quae ritum Latinum sequi coepit „ annum circiter 1318. Hunc *Gregorium* illum „ esse puto , qui anno 1512. Franc-Armeno„ rum Archiepiscopus Romae creatus fuit , & „ qui forsitan hunc scripsit Codicem. Codex „ nitide scriptus Armenicis caracteribus in per„ gameno in fol. min. *Catal. Montf. ex autogr.*

„ Missale Romanum cum suo Kalendario , ex „ Latino sermone in Armenum conversum , an„ no Christi MCCCXI. a *Gregorio* Franc - Ar„ menorum Archiepiscopo ad usum Fratrum „ Praedicatorum in Armenia degentium , & „ Ecclesiae Naxivanensis , quae ritum Lati„ num sequi coepit circa annum Chr. MCCCXVIII.

„ Sub initium Codicis recentiori manu ad„ iecta legitur sequens nota : *Missale , iuxta ri*„ *tum & consuetudinem Fratrum Praedicato*„ *rum in vetus Armeniacum e Latino idiomate*

„ *versum a Reverendissimo Archiepiscopo* Gre-
„ gorio, *qui creatus fuit praesul Armenorum*
„ *Anno Domini MCCCLIII. in urbe Roma, quam*
„ *adiit anno MCCCLI. delegatus a Beato* Bar-
„ tholomaeo *Ordinis Praedicatorum Sacerdote,*
„ *primo Fidei Catholicae in Armenia maiori pro-*
„ *pagatore. In urbe Roma duos huius generis*
„ *libros vertit* Gregorius, *quorum unum in Ar-*
„ *meniam redux asportavit: alterum vero* (hunc
„ scilicet) *in Italia conservandum reliquit.*
„ *Cumque* Frater Ioannes Baptista *Ordinis Prae-*
„ *dicatorum, Provinciae Armeniae Praefectus,*
„ *ab Archiepiscopo* Nicolao *Iubilaei gratia Ro-*
„ *mam missus, forte fortuna Florentiam appulis-*
„ *set, hunc sacrum Codicem (siquidem pagina,*
„ *ei una, temporum iniuria, contrita deerat)*
„ *omnibus numeris absolutum reddidit, sub au-*
„ *spiciis Serenissimi* Francisci Medicei *Magni*
„ *Ducis Etruriae secundi.*

„ *Beatus Bartholomaeus* Bononiensis Ordi-
„ nis Praedicatorum, de quo in superiori in-
„ scriptione fit mentio, a Ioanne Papa XXII.
„ consecratus fuit Episcopus, non Armeniae
„ quidem, ut communiter dicitur, sed Provin-
„ ciae Meragensis, quae inter Armenorum
„ Parthorumque confinia sita est. Plurimos
„ Armenos ad Catholicam fidem convertit, &
„ Ordinem regularem eiusdem nationis, vulgo
„ *Vnitorum*, sub Constitutionibus Fratrum
„ Praedicatorum, una cum P. Magistro *Ioan-*
„ *ne Anglo* instituit: variisque demum sacris
„ Codicibus, ex Latino in Armenum sermo-
„ nem conversis, quorum multi adhuc ex-
„ tant apud Patres Dominicanos Armenos Na-
„ xivanensis provinciae, virtutibus & meritis
„ plenus, anno Christi MCCCXXXIII. ad Dominum
„ migravit. *Gregorius* autem nostri Codicis
„ versionis auctor, quem B. *Bartholomaeus*
„ Romam delegavit, Armenus natione fuit,
„ & memoratae Congregationis Unitorum a-
„ lumnus. Ecclesia demum Naxivanensis, ad
„ cuius usum idem Gregorius Missale transtulit,
„ sita est in Armenia maiori, eique ab anno
„ Christi MCCCXII. usque ad praesentem diem,
„ nonnisi ex Dominicana Familia Archiepi-
„ scopus a summis Pontificibus praefici solet.
„ Qui autem eam rexere Ecclesiam, fuerunt
„ ad nostram aetatem quindecim: de quibus
„ vide Galanum in Conciliat. Ecclesiae Ar-
„ menae cum Romana, Tom. I. Part. I. pag.
„ 508. ad finem.

„ Cod. membr. in fol. (lege in 4.) Arme-
„ norum charactere, & sermone, ab eodem
„ Gregorio Archiepiscopo accuratissime exa-
„ ratus, & optime conservatus. Constat pa-
„ ginis (*lege* foliis) 428. Adservatur in Plu-
„ teo I. notatus num. 13.

Ex recensione praedicti Reverendissimi Archiepiscopi Assemani in suo Catalogo p. 38. n. VII.

CODEX XIV.

מגלת אסתר

HISTORIA ESTHER.

„ 14. Liber Esther Ebr. MS. 16. sine pun-
„ ctis vocalibus, sed cum punctis
„ quibusdam, sive cornibus super voces. *Langius.*

„ XIV. Liber Ester Hebr. MS. in 16. *Catal. Montfauc.*

מגלת אסתר Meghilàt Estèr. *Volumen Esther.*

Cod. Hebr. membr. MS. eleganti charactere quadrato saec. circiter XIV. cum quibusdam lineis, seu apicibus super nonnullas literas adpositis, quos Hebraei תגין taghìn appellant in 16. Constat foliis 34. ab altera tantum parte exaratis; quod prius in volumen compactum fuerit, ut futurae signa indicare videntur.

CODEX XV.

עמנואל

EMANVEL.

„ 15. Sepher Hammachbaroth, liber con-
„ iunctionum, sive syntaxis & pro-
„ sodia Hebraica Mar Immanuel. Hebr. impr.
Langius.

„ XV. ספר המחברות *Liber Compositionum*
„ *Hebraicarum.* Operis Auctor *R. Emanuel ben*
„ *Salomonis* Beneventanus. Expositio in Pro-
„ verbia Salomonis. Hanc ille distinxit in
„ XXVIII. מחברות Compositiones, quibus E-
„ thicam omnem complectitur. Liber docto
„ Lectore dignus. Impressus in 4. *Catal. Montfaucon. ex autogr.*

Quum duo diversi Libri fuerint in hoc Codice simul compacti, quorum secundus ab aliis Bibliographis praetermittitur; hinc est, quod titulus exterius sic fuerat inscribendus ספר המחברות עמנואל ומשל הקדמוני & vertendus *Liber Compositionum Emanuelis, & Proverbium antiquum.* Itaque primus sic est recensendus.

I. ספר המחברות לכמ״ר עמנואל Sepher amachberòth lecmàr Gnimanuèl. *Liber Compositionum Doctoris Emanuelis.* Hoc opus continet Cantica XXVIII. amatoria praesertim, & de variis hominum deliciis, cum prosis eiusdem argumenti; scriptus est enim [ut Wolfius

fius refert Vol. I. pag. 951.] in Dialogi modum, „ in quo illius, qui prior loquitur, verba rhythmica, quadratis & punctatis literis, exprimuntur: sicut posterioris responsio, ut plurimum longior, rabbinicis, iisque non punctatis characteribus subiicitur: additque Buxtorfium „ Poemata illa laudare ab admirabili „ arte, eloquentia, elegantia, & doctrina, in „ quibus multa amatoria, & iocosa, atque adeo etiam scurrilia sint, ut a quibusdam Iudaeis ideo non magni fiat. Auctor est *R. Emanuel ben Salomonis Siphronaeus*, qui floruit A. M. 5001. C. 1241. & *Firmi* in Marca Anconitana vixisse fertur. Confuderunt nunnulli hunc *Emanuelem* cum *Emanuele Beneventano*: & hoc opus *Compositionum* XXVIII. in *Commentarium in proverbia Salomonis* transfuderunt, ut videre est in Wolfio loc. cit. atque sicut legitur in *Catal. Montfauc.* superius adlato. Item non bene a Langio appellatus fuit *Liber Coniunctionum, sive Syntaxis & Prosodia Ebraica*; quod fortasse acceperit hunc pro *Grammatica Hebraica*, quam praefatus Emmanuel Beneventanus edidit, & ab eo inscripta fuit לוית חן *Additamentum gratiae*, ex Proverb. I. 9 Liber hic impressus fuit *Brixiae* apud *Gerson ben Moysis Soncin.* A. M. 252. C. 1492. in 4. min. & haec editio est omnium antiquissima.

II. משל הקדמוי Mesciàl accadmonì. *Proverbium antiquum*. *Fabulae* & *Apologi*, una cum moralibus adfabulationibus & doctrinis: necnon cum figuris suis locis aptatis. Dividitur in quinque partes, in quarum I. agitur *de laudibus Intelligentiae* & *Cognitionis*: in II. *de Poenitentia*: in III *de Consilio*, & *Prudentia*: in IV. *de Humilitate*: & in V. *de Timore*. Opus est rhythmicum, & elegans, Auctore *R. Isaac ben Salomonis F. Sabolà*, seu *Sagolà*, qui obiit A. C. 1268. de quo v. Wolfium Vol I. pag. 693.

Liber Hebr. impr. *Constantinopoli*, charactere partim quadrato cum punctis, partim Rabbinico, A. M. 266. C. 1506. in 4. min. quae editio est omnium prima. In penultimo Codicis folio legitur *Alixandro de Cari revedetor*: & adparet adpositum fuisse sigillum in cera, quod postea decidit.

Cod. Hebr. chart. impr. ut supra in 4. min.

CODEX XVI.

תהלים

PSALTERIVM.

„ 16. PSalterium Ebr. impr. 16. *Langius*.

Eadem habet *Catal. Montfauc.*

תהלים Theillìm. *Psalmi*.

Codex Hebr. chart. impr. charactere quadrato cum punctis A. M. 254. C. 1494. *Brixiae* per *Gherson ben Moysis Soncin.* in 24. Huius editionis, omnium aliarum vetustissimae ac rarissimae, meminit Wolfius Vol. II. pag. 365. ubi ex verbis ibidem adlatis coniicitur, hoc Psalterium esse partem totius corporis Biblici.

CODEX XVII.

אברהם ספרדי

ABRAHAM HISPANVS.

„ 17. TRactatus Astronomicus *R. Abra-* „ *ham Chaia* Hispani Ebr. MS. 4. *Langius*.

„ XVII. צורת הארץ Figura Terrae. Tractatus Phisico-mathematicus de Caelo, Mundo, & Elementis, in x. Capita divisus. „ Pars ultima magni operis Astronomici insignis inter suos Mathematici *Abraham b Chaia*. „ Hic Tractatus nondum fuit impressus: sicuti nec alter de Musica: reliqui Latine, & „ Hebraice prodiere, *Basileae* 1546. in 4. Osualdo Schrekenfucosio interpr. Cod. MS. „ Inc. אמר אברהם הלוי הספרדי ברוך des. „ ברוב רחמיו וחסדיו אמן *Catal. Montfauc.* „ *ex autogr.*

Proprius huius Codicis titulus ex Operis Praefatione deducitur, in qua haec leguntur: חכמת הככבים Cochmàt accochavìm *Scientia siderum*: & est Tractatus Astronomicus, in x. capita distinctus: quorum I. agit *de forma Caeli, & Terrae*. II. *De forma sphaerarum, in quibus sunt sidera errantia: & de Solis itinere*. III. *De sphaera Lunae, eiusdemque itinere & mutatione*. IV. *De Eclypsi, & eiusdem causis*. V. *De quinque aliis Planetis*, quos *sidera confusionis* nominat, eo quod motus eorum modo velocior, modo tardior adpareat. VI. *De itinere retrogrado, quod adparet in dictis quinque planetis, & causa huiusce motus*. VII. *De situ stellarum in latitudine a rota septem stellarum, septentrionem, & meridiem versus*. VIII. *Quomodo sidera celentur ob Solis lucem*. IX. *De mensura Terrae, & de proportione sui corporis cum aliis sideribus*. X. *De controversia inter Astronomos super itinere stellarum fixarum, & numero earum, quae sunt ad Septentrionem & meridiem extra rotam Planetarum*. Auctor est *R. Abraham b. R. Chijà, vel Chaijà*, Hispanus, qui obiit A. M. 4865. C. vero 1105. secundum *R. David Ganz*. V. Wolfium vol. I. pag. 51. & seq. ubi haec refert: „ Pergrande „ opus de rebus Astronomicis MS. in B. Vatic. & in Colleg. Neophytorum Romae in „ fol. deinde addit. „ Forte hoc idem est „ cum Tract. Astronomico, qui sub nostri nomine in Catal. B. Medic. Plut. I. n. 17. MS. „ recensetur: At haec excerpta sunt ex Langii Catalogo, ut ex eiusdem verbis primo loco relatis, in huius Codicis descriptione manife-

stum

ftum fit. Inc. Opus אמר אברהם בר חייא הספרדי post quae verba in Dei laudes fese Auctor effundit, ac deinde inc. Praef. ואני פותח השער הזה Opus vero בענין החבור הזה או ענין שהוא def. כחלק אל טעמים רבים תלוי בדברי תורה יהי רצון &c. Poft haec alia recentiori manu addita fuerunt.

I. p. 78. Prima Euclidis propofitio. *Super datam rectam lineam terminatam triangulum aequilaterem conftituere*.

II. p 79. *Modus, feu regula inveniendi Planetam, qui alicui diei dominatur*; at finis defideratur.

In principio Codicis haec habentur nova manu adnotata היום הגיע לחלק כמ״ר משה מפירושה כשחלק עם נכדיו היום י״ב אוטו׳ יצ״ו ש״ו דוד בכמ״ר אברהם ז״ל דלטה h. e. „ Hodie „ pervenit in parte (hic liber) *R. Moifis de Perufia*, quando divifit cum nepotibus fuis hac die xii. Octob. A. 5306. [i.C. 1546.] *David ben Abraham de Lattà*. Fuit hic forte teftis, vel mediator divifionis. דלטה *De Latta* difficulter legitur; quod Scriptura admodum adtrita fit, Deinde haec alia fubfcriptio fubiicitur: „ והיום הזה י״ח פיברא׳ שכג הגיע זה הספר לכמ״ר שמואל יצ״ו מפירושה כשנחלקו הספרים בין שאר אחיו יצ״ו בפני אנכי שלמה יצ״ו מטורטונה „ Et hac die xviii. menfis Februarii A. 5323. [i.C.1563.] „ pervenit hic li- „ ber ad *R. Samuelem de Perufia*, quando li- „ bros diviferunt inter fratres coram me Sa- „ lomone de Tortona.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico perdifficili, cum quibufdam figuris Aftronomicis, & fcholiis ad marginem, faec. xiv. in 4. min. Conftat foliis 80.

CODEX XVIII.

כתובים

PSALTERIVM ET PROVERBIA.

„ 18. PSalmi, Prov. Iob & Daniel, impr. „ 16. *Langius*.

„ XVIII. Pfalmorum liber, Proverbia, Iob „ & Daniel Cod Hebr. impreffus Venetiis A. „ M. 5298. in 16. *Catal. Montfauc. ex autogr:* Titulus exterior reponendus.

כתובים ששה Chetuvìm fcifcià *Agiographi fex* duarum diverfarum editionum.

I. ספר תהלים Sepher Theillìm, *Liber Pfalmorum*. impreffus A. M 304. C. 1544. in aedibus *Danielis Bombergii*. Haec editio reticetur a Wolfio vol. II. p. 402. In hoc noftro exemplari fex folia manu fuppleta fuerunt, a medio fcilicet Pfalmo 68. ufque ad penultimum verfum Pfalmi *69*.

II. ספר משלי Sepher miscle, *Liber Proverbiorum*.

Haec dicitur impreffio tertia apud Principem *Danielem Bombergium*, & correcta per Grammaticum *R. Eliam Levì* in menfe *Adar* (i. *Februario*) A. M. 298. C. 1538. *Venetiis*.

III. שיר השירים Scir afcirìm, *Canticum Canticorum*.

IV. קהלת Coëleth, *Ecclefiaftes*. Hi duo libri praetermittuntur in Catalogis *Langiano*, & *Montfauconiano*.

V. & VI. איוב ודניאל, Ijòb ve-Danièl *Iob & Daniel*.

Impreffi *Venetiis* in aedibus Principis *Danielis Bombergii*, & correcti manu *R. Eliae Levì* Germani Grammatici A. M. 298. C. 1538.

Cod. Hebr. chart. impr. ubi fupra charactere quadrato cum punctis in 16.

CODEX XIX.

אבן חסדאי

ABEN CHASDAI.

„ 19. ABrah. ben Chafdài Levita MS. 4. „ lib. peculiar. *Langius*.

„ XIX. מאמר בן המלך והנזיר Dialogus „ filii regis & Nazir, e Graeco in Arabicum „ olim converfum. Hebraicum fecit *Abraham* „ *ben Chafdai* Archirabbinus Barcinonenfis. „ Liber ethicus, & Graeca fapientia dignus. „ Cod. Hebr. literis peculiaribus in 4. *Catal.* „ *Montfauc. ex autogr.*

בן המלך והנזיר Ben Amelech veanazìr. *Filius Regis & Nazaraeus*. Eft Dialogus, feu Colloquia, & Difputationes inter filium Regis (Indiarum, & Nazaraeum, h. e. virum religiofum) de moribus & timore Dei, profa & rhythmo eleganter exaratae, ac parabolis refertae. Hoc opus primum Graece, incerto, fed docto Auctore, elaboratum fuit, deinde in Arabicam linguam converfum, incerto item Interprete: poftremo in Hebraicam translatum a *R. Abraham bar Chafdai* Archirabbino Barcinonenfi, qui floruit prope finem xii. faeculi. V. Wolfium vol. 1. p. 58. & feq. ubi fub num. 5. refert huiufmet operis aliud exemplar, hoc eodem Pluteo repofitum n. 28. de quo fuo loco dicemus. Praefens vero exemplar MS. male ibi commemoratur fub num. 4. ubi eiufdem Interpretis expenditur verfio libri, cuius titulus מאזני צדק *Lances iuftitiae*: de quo libro Pl. II. C. 22. loquemur, & quem credidit Wolfius effe idem opus ac praefentem Dialogum, a *Langii* Catalogo deceptus: qui etfi habeat de hoc noftro p. 136. quae fupra primo loco retulimus in huius Codicis defcriptione; attamen ipfe Wolfius dubitavit, haec fubiungens: „ eiufdem [i. *R. Abraham bar Chaf-* „ *dai*] liber peculiaris, nefcio quis MS. memoratur. Sciendum itaque eft, *Langium* appellaffe hunc librum *peculiarem*, quod ad formam characteris, quo fuit ab Amanuenfe exaratus; eft enim Scriptura, quae vel a peri-

ritissimis Hebraeorum difficulter legitur. Inc. אמר אברהם בן חסדאי הלוי ראיתי בני עליה des. וישאר בן המלך In fine alia manu repositum fuit *Fragmentum Commentarii aben Ezrae in Exodum*, ad ea verba cap. XIX. v. 20. *Descenditque Deus super Montem Sinai*.

Cod. Hebr. chart. & membr. [primum enim, & ultimum folium cuiusque quaternionis est ex membrana, ut melius charta servetur, quod in multis Codd. MSS. factum cernitur] MS. charactere rabbinico peculiari, saec. XIV. in 4. min. Constat foliis 93.

CODEX XX.

מגלת אסתר

HISTOR. ESTHER.

„ 20. LIber Esther Ebr. optime scriptus, „ sed sine punctis vocalibus in 4. „ sive 8. oblongo. *Langius*.

„ XX. מגלת אסתר. Historia Esther. Cod. „ Hebr. MS. optimus sine punctis vocalibus. „ in 4. seu in 8. oblongo. *Catal. Montfauc.*

מגלת אסתר Meghilàt Esthèr. *Volumen Esther*.

Cod. Hebr: membr. ac picturis malorum granatorum cum frondibus in unaquaque pagina circum circa, praeterquam in margine inferiori exornatus. MS. optimae notae, saec. circiter XVI. charactere quadrato sine punctis vocalibus, in 8. oblongo. Constat foliis 10. ab una tantum parte exaratis; quod prius in volumen compactum fuerit, ut supra diximus in recensione Codicis XIV.

CODEX XXI.

אבן עזרא על התורה

ABRAHAM EZRA.

„ 21. COmment. in Comment. Aben Ez- „ rae in legem *R. Samuelis Mo-* „ *thòth* Ebr. impr. in 4. *Langius*.

„ XXI. Commentarius in Commentarium „ *Aben Ezrae* Iudaei in Legem *R. Samuelis Mo-* „ *thòth* Cod. Hebr. impr. nitide *Venetiis* anno „ min. supput. 314. apud Bombergum in 4. ma- „ iori. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Titulus exterior sic explicandus: *Aben Ezra in legem*; interior vero sic se habet. פירוש על פירוש החכם רבי אברהם אבן עזרא ז״ל בפירוש חמשה חומשי תורה Pirùsc ngal Pirùsc achacàm Rabbì Abraham Aben ngezrà zazàl bepirùsc chamiscià chomascè Torà. *Commentarius in Commentarium Doctoris R. Abraham F. Ezrae, requiescat, in Commentario Pentateuchi*. Addita sunt scholia nonnulla in margine, ad Genesim tantum. Alio titulo insignitur hoc opusculum, ut in fine praefationis notatur, videlicet:

מגלת סתרים Meghilàth setarìm *Volumen occultorum*: ex eo sic nuncupatum, quod obscuriora loca Commentarii *Aben Ezrae* inlustrentur. Auctor est *R. Samuel Metoth*, de quo v. Wolfium vol. I. p. 1111.

Cod. Hebr. chart. impr. *Venetiis* charactere Rabbinico, cum quibusdam scholiis MSS. in margine in principio, A. M. 314. C. 1554. in aedibus Dom. D. *Aloysii Bragadini* F. D. D. *Petri*, in 4. Et haec est unica huiusce libri impressio, ni fallor.

CODEX XXII.

איידיאו נצרי

AEGIDIUS CHRISTIANVS.

„ 22. TRactat. Ebr. sine nomine (Inscr. „ *Aegidium Christianum* nominat: „ nescio quo fundamento) MS. 4. Ebr. in eod. „ vol. bini tractatus *R. Iuda ben Moseh*: primus „ De Anima: alter Commentarius in Historiam „ Creationis. MS. in 4. Ebr. *Langius*.

„ XXII. Tractatus Philosophici de Accidente, de Oppositis, de Imagine, quae adparet in speculo, opus cuiusdam *Fratris Germani*, cuius nomen non indicatur. His nectuntur alii, *Aegidio* inscripti: primus de Divisione Praedicamentorum: alter de regimine mulierum physicus. Ad haec Tractatus prolixus eiusdem; cuius titulus מעשה בראשית *Historia Genesis*, in quo de Causa prima, de Anima rationali, & eiusdem operationibus & habitibus: hinc de ipsius elevatione ad cognitionem supernaturalem, ubi de Prophetia: qua occasione explicantur quamplurimae visiones Prophetarum, praecipue Moysis, Isaiae, Zachariae, Manue, patris Sansonis. Haec ultima fere sunt *R. Iudae F. Moysis, F. Danielis*; qui supradictos Tractatus collegit, & Hebraice edidit. Cod. Hebr. MS. eleganter, in 4. Inc. כתב אבן סינא des. ביארנו באשר נקנה ואינו „ *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Quae in hoc Codice continentur, sic enarrantur ex ordine.

I. pag. 1. Tractatus brevis philosophicus absque titulo: est autem Elucidatio seu Explanatio Tractatus de Accidente, & Substantia, de Contrariis, & Relativis, ex *Avicenna*, *Averroë* & aliis. Auctoris nomen non adparet. Inc. כתב אבן סינא des. בבר התבאר זה תכלית הביאור

II. p. 2. b. מאמר הצורה הנחקקת במראה חיבור האח הנכבד האשכנזי העתקת הפילוסוף המובהק

המובהק ר׳ יהודה בר׳ משה בר׳ דניאל נע׳ Maamàr azzurà annechkheket bamarhà chibbùr Aàch Anichbàd Aafcchenazì angthakàt appilosòph amuvàk R. Iehudà bar R. Mosè bar R. Daniel Nang. *Tractatus de imagine, quae adparet in speculo, opus nobilis Fratris Teutonici conversum a philosopho practico R. Iuda F. R. Moysis F. R. Danielis requiescat.* In fine dicitur, hunc fratrem indutum fuisse habitu lineo, sc. albo. Hic autem Frater forte est Fr. Aegidius, de quo infra, & in sequenti Pl. II. Cod. VI. n. III. Inc. נבקש בקשה def. לקטנותו או למעוטו.

III. p. 7. מאמר מעשיי לאיידיאוס בהנהגת הנשים Maamàr mangasli leiidios beanhagàth annascìm. *Tractatus practicus Aegidii de regimine mulierum.* Inc. על תכונות שלש def. מגלות סודות הבעלים בקלות

IV. p. 7. b. מאמר הגיוני לאיידיוס בספר הכל בהבדל ההצטרפות מהמאמרות האחרים Maamàr eghionì leiidios besepher accòl beebdèl aiztarephùt meamaamaròth aacherìm. *Tractatus Logicus Aegidii in libro totius de differentia relativorum ad alia.* Inc. ההצטרפות נבדל מהמאמרות def. וזה רצינו ביאורו

V. p. 8. וזהו מאמר תשבורי לאיאידיאו על תכונת ספק Zeù maamàr tafcborì leeiidio ngal techunàt saphèc, *Tractatus Geometricus Aegidii super quadam quaestione dubia.* Versatur circa proportionem Circuli & Anguli. Inc. יחס חמשה אל ארבעה def. אולי יספק

VI. ביאור אחד על הכנפים Biur echàd ngal achenaphaim *Illustratio una super alas, vel Expositio alarum*, sc. quatuor animalium visionis Ezechielis Prophetae. Initium est idem titulus, def. והמשכיל יבין

VII. p. 11. מאמר קצר בחכמה נפשית חיבור החכם איידיוס העתקתי אני יהודה בכ״ר משה נע׳ בר דניאל נבת״א Maamàr cazèr bechochmà naphscìt chibbùr achachàm Eiidios engthakthi anì Iehudà bechàr Mosè Nang bar R. Daniel Navtoia. *Tractatus brevis Scientiae Animae, opus Doctoris Aegidii, traduxi ego Iudas quondam Moysis filii Danielis. Anima eius in bonis pernoctabit, & semen eius hereditabit terram, ex* Psal. XXIV. Hebr. XXV. 13. In hoc Tractatu primo loco differitur de Animae potentiis; deinde ex hoc argumento proceditur ad explicanda varia Divinae Scripturae loca, videlicet I. illud Proverbiorum cap. VIII. 12. *Ego sapientia habito in consiliis.* II. Illud Isaiae *Vidi Dominum sedentem* &c. III. Quatuor Currus Zachariae. IV. Visionem duarum mulierum, eiusdem Zachariae. V. Visionem Spiritus Naboth, ex cap. XXII. 19. & seq lib. III Regum. VI. Orationem Habacuch, ex cap. III. eiusdem Prophetae. VII. Illud Geneseos cap. XI. I. *Erat autem terra labii unius.* VIII. Illud Zachariae cap. IV. 2. *Vidi & ecce Candelabrum aureum.* IX. Psalmum CXXX. *Domine non est exaltatum cor meum*, &c. X. versus 2. & 3. Psalmi XV. *Dixi Domino, Deus meus es tu.* XI. Versus IX. Lib. IV. Regum de raptu Eliae: *Postula quodvis, ut faciam tibi.* XII. A versu I. ad totum 17. Cap. XXIV. Lib. II. Regum. XIII. Versum I. Psal. XLIX. *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram.* XIV. Versum 16. Psal. LXX. *Introibo in potentias Domini*, &c. XV. A versu I. ad totum 6. Cap. XXX. Proverbiorum: *Verba congregantis filii vomentis*, &c. XVI. Psal. CIX. *Dixit Dominus Domino meo*, XVII. Caput XIII. Iudicum de Genitoribus Sansonis. XVIII. Versum V. Cap. I. Ieremiae: *Priusquam te formarem in utero*, &c. Post haec revertitur ad argumentum, agitque de motu corporis, ut a voluntate procedente. Notandum, quod fere super unoquoque Scripturae loco plures adferuntur explicationes. Inc. אמר יהודה המעתיק אמר החכם המחבר def. לבקשת חבורנו deinde subditur נשלם המאמר הקצר בחכמה הנפשית תהילה ליוצר בראשית h. e. *Explicit Tractatus brevis scientiae Animae. Laus Creatori Mundi.*

VIII. p. 43. ביאור מעשה בראשית שחיבר החכם ר׳ יהודה בכמ״ר משה ז״ל הפילוסוף האלוהי Biùr magnasè Berescìth, scechibbèr achachàm R. Ieudà bichmàr Mosè zal appilosòph aeloì. *Expositio operis Geneseos composita a Doctore R. Iuda filio R. Mosis* [*cuius memoria ad benedictionem*] *philosopho divino* [h. e. *metaphysico*] Inc. להיות חבור ספר אחד def. ואכל וחי לעולם Haec duo Opera utpote a *Langio* indicata, enunciantur a Wolfio Vol. I. pag. 448. n. 4.

IX. p. 68. ספר העלות sepher angilòth. *Liber de Causis*; ubi de Animae operationibus, & hominis intellectione & aliis id genus. Compendium est Ontologiae, seu primae partis metaphysicae; cuius Auctor est idem *Aegidius* ac ipse R. *Iudas* Interpres. Inc Praef. כל סבה ראשונה Opus vero עת בחצר המלך def. כאשר ביארנו Post finem huius opusculi in medio paginae ab eodem Amanuense reposita fuerunt haec verba תמה העתקת דברי גור אריה יהודה תהלה לאלהים נודע ביהודה h. e. *Explicit translatio huius libri, cuius titulus est*: Verba Catuli Leonis Iudae. *Laus Deo noto in Iudaea.*

Cod. Hebr. MS. eleganter charactere Rabbinico, saec. XV. in 4. min. Constat foliis 78. inter quae folia 9. 10. & 42. vacua sunt.

CODEX XXIII.

PSALTERIVM CHALDAEVM.

„ 23. Psalterium Arab. MS. 8. Arabice.
„ Versus finem quaedam desunt.
Langius.

„ XXIII. Psalterium Arabicum (Titulus
„ exterior corrigendus, qui *Chaldaicum* habet)
„ editionis Melchitarum, nempe Christianorum
„ Syrorum, qui in utraque *Phoenicia* sunt, &
„ ritum Graecum sequuntur. Hanc adorna-
„ vit *Theodulus Aben Alfat. El.* Diaconus An-
„ tiochenus quingentis ab hinc annis, eius-

que

„ que autographum extat manu eiusdem Theo-
„ duli exaratum Damasci in Syria. Cum tex-
„ tu LXX. fere concordat. Adiecta ad haec
„ Cantica decem veteris, & novi Testamenti.
„ Hoc additamentum habes fere in omnibus
„ Psalteriis orientalium Syriaco, Arabico, E-
„ thiopico, & Armenico.

„ Codex Arabicus MS. in 8. & in eo non-
„ nulla circa finem desiderantur.

Catal. Montfaucon. ex autogr. at haec recensio facta fuit a Cl. V. *Petro Ambarachio*, (i. *Benedicto* Maronita.)

„ Codex Psalmorum Davidis, Editionis Sy-
„ ro-Graecorum, quos Melchitas, idest *Im-*
„ *periales*, vocant, ex eo potissimum, quia
„ Constantinopoleos Imperatoribus obsequen-
„ tes, sub Patriarchis Graecis, Antiocheno, &
„ Hierosolymitano in utraque Phoenicia, &
„ in Palaestina, ubi commorantur, ad haec
„ usque tempora Graecorum schisma, dog-
„ mata, & ritus Arabico idiomate profiten-
„ tur.

„ Editio autem Syro-Graecorum, seu Mel-
„ chitarum, cuius est Liber praefatus Psal-
„ morum, cum textu, & versione septuagin-
„ ta Interpretum concordat. Eius auctor cen-
„ setur *Abdalla Ben Alphadl* Diaconus Archiep.
„ *Abdallae* filius, Syro-Melchita, qui ante sae-
„ culum Christi XII. Antiochiae claruit, mul-
„ tosque libros e Graeco Arabicos fecit.

„ Praeter Psalmos C. & L. legitur in fine
„ Codicis Psalmus extra numerum Arabicae
„ versionis, qui incipit: *Parvus eram*, & de-
„ finit: *Abstulisti ignominiam a filiis Israel*.

„ Ad calcem adiecta sunt Cantica Moysis
„ II. Annae matris Samuelis Prophetae I.
„ Habacuc Prophetae I. Isaiae Prophetae I.
„ Ionae Prophetae I. Canticum trium Puero-
„ rum, quod incipit: *Benedictus, es Domine*.
„ Alterum trium Puerorum, quod incipit: *Be-*
„ *nedicite omnia opera Domini*: & Canticum
„ *Deiparae Virginis Mariae*.

„ Codex Bombycinus in 4. minori, Arabi-
„ cis literis, & sermone, eleganter scriptus, &
„ optime conservatus.

Constat paginis 204. Adservatur in plut. I. notatus num. 23.

Ex recensione Reverendissimi Stephani Evodii Assemani in suo Catal. pag. 37. num. V.

Cod. Arab. Bombyc. MS. saec. XIV. ut principio (forte ab supradicto Ambarachio) adnotatum fuit. Constat autem foliis, non paginis, 204. & est in 8.

CODEX XXIV.

מגלת אסתר

HISTORIA ESTHER.

„ 24. LIber Esther MS. in 4. Multa de-
„ sunt. *Langius*.

„ XXIV. מגלת אסתר *Liber Esther*. Codex
„ Ebr. MS. in 4. in quo plurima exciderunt.
Catal. Montfauc. ex autogr.

מגלת אסתר Meghilàth Esthèr *Volumen Esther*. Cod. Hebr. Coriaceus MS. saec. circiter XIII. charactere quadrato sine punctis in 4. Constat foliis 26. ab una tantum parte exaratis, sicuti superiores Codices XIX. & XX. Priora tria folia sunt membranacea, recentiori manu scripta: in reliquis foliis adiecti sunt margines itidem ex membrana, suppletis nova manu nonnullis locis in foliis rescissis: in quibusdam vero valde obsoletis aliqui characteres ad latera desiderantur. De hoc insigni Codice mentionem facit *Mabillonius* in suo Museo, seu Itinerario Italico T. I. pag. 167. his verbis:
„ Unus Codex ex corio antiquissimus ibidem
„ extat, continens librum Esther, Hebraice
„ sine punctis scriptum, absque scriptura in
„ adversa foliorum parte.

CODEX XXV.

PSALTERIUM DAVID ET CANTICA SALOMONIS CHALDAEIS CHARACTERIBUS EXARATA.

„ 25. PSalt. Aethiopicum, quod *Ioh. Pot-*
„ *ken* (qui illum edidit) Chaldai-
„ cum vocat, sed plane Aethiopicum est, ea
„ nempe lingua conscriptum, qua Abissini in
„ sacris utuntur, quae quamvis aliqua ratione
„ cum Chaldaica conveniat, alia tamen lin-
„ gua est. Impr. fol. *Langius*.

„ XXV. Psalterium Aethiopicum, quod
„ *Iohannes Potken*, qui illud edidit, Chaldai-
„ cum vocat, sed male; nam, etsi lingua Ae-
„ thiopica cum Chaldaica conveniat, alia ta-
„ men extat, ab eadem magis diversa, quam
„ Hebraica, aut Arabica. *Catal. Montfauc.*

Titulus exterius primo loco immutandus est, ac reponendus: PSALTERIVM DAVID, ET CANTICA VETERIS, ET NOVI TESTAMENTI, LINGVA AETHIOPICA; cum Epistola nuncupatoria, seu Praefatione *Iohannis Potken*, *Praepositi Ecclesiae S. Georgii Colonien. peregrinarum literarum studiosis*, in qua dicitur, characteres Aethiopicos esse Chaldaeos: contra quam sententiam iudicium *Langii* superius adlatum esto. Insuper de hac re audiendus est etiam Cl. Vir Iosephus Pasinus, qui in polemica Dissertatione *De praecipuis SS. Bibliorum linguis, & versionibus*, in Capite, quod inscribitur *De lingua Aethiopica, & versionibus Aethiopicis paragrapho* VII. haec habet „ Illud e-
„ tiam adnotandum est cum Simeone de Muis,
„ (Hist. Crit. libr. 2. c. 16.) linguam versionis
„ Aethiopicae a familiari sermone, quo u-
„ tuntur Aethiopes, multum discrepare. Anti-

„ tiquo enim idiomate, quod Chaldaico valde „ affine, exarata eſt. Quamobrem nemini ad „ intelligentiam huius verſionis patet aditus, „ niſi qui prius Chaldaica lingua mediocriter „ fuerit inſtructus. Cantica autem, quae continentur in hoc libro, quindecim ſunt; praeter enim ea, quae ſuperius in Cod. XXIII. recenſuimus, adduntur ſequentia, videlicet *Canticum Ezechiae. Oratio Manaſſae, Cantica Danielis, Zachariae, Simeonis, & Deuteronomii* ex cap XXII. *Audite caeli* &c. Hoc vero Canticum dividitur in duo; ſecundum incipit ab illis verbis; *Ignis ſuccenſus eſt*. Poſt haec alia ipſius *Potken* ponitur Epiſtola ad ſtudioſos, in qua adfirmat, peregrinorum ex Aethiopia teſtimonio confirmatum ſibi fuiſſe, litteras has Chaldaeas eſſe: & illos populos non habere regulas grammaticales. Demum addit *Alphabetum*, ſeu potius *Syllabarium litterarum Chaldaearum*, cum quibuſdam regulis, pro ratione legendi, quibus ſubiiciuntur Chaldaeorum numeri.

Cod. Aethiop. chart. impr. characteribus Aethiopicis quadratis, nigris & rubris, & cum Davidis effigie, cythara pſallentis, in ligno inciſa rubri item coloris, ſub libri fronte. Nota vero editionis, poſt enunciatam ſecundam Epiſtolam haec eſt: *Impreſſum eſt opuſculum hoc ingenio & impenſis Ioannis Potken Praepoſiti Eccleſiae S. Georgii Colonien. Romae per Marcellum Silber alias Frack: & finitum die ultima Iunii Anno ſalutis* MDXIII. in 4. min.

CODEX XXVI.

אבוחמד אלגזיל

A L G A Z E L U S.

„ 26. ABuachmar, vel Abuchamar, quem „ *Algazel* inſcriptio vocat, Var, „ Philoſoph. MS. Ebr. 4. *Langius*.

„ XXVI. אבו אחמד *Abu Achmad*, in Ana- „ lytica Ariſtotelis, interprete *R. Moyſe ben* „ *Tabbun*, ut indicat aliud Manuſcriptum a „ *Plantavitio* notatum in Bibliotheca Medicea „ de Vrbe; etſi loco *Abu Achmad*, *Abu Cha-* „ *mad* legat; ſed idem omnino eſt, ut aperte „ ex noſtro Codice colligitur, in quo utroque „ modo appellandum invenio. Arabes tamen „ conſtanter *Abu Achmad* dicunt, quos nos „ ſecuti ſumus. Hic eſt celebris ille *Algaze-* „ *lus*, inter doctos Arabas inſignis, qui plu- „ rima alia ſcripſit Arabice, quae deinde He- „ braicam & Latinam civitatem meruerunt, „ ut videre eſt inferius. Sequitur alius Arabs „ *Aben Raſciad*, vulgo Averroës, in *Porphy-* „ *rii* Iſagogen, & Chategorias *Ariſtotelis*; ſed „ & in libros Perihermenéas, Anonymo in- „ terprete, ac etiam in libros Topicorum, quos „ a quodam Hiſpano in Etruria Hebraicos fa- „ ctos fuiſſe notavit *Bartoloccius*, & quos deinde „ vertit in Latinum *Abraham* ..... de .... „ ex quo hic multa adnotata invenies. Re- „ dit *Abu Achmad De Anima vegetativa* (in- „ quit titulus) *ſenſitiva & humana*, Tracta- „ tus prolixus philoſophicus. Huic nectitur „ *Diſputatio de unitate Dei*, in qua Chriſtia- „ nos mordet Auctor *R. Samuel ben Tibbun*. „ Cui ſubiungitur libellus *De reſurrectione* „ *mortuorum*, ſine nomine Auctoris; ſed eſt „ *R. Moyſes Aegyptius*, eodem *Samuele* inter- „ prete ex Arabico in Hebraicum. Codex „ in 4 in papyro, charactere parum eleganti. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Codex hic, qui faſciculus potius dicendus eſt; ex pluribus enim opuſculis, & ſchedis conſarcinatus, ac male compactus fuit, hoc titulo inſigniri poterit:

COLLECTIO DIVERSARVM RERVM PHILOSOPHICARVM ET MORALIVM: & ſic deſcribendus videtur.

I. p. 1. המאמר בחמר ההקש Amaamàr becòmer aechèſc. *Tractatus materiae logicalis*: eſt autem Commentarius in Analytica Ariſtotelis. Auctor eſt *Abuamed* ſeu *Abu Chamed Algazelus*, ſcriptor Arabs in Ariſtotelem: & eius operum in Hebraicam linguam interpres fuit *R. Moyſes ben Tibbon*. De primo Auct. v. Wolfium Vol. I. p. 7. n. 16. de ſecundo p. 900. & ſeqq. Inc. חמר ההקש def. כפי מה שהם

In medio huius Tractatus tres paginae ſine ſcriptura remanſerunt.

II. p. 13 אמר בן רשד הכונה במאמר זה באור מה שכללו ספר פורפיריאוס כמבא אל חכמת הדבר Amàr Ben Raſciàd accavanà bemaamàr ze biùr ma-ſcechalelò ſepher Porphirios chemavò el Chochmàth addavàr. *Dixit Averroes intentionem in hoc Tractatu, & expoſitionem eorum, quae continet liber Porphyrii; introductio ad ſcientiam diſcurſus*, Quae verba nil aliud exprimunt, quam Averrois *Commentarium in Porphyrii Iſagogen*: & ea ipſa verba initium ſunt operis; finis vero ואין זה מקום דברים אילו Interpres forte eſt idem *R. Moyſes ben Tibbon*.

III. p. 25 ספר המאמרות ſepher ammaamaròth. *Liber ſententiarum*. Agitur in eo de Diſcurſu, de Praedicamentis, & de Univerſali. Auctor & Interpres fortaſſis iidem ſunt. Inc. הכונה במאמר זה Finis deſideratur; at haec ſunt ultima verba מצד המשיכה והדחייה

IV. p. 39. כונת איוב וחביריו Cavanàt Iòb vechaveràv. *Opinio Iob & ſociorum eius, ſuper Divina Providentia*. Auct. Anonymo.

V. p 42. מאמר על שיתא אלפי הוי עלמא וחד חרוב Maamàr ñgal ſcità alphè (i. ſcenîn) avè ñgalmà vechàd charùb. *Explicatio de ſex millibus (i. annis) quibus duraturus eſt Mundus: & de mille, quibus erit deſolatus*: & haec eſt ſententia *R Eliae*, relata in Thalmud Cod. Sanhedrin. cap. XI. Inc. אם נפשי def. צדקות ה׳

VI. p. 43. b. Epiſtola ſine titulo, in qua diſſeritur de Deo, qui non eſt artifex, ſicuti v. gr. faber ferrarius, cuius opus permane-

re

re poteſt abſque ſuo artifice : deinde agitur de Animae attributis. Auct. Anonymo. Inc. שמע מני def. בזה העניין

VII. p. 44. Explicatio in illud Levitici cap. xvi. 7. *Deus hircos ſtare faciet coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonii*. Auct. Anonymo. Inc. למה צותה התורה def. צדיק מצרה נחלץ

VIII. p. 45. ביאור על מאמר המצטרף בספר המאמרות Biùr ñgal maamàr ammiſtarèph beſepher ammaamaròth. *Expoſitio opinionis relativorum in libro ſententiarum*. Auct. Anonymo. Inc. יסוד הבנות def. דע שהדברים

IX. p. 46. Expoſitio brevis ſuper ſententia miſcnica allata in Aboth cap. iii. §. 17. de recto diſcurſu. Auct. Anonymo. Inc. אם אין דעת def. וזו נק' בינה

X. pag. 46. b. ביאור על עניין הנסיון Biùr ñgal ñginiàn anniſſaiòn. *Expoſitio de cauſa experimenti*, ſubintellige *divini* circa homines iuſtos, & eorum libertatem ad agendum. Auctore Anonymo. Inc. פירש הרב def. אין צריך לבאר

XI. p. 47. b. מאמרים נכבדים מן ספר מלחמות ה' Maamarìm nichbadìm min ſepher Milchamòth Aſcèm. *Sententiae nobiles ex libro Bellorum Dei*. Collectore Anonymo. Inc. המושכל והוא אשר יקרא שכל def. הוא על ג' פנים Praemittuntur aliae duae ſententiae ex eodem libro.

XII. p. 51. ספר מליצה Sepher melizzà. *Liber diſcurſus rationalis*. Continet ſummulas ex Averroë. Auct. Anonymo. Inc. וראוי שנדע def. הנושא בהם

XIII. p. 75. Tractatus philoſophicus abſque titulo, ac principio & fine carens. Eſt autem in tres partes diviſus : quarum prima (in qua agitur de rebus philoſophicis circa divinam Scripturam) incipit a cap. xxix. & deſinit in xxxv. ſecunda, quae eſt completa, x. tantum capita continet. Tertia, quae quamvis viii. capitibus conſtare dicitur, v. tamen conſtat cum ſexti principio, & quarti (cuius initium eſt hic p. 104. b.) reliquum invenies p. 210. & ibi enunciatur ſub num. xxix. Verum in his duabus partibus agitur de Logica parva ex Averroë, Avicenna, & aliis : & eſt quidem fragmentum Commentarii philoſophici R. *Moyſis Narbonenſis*, ex eo forte, quod elaboraverit in Morè hannevochìm; adparet enim huius Auctoris nomen ex notula quadam in margine adpoſita ad caput xxxiii. Partis I. v. de eo Wolfium Vol. I. p. 882. ubi ipſum ſcripſiſſe in *Algazelis* Logicam commemoratur: itemque Vol. IV. p. 802. n. 1606. ubi videtur hoc opuſculum denuntiari. Inc. ודע זה def. מהם קניינים

XIV. p. 106. כללים מה מספר המבוא Chelalìm mà miſſepher ammavòh. *Quaedam regulae libri introductionis*. Sunt autem in Porphyrii Iſagogen, Auct. Anonymo. Inc. דע שאי איפשר def. אין להם עמידה

XV. p. 116. b. Fragmentum de propoſitionibus contrariis, ex libro *Michlòl Iòphi* Auct. Anonymo. Inc. בספר מכלל יופי def. ולא מחומר אפשרי

XVI. p. 117. *Tractatus parvus in decem praedicamenta*. Auct. Anonymo. Inc. בבאור המאמרות def. הקבלת ההפכים

XVII. p. 118. b. *Definitiones & ſententiae phyſicae, morales, & geometricae*. Auct. Anonymo. Inc. החמר עצם בפועל def. בלתי מתחלק

XVIII. p. 120. *Rhitmus in laudem libri Morè Nevuchìm*. Auct. Anonymo. Inc. קרוב מאד האל לכל קורא def. ולשונם תהלך בארץ

XIX. p. 120. b. ביאורים לכמהר' עמנואל ז"ל Biurìm lichmaàr Ngimanuèl zal. *Explicationes R. Emanuelis bonae memoriae*. Sunt autem capita x. non completa, in varia Scripturae loca, & in Rabbinorum ſententias. Auct. R. *Emanuele*. In fine additur : Explicatio quaedam grammaticalis in nomen *ſolus* ex v. 13. cap. xxiii. Iob. Inc. חננו מאתך def. מי ישיבנו מהסכמותו.

XX. p. 127. *Tractatus Rhethoricae & Logicae*. Auctore Anonymo. Inc. ההגיון הוא כלי החכמות def. כל אדם חי

XXI. p. 141. b. *Tractatus Phyſicus*, praevio quodam fragmento logicali, in duos libros diſtinctus. Secundus, in quo agitur de Caelo & Mundo, ac de aliis rebus naturalibus. Fine caret. Auct. Anonymo. Inc. ארסטו יזכיר def על האופן שלנו

XXII. p. 164. *Dicta quaedam de rebus phyſicis* ex *Abuchamad*, ſc. *Algazelo* : & excerpta e ſacra Scriptura, ex R. *Moyſe F. Ioſuae Narbonenſi*. Dicta ex *Algazelo* ſequuntur inferius in p. 176. Collectore Anonymo. Inc. ירוע הוא def. ושמרו דרך ה'

XXIII. p. 165. *Tractatus de Anima vegetativa, ſenſitiva, & rationali*, ex *Algazelo*. Finis deſideratur. Inc. אמר אבוחמד def. הנה כל

XXIV. p. 176. *Sequentia dictorum Algazeli*, quae ſuperius relata ſunt in p. 164.

XXV. p. 178. *Fragmenta quaedam Philoſophiae, & notabilia de rebus naturalibus* Auctore Anonymo inc. כי המדות def. אמה האחד

XXVI. p. 181. *Tractatus Logicalis de argumentis, & eorum terminis*, in vii. capita diſtributus. Auct. Anonymo. Inc. ההקש הוא מאמר def. אשר אחד Fine caret.

XXVII. p. 193. *Tractatus Logicus, & Phyſicus ex Averroë*, Auct. Anonymo. Folium 197. vacuum eſt, ſed nihil deeſt. Inc. אמר הכלל def. מספיקים אלא

XXVIII. p. 205. *Inſtitutio diſcipuli circa rationem ſtudiorum, & praecipue Logicalium, Phyſicorum, & Theologalium*. Auct. Anonymo. Inc. וכשיגיע התלמיד def. מעשה בראשית

XXIX. p. 210. Reliquum capitis iv. &c. quod ſupra in num. xiii. adnuimus, huc fuiſſe translatum. Deſinit autem in pag. 213. b. deinde quatuor quae ſequuntur folia, vacua ſuperſunt.

XXX. p. 218. אגרת תחית המתים Ighereth Thechiàt amethìm. *Epiſtola de Reſurrectione mortuorum*. Titulus legitur in fine. Auct. *R. Moyſe de Aegypto*, ex Arabico in Hebraicum converſa a *R. Samuele ben Tibon*. *R. Moyſe* di-

versimode nuncupatur; quod fuerit *Maimon* filius. *Maimonides*: a loco commorationis, *Aegyptius*: a patria, Cordubensis, ac per compendium literarum *Rambàm* dictus fuit. Ortus est *Cordubae* in Hispania A. M. 4891. C. 1131. A nonnullis etiam vocatus fuit מורה *Morè*, i. e. *Doctor* tum a doctrina, tum a libri *Morè Nevochim* titulo (de quo Cod. XII. & XV. plutei III. loquendum erit) ut refert Wolfius, qui de eo, eiusque multis operibus agit Vol. I. pag. 834. & seqq. de hoc vero opusculo, Vol. III. p. 771. & seqq. ac pag. 860. *R.* autem *Samuel ben Iehuda aben Tibbon* fuit Granatensis Hispanus, floruitque eodem tempore cum *Maimonide*; eiusdemque nonnulla scripta ex Arabica in Hebraicam linguam traduxit. De eo idem Wolfius Vol. I. p. 1098. & seqq. & Vol. III. p. 1099. seq. Haec Epistola & ipsius interpretatio enunciatur loc. cit. sc. Vol. I. p. 860. seq. cui adponitur hic titulus אגרת vel מאמר תחית המתים i. *Epistola*, seu *Oratio de Resurrectione mortuorum* &c. Inc. Praef. אינו רחוק def. וכיוצא בזה Epistola vero pag. 221. b. דע אתה def. כפי מה שיוכל

XXXI. p. 229. b. *Attributa Divina* XIII. & V. *Opiniones diversorum Philosophorum de providentia Dei*. Auct. Anonymo, forte *R. Moyse Iosuae Narbonensi*.

XXXII. p. 230. b. *Explicatio cuiusdam sententiae Rabbinorum Israelis de Divina immensitate*. Auct. *R. Moyse Cordubensi* in libro מורה נבוכים Inc. הנה מאמר def. וינהיגהו ה'

XXXIII. p. 231. b. *Explicatio* v. 28 cap. VII. Ecclesiastes; *Ecce hoc inveni, dixit Ecclesiastes*. Auct. Anonymo. Inc. כי בהתחבר def. יעלו כולם שמונה

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. XV. in 4. min. Constat foliis 232.

CODEX XXVII.

מחזור ספרדי

BREVIARIVM HISPANVM.

„ 27. DIversae Cantiones sacrae Ebraicae. 4. MS. *Langius*.

„ XXVII. מחזור ספרדי Εὐχολόγιον Hispanum, seu potius *Hymni sacri* ad idem *Euchologion* spectantes. Horum Auctores sunt „ *R. Iudas Hallevì ben Samuelis Hallevì*, celebris poëta Hispanus *Abraham Aben Ezrae* „ suppar. *R. Isaak ben Gheat*. *Ben R. Iudae* „ Cordubensis Archisynagogus. *Moyses aben* „ *Ezra*, & *R. Salomon ben Ghebiròl*. Cod. Hebr. „ MS. in 4. sed olim impressus cum toto Euchologio Hispano. *Venetiis*. *Catal. Montfaucon. ex autogr.*

מחזור ספרדי Machazòr Sephardì. *Circulus*, seu *Breviarium Hispanum*. Liber precum per dies, iuxta ritum Hispanorum Iudaeorum. Continet autem Hymnos sacros, & Cantiones, seu preces pro *Novo anno*, *Ieiunio magno*, ac *Expiationis festo* canendas. Machazor Hispanicum, in tres partes divisum, prodiit *Venetiis ex Typographia Bragadina*, anno 426. C. 1666. inquit *Bartoloccius Part.* IV. *Biblioth. Rabbin.* p. 323. seq. In nostro vero Codice duas tantum habet partes. In prima (quae prioribus 23. foliis continetur, si sextum excipias, in quo cuiusdam Psalmi fragmentum, & alia, quae ad haec non pertinent scripta sunt) habentur tantum Hymni, & Cantiones de *Anni principio*: in secunda vero de *Ieiunio magno*, ac etiam nonnullae, quae primae solemnitati aptari possunt. Haec tamen pars non est completa, quum desideretur finis precum pro ieiunio. Auctores sunt *RR. Iudas Hallevì*. *Salomon ben Gheviròl*, *Isaac ben Gheat Cordubensis*, *Moyses Abenezra*, *Moyses ben Maimon*, & alii Anonymi. De hoc Opere & suis editionibus, & Codicibus MSS. v. Bartoloccium loc. cit. & ex eo Wolfium Vol. II. pag. 1339. & seq. ubi hic noster Codex non recensetur. Inc. pars prima יעלה ויבא def. p. 26 b. בעלי ברית אלהים secunda vero inc. p. 26. אשר על הארץ def. ברוך

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico perdifficili, saec. XV. in 4. transverso. Constat foliis 79. inter quae folia 24. 25. & 53. vacua sunt.

CODEX XXVIII.

מגלת אסתר

VOLVMEN ESTHER.

„ 28. MAaschè R. Iehoschuae ben Levì. „ *Tractatus de Testibus & caeremoniis Iudaicis*. Impr. 4. vol. eod. *Dibrè* „ *Haiamìm*. *ben Hamelek Venasir* filius Regis „ & Princeps Hist. *R. Abraham Levì ben Chasdai* in 4. ambo Ebr. impr. *Langius*.

„ XXVIII. Codex continens sequentes Tractatus videlicet: *Historiam eorum, quae accidere R. Iehusciàh ben Levì, ubi de morte* „ *eiusdem fabella lepidissima*. *Homiliam in librum Esther*. *Sermonem de Oratione; in quo* „ *septem eiusdem impedimenta explicantur*. *Sermonem de Lege*. *Sermonem in fabulas Thalmud*. *Sermonem de vita Moysis*. *Sermonem* „ *de morte Aharonis*. *Libros Tobiae*, & *Zorobabelis*. *Legationem Regis Aethiopiae ad* „ *summum Pontificem, in qua multa Christiano* „ *nomini iniuriosa conficta sunt*, ex officina *R.* „ *Ghedaliae aben Iachiia* hic inserta: hanc eamdem habes Cod. XLVII. Plutei seq. *Sermonem in Oseam*. Sequitur *Dialogus Ethicus*, „ *doctus, & sanus filii Regis & Nazireni*, interprete *Abrahamo bar Chasdai*, quem supra „ habes num. XIX. Cod. Hebr. impr. fortasse in

„ in urbe Constantinopolitana, ut ex forma „ characterum facile dignosci potest; nam editionis nota excidit. *Catal. Montf. ex autog.*

Titulus exterior omnimode immutandus: nam de *Volumine Esther* nil penitus in hoc Codice; sed unica tantum in ipsum *Homilia*. Potius autem inscribendus erat לקוטות שתים *Collectanea duo*, hoc est *variorum opusculorum duae complexiones*. Prima collectio XVIII. opuscula continet, at primum excidit, quod in aliis exemplaribus sic appellatur ספר בן סירה *Liber ben Sirae*: de quo v. Wolfium Vol. I. p. 255.

II. מעשה שאירע לר' יהושע בן לוי Mangasè sceirang le-Rabbi Ieosciuang ben Levì. *Casus, qui accidit R. Iehosua F. Levi*; Historia est fabulosa; narratur enim de eo, quod invito Angelo mortis, vivus illapsus fuerit in Paradisum: cuius deinde formam, & mansiones descripsit Wolfius l. cit. ex Buxtorfio.

III. *Impedimenta* XXIV. *quae difficilem reddunt poenitentiam*.

IV. *Signa* x. *quae Mundi finem praeveniunt*.

V. *Dies peculiares, in quibus ieiunium Iudaeis commendatur*.

VI. מדרש מגלת אסתר Medràsc meghilàth Esther. *Homilia in Librum Esther*.

VII. *Impedimenta* VII. *quae efficiunt, ne exaudiatur oratio*.

VIII. *De peccatis gravioribus, quae in hac vita aliqua severiori poena sunt punienda*.

Superiorum opusculorum Auctores sunt Anonymi.

IX. זה מעשה תורה נאמרה על ידי רבינו הקדוש Ze Mangasè Torà neemara ngal iedè Rabbenu Hakkadòsc, hoc est *Opus Legis*, dictum per Rabbinum *Hakkados*, ubi inquit Wolfius Vol. II. p. 1363. n. 415. de scriptis Anonymis „ ex Gemara hinc inde collecta „ sunt veterum pronunciata de momentis, „ aut rebus tribus, quatuor, quinque &c. us„ que ad decem, quae idem praedicatum „ patiuntur, qualia etiam in Proverbiis & Si„ racide, itemque in *Pirkè Avòh* capite po„ stremo occurrunt.

X. פרושטי יואן Preste Iohan, *Prete Ian. Epistola Regis Aethiopiae*, qui *Prete Ian* nuncupatur, missa ad summum Pontificem, in qua de suae Regionis & Imperii magnis & mirabilibus rebus pertractat. V. Wolphium Vol. I. p. 991. ubi refert ex Gedalia, hanc Epistolam missam fuisse circa annum 1460. quo quidem anno regnabat Summ. Pont. Pius II.

XI. *Enarratio de morte Esau*, ex Thalmud Hierosolymitano. Auct. Anonymo.

XII. מעשה אברהם Mangasè Abrahàm *Historia admirabilis de Abrahamo*. Auctore Anonymo.

XIII. ספר אלדד הדני Sepher Eldàd Addanì. *Liber Eldadis Danitae*, seu *ex Tribu Dan*. Epistola historica, in qua agitur de decem Tribubus iuxta & ultra fluvium Sabbationem habitantibus, ac de earumdem imperii forma, ritibus, & institutis, potentia & ratione gerendi belli cum finitimis. De ea Wolfius Vol. I. pag. 140. num. 221. ubi ipsius Epist. Auctorem facit praedictum *Eldadem*.

XIV. מעשיות התלמוד Mangasiòth Hatthalmùd. *Historiae Thalmudicae*. Inseruntur etiam aliae ex aliis Hebraeorum libris collectae. Hoc idem opusculum refertur a Wolfio tum in Vol. I. p. 262. in notis, quam in II. pag. 1361. num. 398. inter Anonymorum opera.

XV. ספר זרובבל Sepher Zerubabel. *Liber Zerobabelis* „ Colloquium, inter *Zerobabelem*, „ & Angelum *Metraton*, de ortu, educatio„ ne, vita, bellis, & morte *Armillos* Anti„ Christi, quem post bellum Og & Mogog „ venturum, & gravia bella gesturum esse, „ tandem vero a Messia ben David occisum „ iri Iudaei crediderunt. Librum impium & „ sceleftum vocat Bartoloccius; quod mirum „ non est, quum nec ipsis quoque Iudaeis „ satis se probarit. Et haec ex Wolfio Vol. I. „ p. 360. num 579.

XVI. מדרש ויושע Medràsc Vaiosciang. *Expositio: Et servavit*. Homilia in Historiam liberationis Hebraeorum ex Aegypto. Auct. Anonymo. Hanc homiliam memorat Wolfius tum in Vol. I. p 262. in notis, tum in II. p. 1329. num 336.

XVII. ספר טוביה Sepher Tobià. *Liber Tobiae*. Historia de iis, quae Tobiae, eiusque filio acciderunt. Idem Wolfius p. 262. Vol. I. huius opusculi meminit: itemque p. 391. & seqq. sub num. 655.

XVIII. ספר ארחות חיים Sepher orchòth chaìm. *Liber semitarum vitae*. Tractatus ethicus, quo liberis praecepta bene vivendi traduntur. Auctor est *R. Eliezer F. Hyrcani*, ut habet Wolfius Vol. I. pag. 174. num. 2.

Et haec est prima opusculorom, quae in hoc Codice continentur collectio, facta a *R. Chaìm ben Sciabtai Casrini*, ut in fine notatur: & hanc ipsam refert Wolfius vol. II. p. 1278. num. 121. inter Anonymorum scripta.

Lib. impr. *Cpoli* A. M. 284. C. 1524.

Sequitur secunda collectio, quae x. opuscula continet: quorum

I. דברי הימים של משה Divrè Hajiamìm scèl Mosce. *Verba dierum*, seu *res gestae Moysis*. De hoc & de sequentibus IX. opusculis videndus est Wolfius, qui inter Anonymorum scripta uno eodemque loco ea omnia recenset sc. Vol. II. p. 1278. & seqq. sub n. 121.

II. פטירת אהרן Petiràth Aaròn. *De morte Aaraonis*.

III. פטירת משה Petiràth Mosce. *De obitu Moysis*.

IV. ס' טובי בן טוביאל Sepher Tobì ben Tobièl. *Liber Tobiae F. Tobielis*. Est alius in phrase a superiori posito in prima collectione sub num. XVI.

V. ס אלדד הדני Sepher Eldàd Addanì

nì. *Liber Eldadis Danitae*. Hic item liber est in phrase diversus ab alio, quem in antecedenti collectione recensuimus sub n. XII, in eo enim Auctor loquitur de se ipso; in hoc vero de quodam alio v. Wolf. Vol. IV. p. 1007.

VI. משלי סנדאבאר Misclè Sandabàr. *Parabolae Sandabaris*. Liber „ in quo agitur de „ calliditate feminarum: & quomodo earum „ prudentia Filius Regis Indorum a morte „ fuerit liberatus. Haec ex Wolfio Vol. I. pag. 931. ubi reliqua de hoc opusculo sunt videnda.

VII. מעשה של ירושלמי Mañgasè scèl Ierusciaìmì. *Historia cuiusdam Hierosolymitani*. Apologus de viro, qui iusiurandum violavit: & ob id variis calamitatibus vexatus, a daemone tandem extinctus fuisse fertur. Duobus Auctoribus tribuitur hoc opusculum a Wolfio, sc. *R. Abrahamo F. R. Moysis Maimonidae* Vol. I. pag. 87. num. 114. ubi alia circa hunc librum adferuntur: & *R. Dibon F Salomonis*. ibid. p. 333. num 532. at hic creditur fuisse Auctor, *Abraham* vero interpres.

VIII. ס' חנוך Sepher Canòch. *Liber Enochi*. Tractatus moralis, quo Pater Enoch (Arabibus *Idris*, vel *Adris* dictus) filium suum ad pietatem, virtutisque studium excitat. V. Wolfium Vol. I. pag. 380. num. 632.

IX. חידות איזופיטי Chiddòth Ezopiti. *Fabulae Aesopi*. De his idem Wolfius Vol. I. pag. 134. num. 207.

X. משלים של שלמה המלך Mesciaìim scèl Scelomò ammèlech. *Parabolae*, seu *Proverbia Salomonis Regis*. Haec est Collectio quaedam variarum historiarum: de qua V. Wolfium Vol. I. p. 1049. num. 5.

Lib. Hebr. chart. impr. *Cpoli* A. M. 278. C. 1518.

Praeter has duas Collectiones aliud Opusculum adnectitur, videlicet בן המלך והנזיר Bèn ammèlech vehanazìr. *Filius Regis & Nazaraeus*. Colloquia inter Filium Regis (i. *Indiae*) & Nazaraeum h. e. *Virum Religiosum*. V. quae superius diximus de hoc Opere quod habetur MS. in Cod. XIX.

Lib. Hebr. impr. *Cpoli* A. M. 278. C. 1518.

Cod Hebr. chart. impr. ut supra characteribus Rabbinicis in 4. min.

CODEX XXIX.

מסכת אבות

ABARBANEL.

„ 29. PIrùsch Masèècheth Avòth. Com„ ment. in Tractatum Talmudi„ cum Aboth cuiusdam Iehuda. impr. 4. *Langius*.

„ XXIX. פירוש מסכת אבות *Commentarius* „ *in Capitula Patrum*. Tractatus Talmudi„ cus in Codice nono quarti ordinis Nezi„ kin, continens sententias & apophtegmata „ seniorum, ad mores componendos, & Le„ gis observantiam conducentia, in sex ca„ pita distinctus. Haec omnia Commentariis „ illustrat author *Iudas ben Samuel Lerma*. „ Corrigendus itaque titulus exterior, qui „ *Abarbanelem* habet. Cod. Hebr. impr *Ve*„ *netiis* in 4. anno min. supput. 313. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

פירוש מסכת אבות Pirùsc Masèecheth Avòth. *Explanatio Tractatus Patrum*; h. e. *Expositio in Tractatum Mischnae* part. II. qui inscribitur *Avoth*. *Patres*: seu פרקי אבות Pirkè Avoth h. e. *Capita Patrum* sub titulo לחם יהודה *Panis Iudae*, ubi explicantur sententiae & apophtegmata seniorum circa mores, & Legis observantiam. Auctor est *Iudas ben Samuel Lerma Hispanus*: de quo v. Wolphium Vol. p. 445. num. 750. Inscriptus fuit hic Codex *Abarbanel*, eo quod in Praefatione legatur, *Abarbanelem* quoque commentatum fuisse *Pirkè avòth*. Huius operis aliud exemplar reperies, sed MS. in sequenti Pluteo. Cod. LII. num. II.

Lib. Hebr. chart. impr. characteribus quadratis absque punctis, quod ad textum, Rabbinicis vero quod ad Commentarium. *Venetiis* A. M. 313. C. 1553. in 4. min. Erravit Wolfius, vel eius Typographus, qui centum annos adposuit huic editioni loco modo citato, quum legatur *Venet.* 413. C. 1653. ni forte etiam eo anno idem opus fuerit recusum.

PLVTEI I.

PARS ALTERA, QVAE EST ANTERIOR ET CODICES CONTINET XXXII.

Sequitur tamen alterius Partis enumerationem.

CODEX XXX.

ארבעה ועשרים

BIBLIA HAEBREA.

„ 30. Biblia Ebraea scripta cuidam Rabbino, cuius „ nomen erasum est, a „ quodam *Iacobo* filio „ *Iosephi*, Anno Iudaico 5055. [11. die „ Nisan] qui est noster 1295. fol. margo (lege *magno*) optime, cum paraphrasi Chaldaica Onkelos super Pentateuchum, ita ordinata, ut singuli „ versus Chaldaici singulis Ebraicis immediate cognoscantur [forte *subiiciantur*] adiecta „ est Masora. Codex est optimus annor. 357. „ MS. Ebr. *Langius*.

„ XXX. *Biblia Hebraica* cum Masoreth, „ uncialibus literis elegantissime scripta in „ membranis, cum Paraphrasi Chaldaica Onkelos super Pentateuchum, ita ordinata, ut „ singuli versus Chaldaici singulis Hebraicis „ immediate subiungantur. Cod. MS. optimus, annorum supra 400. aetatem iactans in „ fol. maximo. In fine libri Hebraice legitur: *Ego* Iacobus bar Ioseph scriba *posui hos vigintiquatuor libros in gratiam R.* Moysis bar Iacob Levì *anno post quinquagesimum saeculum, quinquagesimo, quinto die undecimo mensis Nisan* (*idest* Aprilis) *Concedat ei Dominus illos in hereditatem transmittere filiis suis, & nepotibus ad finem omnium generationum. Amen. Amen semper. Catal. Montfauc. ex autogr.*

ארבעה ועשרים Arbañgà vengesrìm. *Quatuor & viginti* h. e. *libri*, quorum hic est ordo.

1. Genesis.
2. Exodus.
3. Leviticus.
4. Numeri.
5. Deuteronomium.
6. Iosue.
7. Iudices.
8. Samuel.
9. Reges.
10. Ieremias.
11. Ezechiel.
12. Isaias.
13. Prophetae minores XII.
14. Ruth.
15. Psalmi.
16. Proverbia.
17. Iob.
18. Canticum Canticorum.
19. Ecclesiastes.
20. Threni.
21. Daniel.
22. Esther.
23. Esdra.
24. Paralipomenon.

De hoc sacro Codice haec Wolfius refert Vol. II. p. 297. „ B. H. (h. e. *Biblia* „ *Hebraica*) membranac. in fol. literis maiusculis per *bar Ioseph* scribam pro *R. Mose* „ *Fil. Iacob*. anno 5055. C. 1295. Florentiae in Bibliotheca S. Laurentii Pluteo I. „ Cod. XXX.

Huius insignissimi Codicis non sunt omittenda tria testimonia, quae ad calcem reposita leguntur, ac quamdam eiusdem Codicis historiam efformant: & primum quidem est Amanuensis subscriptio, charactere quadrato, in qua nulla apparet abrasio, ut in Langii Catalogo affirmatur: eaque est. אני יעקב בר יוסף הסופר בעֹם סיימתי זה עשרים וארבעה ספרים לר' משה בר יעקב הלוי זצ"ל בשנת חמשת אלפים וחמשים וחמשה באחד עשר יום לירח ניסן המקום יזכהו להורישו לבניו ולבני בניו עד סוף כל הדורות אמן אמן סלה *Ego Iacob filius Ioseph Scriptor, cum auxilio Domini absolvi hos viginti quatuor libros pro R. Mose Filio Iacob Levì* (*memoria iusti sit ad benedictionem*) *anno quinquemillesimo quinquagesimo quinto, undecimo die mensis Nisan. Dominus faciat eum dignum, ut hereditario iure possidendo tradat filiis suis, & filiis filiorum suorum, usque ad finem omnium generationum. Amen, Amen, selah* i. *in aeternum*. Huiusce subscriptionis ad dexteram sequens venditionis con-

contractus habetur charactere Rabbinico, ſed antiquo exaratus. בפנינו עדים חתומי מטה
בא הנ״ר משה בכ״ר יצחק הכהן נ״ע ואמר
לנו הוו עלי עדים וכתבו וחתמו בכל לשון
של יפוי ותנו להר״ר עוזיאל בהכ״ר יוסף נ״ע
הדר ע״ה נקאפ״ול איך מכרתי לו זה העשרים
וארבעה: על חמשה חומשי תורה יש בהם
תרגום מעורב עם הפסוק והשאר בלא תרגום
בערך . . . מגינים ואותם . . . . מגינים מודה
אני שקבלתי אותם מידו לידי והמכירה הזאת
עשיתי אותה להכ״ר עוזיאל הנ״ל מרצון :

„ Coram nobis teſtibus ſubſcriptis venit D.
„ R. *Moſce* fil. *Ishak Coen r. p.* dixitque no-
„ bis: Eſtote mihi teſtes, & ſcribite, ac obſi-
„ gnate in omni optima lingua, & date D.
„ R. *Nguzieli* fil. R. *Ioſephi r. p.* habitan-
„ ti *hic Neapoli*, qualiter vendiderim ei hos
„ vigintiquatuor (ſcil. libros, i. e. *Biblia S.*)
„ Pentateuchus habet Thargum interſperſum;
„ ceteri verò (libri) ſine Thargum, pretio
„ *ſcutorum* . . . . Et *haec ſcuta* . . . .
„ ego affirmo, quod acceperim ab eo; & hanc
„ venditionem dicto R. *Nguzieli* propria vo-
„ luntate feci.

En alterum venditionis Contractum in adverſa pagina, charactere item Rabbinico exaratum. בפנינו עדים חתומי׳ מטה בא הר׳
נחמיה בכ״ר מרדכי גבריאל נ״ע צרפתי
ואמר לנא הוו עלי סהדי וקנו ממני בקנין
גמור ואגב סודר וכתבו בכל לשון של זכות
וחתמו ותנו ליד כמ״ר יוסף אליה יז״י בכמ״ר
אליאב נ״ע מקורייו איך מרצון נפשי בלי
אונס כלל כי אם מלב שלם ונפש חפצה
הנני מודה הודאה גמורה שריר׳ וקיימ׳ דלא
למהדר מינה לעלם איך מכרתי לו לכמ״ר
יוסף אליה הנ׳ זה הספר הנקר׳ מקרא שיש
בו כ״ד ספרים שלמים וספר תורה יפה, וזאת
לדעת הכקך׳ הזאת בערך . . . דוקאטי זהב טבי
ותקולי והס״ת . . . . דוקאטי זהב טבי ותקולי
וכל זה הסך קבלתי מידו לידי ובשלמות ונשבעתי
בשבועה המורה שלא לערער על מכיר׳ זו
לעולם ולא אחר הבא מכחי והנני מוחל לך
דמי אונאה, והמקרא הזאת נכתבת בכל
דפים ו׳עמודים, עמוד רביעי מתחיל בתרגום
יי׳ ליבשתא ארעא, עמוד רביעי של נביאים
מתחיל אשר נתן לכם משה בעבר הירדן,
עמוד רביעי של כתובים מתחיל כי הכית
כל אויבי לחי, והתנ׳ כמ״ר יוסף הנ״ל
בפננו עדים חתומי מטה שכל זמן שיתן ר׳
נחמיה הנ׳ הסך הנ׳ לידו או לבא מכחו
תוך ז׳ שנים מתחילים מהיום שיחזיר לר׳
נחמיה הנ׳ או לבא מכחו הספרים הנ״ז
ותהיה זאת המכירה בטלה ואפילו אם לא
יפרע כל הסך יחד רק מעט למעט יתחייב
כמ״ר יוסף הנ׳ לקבל המעות בניכוי הסך
ויהיה זה התנאי קיים רק שיתן המעות
מהמקרא הזאת תוך הזמן הנ״ ומהס״ת כל
זמן שיתן הסך הנ״ יחזירנו לו כמ״ר יוסף הנ״
בלי איחור בדרך הנ״, וכן קבל עליו כמ״ר
יוסף הנ״ לקיים זה התנאי הנ״ עליו ועל
יורשיו בלי פקפוק וערעור; ואם לא יתן הר׳
נחמיה הנ״ הסך מהמקרא הזאת כנ״ז תהיה
המכירה שריר׳ וקיימ׳ ככל המכירות העשויות
כתיקון חכמי׳ ובפנינו אמרו לנו כמ״ר יוסף
והר׳ נחמיה הנ״ שטר זה כתבו וחתמו עד ק׳
פעמים עד כי היכי דליפוק מתחות ידכון
עשוי כתיקון חכמי׳ דלא כאסמכתא ודלא
כטופסי דשטרי. ובפנינו בטלו כל מודעות
שמסרו ושיוכלו למסור כנגד המכירה וכנגד
התנאי הנ״ ומה שנעשה בפנינו בכ״ד ימים
לחדש אלול שנת ר״כב לפ״ק כתבנו וחתמנו
שמותינו פה לעדות ולראיה והכל שריר וקים

חיים בן ההר׳ רפאל זצ״ל דטרבוט
משה בהכ״ר . . . זצוק״ל הרש״י

„ Coram nobis teſtibus ſubſcriptis venit R.
„ *Nehemia* filius R. *Mordechai Gabrielis* r. p.
„ *Gallus*, dixitque nobis: Eſtote mihi teſtes,
„ & emite a me emptione abſoluta, & cum
„ linteo, & ſcribite in omni lingua iuſtitiae,
„ (videl. in omni optima forma) & obſi-
„ gnate, eamque date in manum R. *Ioſephi*
„ *Eliae Izii* fil. R. *Eliav* r. p. de *Coriio* [for-
„ te *de Corigio*] quomodo liberrima mea vo-
„ luntate, ſine ulla vi, ſed corde perfecto,
„ & animo libentiſſimo, confirmo affirma-
„ tione abſoluta, rata, & firma, ac irrevo-
„ cabili, quod vendiderim d. R. *Ioſepho Eliae*
„ hunc librum, qui vocatur *Mikrà* (h. e.
„ *Biblia*) in quo ſunt vigintiquatuor libri
„ (ſacri) completi. Et etiam Librum Le-
„ gis (h. e. Pentateuchum) perpulchrum. Quo
„ ad *Mikrà*, ſeu *Biblia*, pro pretio . . . .
„ Ducatorum aureorum; boni, & iuſti pon-
„ deris. Et Lib. Legis pro pretio . . . . .
„ Ducatorum aureorum boni, & iuſti pon-
„ deris. Totamque hanc ſummam integre
„ ab illo accepi, (cui) firmo iuramento iu-
„ ravi, ne in aeternum litem excitem ſu-
„ per hanc venditionem, neque alius no-
„ mine meo; & ego (nunc) ei pretium
„ defraudationis remitto. Haec verò *Mikrà*
„ in ſex eſt deſcripta columnas; itaut quar-
„ ta columna (pag. 1.) incip. ab illis ver-
„ bis Paraphraſis Chald. (Gen. I. 10.) *Deus*
„ *aridam terram*. Quarta columna Prophe-
„ tarum a verbis (Ioſ. I. 14.) *Quam dedit*
„ *vobis Moſes trans Iordanem*. Et quarta
„ columna Hagiographorum a verbis (Pſ.
„ III. 8.) *Quia percuſſiſti omnes inimicos*
„ *meos in maxilla*. Et pactus eſt d. R *Io-*
„ *ſephus* coram nobis teſtibus ſubſcriptis, ut
„ quotieſcumque infra ſeptennium incip. ab
„ hac die, d. R. *Nehemia* dederit ei, aut
„ eius ſublegato, qui ab ipſo venerit, ſupra-
„ dictam ſummam, ipſe redditurus d. R.
„ *Nehemiae* ſupradictos libros, & ſic erit haec
„ venditio nulla; etiamſi non ſolverit to-
„ tam ſummam ſimul, ſed paulatim, tene-
„ tur d. R. *Ioſephus* accipere pecuniam, &
„ ſubtrahere de ſumma; & erit firma haec
„ conventio, dummodo infra dictum tempus
„ ſolverit totum pretium huius *Mikrà*. Et
„ quantum ad *Librum Legis*, quotieſcumque
„ ſolverit ei dictam ſummam, ipſe R. *Ioſephus*
„ reſtituerit illum ſine ulla mora, eodem-
„ que modo. Atque ita d. R. *Ioſephus* con-
„ ditionem hanc recepit ſuper ſe, & here-
„ des ſuos, ſine ullo obſtaculo, & conten-
„ tione. At ſi d. R. *Nehemia* non dabit
„ pretium huius *Mikrà*, ut ſupra dictum eſt,
„ erit

„ erit haec venditio rata, & firma, ficuti „ omnes venditiones, quae fiunt fecundum „ ftatuta, & iura fapientum. Et in praefentia „ noftra, dd. RR. *Iofephus*, & *Nehemia* dixe- „ runt nobis: [teftibus] hoc diploma fcribi- „ te, & obfignate illud centenis etiam vici- „ bus, donec egrediatur e manibus veftris, „ factum fecundum omnia praefcripta fa- „ pientum, non inftar vulgaris formulae, „ vel copiae litterarum. Et in praefentia no- „ ftra abrogarunt omnes obligationes, fi quas „ vel iam dederint, vel dare potuerint, re- „ pugnantes venditioni huic, & conventioni „ fupradictae. Et haec acta funt coram „ nobis die 24. menfis Illul (Augufti) anno „ 222. (Chr. 1462.) iuxta fupputationem mi- „ norem; fubfcripfimus, & fubfignavimus hic „ nomina noftra in teftimonium, & in proba- „ tionem. Omniaque funt rata, & firma.

Chaiim fil. R. Raphaëlis p. m. de Trabut.
Mofce fil. R. . . . . . . p. m. Trafci.

Cod. Hebr. & Chald. membr MS. elegantiffimus, charactere Germanico quadrato cum punctis, faec. XIII. anno, qui fupra enunciatur, in fol. max. Conftat foliis 599.

CODEX XXXI.

עשרים וארבעה

BIBLIOTHECA.

„ 31. Biblia Ebraea nitidiffime fcripta a „ quodam Chriftiano, ut initium indicat. MS. Ebr. fol. *Langius*.

„ XXXI. Biblia Hebraica, nitidiffime fcri- „ pta a quodam Chriftiano, feu Neophyto, „ ut initium indicat. MS. Hebr. in fol. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

עשרים וארבעה Ngesrim vearbañgà. *Viginti & quatuor*, h. e. *Libri* veteris Teftamenti. Ne mireris, titulum huius Codicis, pro *Bibliis facris*, interpretatum fuiffe *Bibliothecam*; fiquidem divinum hoc Volumen eo etiam nomine infignitur. Cl. V. *Petrus Lambecius* Lib II. cap. 5. p. 403. Commentariorum Bibliothecae Vindebonenfis haec adnotavit „ Notandum eft &c. per *Bibliothecam* „ fignificari integrum corpus Scripturae fa- „ crae cum veteris, tum novi Teftamenti, „ eodemque modo, in *Praefatione profaica*, „ Genefi ibidem praefixa, eumdem Codicem „ appellari *Bibliothecam fanctarum Scripturarum*. In hoc autem Codice facri Libri fic difponuntur.

1. Genefis.
2. Exodus.
3. Leviticus.
4. Numeri.
4. Deuteronomium.
6. Iofue.
7. Iudices.
8. Samuel.
9. Reges.
10. Ifaias.
11. Ieremias.
12. Ezechiel.
13. Prophetae minores XII.
14 Paralipomenon.
15. Pfalterium.
16. Iob.
17. Proverbia.
18 Ruth.
19. Canticum Canticorum.
20. Ecclefiaftes.
21. Threni.
22. Efther.
23. Daniel.
24. Efdra.

Haec Biblia fcripta effe autumo a quodam Neophyto, cuius tamen nomen nullibi adparet, at in fronte primae paginae habetur quaedam tabella cerulei coloris, ad cuius latera duo Angeli eam fuftinent: in eaque aureis literis quadratis haec ad caput fcripta leguntur. לכבוד ולתפאדת לאדונינו המלך יהושע נצרינוס מלך היהוד׳ *Ad honorem, & gloriam, ad Dominum noftrum Regem Iefum Nazarenum Regem Iudaeorum*: in medio autem haec quatuor verba per compendium litterarum: א׳ה׳ן א׳ה׳ן ע׳מ׳ ע׳ש׳ quorum primum ita legendum. אנא יהוה הושיעה נא i. *Obfecro, Domine, falva nunc*. Secundum אנא יהוה הצליחה נא i. *Obfecro, Domine, profpera nunc*. Et haec duo loca funt ex Pfalmo CXVIII. v. 25. Tertium עורי מעם יהוה i. *Auxilium meum a Domino*. Quartum. עשה שמים וארץ i. *Factore Caeli & Terrae* & ambo ex Pfalmo CXXI. v. 2. In fine demum: בשם האב והבן והרוח הקדש אמן i. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen*. Haec prima huius Codicis pagina eft ornatiffima: & in fronte tres, ad calcem quatuor habet icones, in gyro depictas, quae diverfimode Deum Patrem repraefentant; dextera manu benedicentem, & earum iconum primam in inferiori margine, virgam feu fceptrum geftantem, finiftra Mundi globum tenentem; alteram vero protoplafti creationem exprimentem. Per totum autem Codicem omnes litterae initiales ac tituli librorum auro fulgentiffimo, & ornamenta, quae circa illas funt auro, item minioque affabre admodum elaborata.

Cod Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico, forma quadratae fimili cum punctis, faec. circiter XVI. in fol. mai. Conftat foliis 314.

CODEX XXXII.

BIBLIA SACRA T. I.

„ 32. Usque ad 39. Biblia Regia Hifpa- „ nica, opera *Ariae Montani* e- „ dita, ac impreffa apud *Plantinum*, cum Di-

„ ctionariis Ebraicis, Syrochaldaicis, & Grae-
„ cis. Volum. 8. fol. *Langius*.

„ XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. „ XXXVIII. XXXIX. *Biblia Regia Hispanica* ope- „ ra *Ariae Montani*, edita *Antuerpiae* apud „ *Plantinum* Anno .... cum Dictionariis He- „ braico, Syro, Chaldaico, & Graeco. O- „ mnes in folio. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Biblia Regia Hispanica vel *Polyglotta Antuerpiensia*, impressa, & in VIII. Tomos distributa. Quum autem multa eiusdem exemplaria naufragio perierint, ob idque pauca reperiantur, non abs re erit totius Operis recensionem adponere. Et primo quidem ea, quae *Wolfius* Vol. II. p. 341. recensuit, iterum mihi publicanda dijudico. Haec itaque sunt.

„ Biblia Polyglotta ANTWERPIENSIA.

„ *Antwerpiensia*, ut ab urbe natali, ita *Regia* appellata sunt a Rege *Philippo* II. qui suis „ illa sumtibus auspiciisque imprimenda cura- „ vit. Titulus ita habet *Biblia sacra Hebraice* (cum versione Latina interlineari *Santis* „ *Pagnini* ab *Aria Montano*, & aliis ad ver- „ bum expensa) *Chaldaice* (Targum *OnKelosi* „ in Pentateuchum, *Ionathanis* in Prophetas „ priores, & posteriores, *R. Ioseph Coeci*, & „ aliorum in *Iob*, Psalmos, & 5. Megilloth, „ addita versione Latina Pentateuchi, Pro- „ phetarum *Isaiae*, *Hieremiae*, & *Ezechielis* „ ab *Alphonso de Zamora*, aliorumque libro- „ rum ab *Aria Montano* concinnata) Graece „ (cum versione Latina ex editione Com- „ plutensi) & *Latine* [ex vulgata editione] *Philippi II. Regis Catholici pietate, ac studio ad* „ *Sacro-sanctum Ecclesiae usum VIII. Voll. in fol.* „ *Antwerpiae excudebat Christophorus Plantinus* „ 1569. . . 1572. *Novum Testamentum Graece, Syriace* (charactere Hebr. & Syriaco prae- „ ter Epistolam II. S. *Petri* II. & III. S. *Ioannis*, S. *Iudae*, & *Apocalypsin*) & *Latine* (ex „ vulgata editione) item N. T. Graece, & „ Latine (ex edit. Complutensi.) Debentur „ haec industriae *Bened. Ariae Montani*, qui „ Latinas versiones omnes, praeter illam, quae „ est ex Syro, recognovit, & *Guidonis Fabricii Boderiani*, qui Syriacam N. T. versio- „ nem Latinam fecit, iuvantibus *Franc. Raphelengio* [qui corrigendi curam sustinuit, teste „ *Swertio* in Athenis Belgic. p. 251. & Chal- „ daicam Paraphrasin emendatiorem reddidit, „ teste *Boderiano* in fine Praefat. ad N. T. Sy- „ riacum) & *Nicolao*, *Guidonis Fabricii* fratre, „ cum ipsorum, & *Andreae Masii* Lexicis. *Arias* praemisit etiam Praefationem, & Appa- „ ratum. Suppetias quoque tulerunt *Io. Harlemius* S. I. quod ad interpretationem ver- „ sionis Syriacae, teste *Boderiano* in fine Prae- „ fat. in N. T. Syrum: *Franc. Lucas Brugensis*, auctore *Swertio* l. c. p. 245. *Andr. Masius*, quod idem refert. p. 123. *Ioan. Livineius* quod ad editionem graecam, teste *Thuano* in calce libri 122. Histor. *Guil. Canterus*, „ variarum Lectionum collector.

Quae plura sequuntur circa haec Polyglotta, videat l. cit. curiosus & eruditus Lector. Circa primos quinque Tomos placet referre, quae *P. Niceronius* edidit Tom. XXVIII. pag. 115. sui Operis, cui titulus „ *Memoires pour servir a* „ *l' Histoire des Hommes illustres*, ubi legitur „ *Biblia Sacra Hebraice, Chaldaice, Graece, & Latine*, Philippi II. *Hispaniarum Regis auctoritate, & cura* Benedicti Ariae Montani *edita*. *Adiectus est Apparatus sacer*. *Antuerpiae* 1569. 1572. in fol. huit volumes. *Arias* ayant été choisi par le Roi d' Espagne, „ *Philippe* II. pour préseder á l' edition de la „ Bible Polyglotte. en publia le premier vo- „ lume au mois de Mars 1569. & tout l' Ou- „ vrage fut acheve d' imprimer au mois de „ May 1572. Les cinq premiers volumes con- „ tiennent les memes choses que la Polyglotte *d' Alcala*, publiée par le soins du *Cardinal Ximenès*. *Arias* y a seulement aioute „ dans l' ancien Testament les Paraphrases „ Chaldaïques des livres Prophetiques, & des „ Agiographes, & dans le nouveau, la version Syriaque.

Nos singulos Tomos separatim expendemus. Tomus hic triplici titulo insignitur, quorum primus est:

SACRORVM
BIBLIORVM
TOMVS
PRIMVS.

Secundus

BIBLIA SACRA
HEBRAICE
CHALDAICE
GRAECE &
LATINE

& hic titulus in Tabula aenea incisus est: earumque rerum, quae in ea, ac in duabus sequentibus Tabulis repraesentantur, sicuti & aliarum Tabularum, in aliis Tomis insertarum, Explicatio habetur circa finem Prolegomenorum: quorum en tibi Index; tertius enim titulus post ea omnia reiicitur.

Sequens chartarum enumeratio adiecta fuit a me numeris Romanis.

I. p. 1. Benedicti Ariae Montani *Hispalensis in sacrorum Bibliorum Quadrilinguium Regiam editionem, de Divinae Scripturae dignitate, linguarum usu, & Catholici Regis consilio Praefatio*.

II. p. XV. *Eiusdem* Bened. Ariae Montani *alia* ad Lectorem *Praefatio*. *In qua de totius Operis usu, dignitate, & apparatu ex ordine differitur*.

III. p. XVIII. *Epistola* Philippi II. *Hispaniarum Regis* Ferdinando *Albae Duci, suo apud Belgas Praefecto: qua ipsi commendatur huius Polyglottae impressio apud* Plantinum. Data Madriti VIII. Kal. Aprilis MDLXVIII.

IV. *Epistola eiusdem* Philippi *Regis* Christophoro Plantino *Typographo Antwerpiensi*, pro eadem causa. Data *ex eodem loco, die, & anno*.

V. p. XIX. *Epistola eiusdem Regis Venerabilibus* Rectori, Decanis, Doctoribus Vniversitatis Lova-

vanienfis, *de eadem re*. Data Madriti VIII. Kal. Septembris MDLXVIII.

VI. p. XX. *Actorum publicorum ad Regia Biblia, & sacrum Apparatum pertinentium Exempla praecipua*: ac primo quidem loco repetuntur duae *Philippi II.* Epiftolae, pofitae hic fupra fub num. III. & IV.

VII. p. XXI. b. Bened. Ariae Montani *apud Lovanienfem Academiam Legationis fuae Expofitio* facta x. Kal. Iun. Anno MDLXVIII.

VIII. p. XXII. *Epiftola eiufdem Regis* fuperius relata fub num. V.

IX. p. XXII. b. *Deliberationis a* Ben. Aria Montano Lovanienfi Academiae pridie fefti Omnium Sanctorum anni MDLXVIII. *propofitae exemplum*.

X. p. XXIII. *Epiftola Refponfiva* Rectoris, Doctorum, & Vniverfitatis Lovanienfis Academiae Philippo II. *Regi Catholico, & Monarchae potentiffimo, facrofanctaeque & divinitus acceptae Religionis propugnatori acerrimo*. Data Lovanii, pridie Kalendas Octobris anno Dom. MDLXIX.

XI. p. XXIV. *Approbatio horum Bibliorum, per* Bened. Ariam Montanum *editorum, facta a* Gisberto Schook *Vniverfitatis Lovanienfis Rectore, una cum cenfura Doctorum Parifienfium, eorumdemque approbatione*.

XII. p. XXV. b. *Copie d' une Lettre du* Duc d'Alve *a l' Evefque d' Anvers* Don Fernando Alvarez *de Toledo Duc d' Alve &c. Lieutenant, Governeur, & Capitaine general*. Data D'Anvers *le dernier iour de Feburier* 1570.

XIII. p. XXVI. *Epiftola Lovanienfium ad fummum Pontificem*. Data Lovanii XIII. Kalendas Maias, Anno Dom. MDLXXII. In ea redditur ratio de hac editione.

XIV. p. XXVII. B. Ariae Montani *Legati ad fummum Pontificem Oratio*.

XV. p. XXVIII. b. *Apoftolicarum Literarum ad Regem Catholicum exemplum*. Datum *Romae apud S. Marcum die* XXIII. *Augufti* MDLXXII. *Pontificatus* Gregorii XIII. *anno primo*.

XVI. p. XXIX. b. *Motus proprius* Gregorii PP. XIII. in favorem *Chriftophori Plantini* Typographi, ne quis haec *Biblia* cum *Apparatu* per viginti futuros annos imprimere poffit &c. Datus Romae apud S. Marcum, fub annulo Pifcatoris, die prima Septembris MDLXXII.

XVII. p. XXXI. *Aliarum Literarum a Pontifice ad Regem Cathol. poft difceffum Ariae Montani ex Vrbe exemplum*.

XVIII. p. XXXI. b. *Caefareum Privilegium*, h. e. Maximiliani II. Datum Viennae Auftriae XXVI. die Ianuarii. anno MDLXXII.

XIX. p. XXXII. *Privilegia Regnorum, & Provinciarum* Philippi II. *Regis Catholici*. *Horum primum eft* Regni Caftiliae, Dat. *Matriti* II. Februarii anno 1573.

XX. p. XXXIII. b. Regni Aragoniae *Privilegium*, datum eodem anno.

XXI. p. XXXV. Confilii privati in Belgio *Privilegium*.

XXII. p. XXXVI. Regni Neapolitani *Privilegium*. Datum die XXVI. Septemb. MDLXXII.

XXIII. p. XXXVII. Caroli IX. *Galliae Regis Privilegii exemplum*. Datum anno 1572. *cum cenfura, & Approbatione* Theologorum Parifienfium.

XXIV. p. XXXVII. *Excellentiffimi* Ducis, *& Illuftriffimi* Senatus Veneti *Privilegii exemplum*. Datum Venetiis in Ducali Palatio die XXV. Octobris MDLXXII.

XXV. p. XXXVIII. b. Philippi II. *Hifpaniarum Regis ex* Confilio Brabantiae *Privilegii exemplum*.

XXVI. p. XXXIX. *Doctorum virorum Carmina encomiaftica*. Sunt autem omnia Hebraica lingua elaborata: inter quae unum *Gilberti Genebrardi*, ab eodem in Latinum converfum, legitur. Vltimum vero eft Epigramma Graecum.

XXVII. p. XLI. B. Ariae Montani *Hifpal. ad* Chriftianum Lectorem *de Syriacis Novi Teftamenti Libris Admonitio*.

XXVIII. p. XLII. *Epiftola eiufd.* Ben. Ariae Montani *ad* Danielem Bombergum *I. V. D*. Data Antuerpiae x. Kalend. Iunias MDLXX.

XXIX. p. XLIII. b. *Teftimonium* Colonienfium, datum XIV. Iunii MDLXX.

XXX p. XLIII. *Tabularum in regiis Bibliis depictarum brevis explicatio*, per Chriftophorum Plantinum.

XXXI. p. XLIV. b. *Ordo Librorum Veteris Teftamenti*.

XXXII. p. XLV. *Sacri Apparatus Partium Series, compactoribus obfervanda*.

XXXIII. p. XLV. b. *De tribus maioribus D.* Hieronymi *Prologis ad propria loca referendis*.

XLVI. *Epiftola B.* Hieronymi *ad* Paulinum *Presbyterum de omnibus Divinae Hiftoriae libris*.

Tertius Titulus.

המשה

חומשי

תורה

תרגום על אורייתא

ΠΕΝΤΑΤΕΥΧΟΣ.

QVINQVE LIBRI MOYSI.

Pentateuchus Ebraice, Chaldaice, & Graece cum tribus diverfis Latinis verfionibus, hac ratione difpofitus. Quodlibet folium apertum quatuor habet columnas, quarum prima textum Hebraicum continet: Secunda Translationem *B. Hieronymi*: tertia Interpretationem ex Graeco: quarta eorumdem LXX. Graecam verfionem: deinde ducta linea in inferiori parte paginarum collocatur dextrorfum Targum, feu Paraphrafis Chaldaica, e cuius regione finiftrorfum ex eadem Paraphrafi interpretatio Latina.

Cod. Hebr. Chald. Gr. & Lat. chart. impr. *Antuerpiae* apud *Chriftophorum Plantinum*, anno cIↄ. Iↄ. LXIX.

CODEX XXXIII.

BIBLIA SACRA T. 2.

PRimus titulus interior.

SACRORVM
BIBLIORVM
TOMVS
SECVNDVS.

Sequitur Tabula aere incisa, in qua adpingitur ingressus filiorum Israël in regionem promissam, sicuti enarratur in primo Tomo in Prolegomenis p. XLIV. deinde ponitur.

Benedicti Ariae Montani *Hispalensis in Chaldaicarum Paraphrasewn Libros*, *&* *Interpretationes Praefatio*, & *Prologus* B. Hieronymi Presbyteri *in Librum* Iosue *: ac demum* secundus Titulus.

נביאים
ראשונים
נביאיא קדמיא
ΠΡΟΦΗΤΑΙ ΠΡΩΤΟΙ.
PROPHETAE PRIORES.

Sub hoc nomine comprehenduntur in hoc Volumine.

1. Iosue.
2. Iudices.
3. Ruth.
4. Samuelis Lib. I. & II.
5. Regum Lib. I. & II.
6. Paralipomenon Lib. I. *&* II.

Omnes eadem lingua, & versionibus, praeter *Paralipomenon* Libros, qui Paraphrasi Chaldaica carent.

In Libros *Regum* praemittitur Prologus S. *Hieronymi* Presbyteri: itemque in libros *Paralipomenon* eiusdem *B. Hieronymi* Epistola *Dommoni* ac *Rogatiano*, & praeterea Praefatio. Additur in fine

Oratio *Manasse* Regis Iuda, quae neque in Hebraeo, neque In Graeco habetur.

Cod. Hebr. Chald. Gr. & Lat. impr. *Antuerpiae* apud *Christophorum Plantinum* in fol. absque ulia impressionis nota.

CODEX XXXXIV.

BIBLIA SACRA T. 3.

TItulus primus interior

SACRORVM
BIBLIORVM
TOMVS
TERTIVS.

Titulus secundus.

כתובים
כתיביא
ΑΓΙΟΓΡΑΦΟΙ
SANCTI LIBRI.

Sub Agiographorum nomine intelliguntur infrascripti Libri

1. *Esdrae I. & II.* eodem modo, ac alii libri huc usque recensiti, sed Chaldaicam Paraphrasim non habet. Praevius tamen est B. *Hieronymi* Prologus.
2. *Esdrae III.* & *IV.* Latine tantum.
3. *Tobias* Graece cum translatione *B. Hieronymi*; & interpretatione Latina ex Graeco.
4. *Iudith*, Graece, ut praecedens.
5. *Esther*. Hebraice, cum aliis omnibus versionibus, ac etiam Targum, usque ad totum versum 3. cap. x. deinde sequitur Graece cum duabus Latinis versionibus, ut supra.
6. *Iob*. Hebraice, cum duobus *B. Hieronymi* Prologis, atque Argumento.
7. *Psalterium*, cum duobus *B. Hieronymi* Prologis: primus in Psalterium LXX. alter in illud a se translatum.
8. *Proverbia*, praemissa Epistola *S. Hieronymi* ad *Chromacium* & *Heliodorum*, ac duobus Prologis eiusdem.
9. *Ecclesiastes*, cum uno tantum Prologo praefati *S. Hieronymi*.
10. *Canticum Canticorum* absque Prologo. Et hi omnes supradicti Libri, a libro sc. *Iob* habent textum Hebraicum; una cum aliis versionibus, ut in Pentateucho, ac Paraphrasi Chaldaica.
11. *Sapientia*. Graece, cum translatione *B. Hieronymi*, & interpretatione Latina ex Graeco, cum brevi Prologo.
12. *Sapientia Iesu filii Sirach*, qui *Liber Ecclesiasticus* appellatur. Graece, cum duabus nis versionibus.

Cod. Hebr. Chald. Graec. & Lat. impr. *Antuerpiae* apud *Christophorum Planiinum*, absque nota impressionis, in fol.

CODEX XXXV.

BIBLIA SACRA T. 4.

TItulus primus interior.

SACRORVM
BIBLIORVM
TOMVS
QVARTVS.

Titulus secundus.

נביאים
אחרונים
נביאיא בתראי
ΠΡΟΦΗΤΑΙ ΥΣΤΕΡΟΙ.
PROPHETAE POSTERIORES. Hi

Hi autem ſunt.

1. *Iſaias*, cum Prologo *B. Hieronymi*.

2. *Ieremias*, cum Praefatione, duobus Prologis, & Argumento incerti Auctoris.

3. *Threni* i. e. *Lamentationes* eiuſdem. Et quidem hi tres Libri Hebraice, cum aliis omnibus verſionibus, ut ſupra, ac Chaldaica Paraphraſi.

4. *Baruch*. Craece, cum duabus Latinis verſionibus, alteram *B. Hieronymi*, alteram vero, *vulgatam* nuncupatam: & cum brevi Praefatione, in fine habetur *Epiſtola Ieremiae*.

6. *Ezechiel Propheta*, cum Prologo. Hebraice, cum Graecis & Latinis verſionibus, ac Chaldaica Paraphraſi.

7. *Daniel*, cum Prologo *S. Hieronymi*, Hebraice, &c. ut praecedens; at caret Targum.

8. *Duodecim Prophetae*. Hebraice, Graece, & Chaldaice, cum Latina triplici verſione, ut ceteri libri, qui Chaldaeam habent Paraphraſim, cum duobus Prologis, generali, ſc. in omnes XII. Prophetas, & peculiari in *Oſeam* tantum, una cum Argumento: duobus Prologis, & Argumento in *Ioël*: tribus Prol. in *Amos*: uno tantum, & Argumento in *Abdiam*: eodem modo in *Ionam*: ſimiliter in *Michaeam*: in *Nahum*, cum Prologo tantum: cum Prologo & Argumento in *Habacuc*, in *Sophoniam*, in *Aggaeum*, in *Zachariam*, & in *Malachiam*.

9. *Machabaeorum* I. & II. Graece cum Tranſlatione *B. Hieronymi*, ac alia ex Graeco, & duobus Prologis, quorum primus eiuſdem *B. Hieronymi*.

10. *Machabaeorum* lib. III. qui in Latino non habetur. Hic tamen habetur textus Graecus, cum interpretatione Latina ex eadem lingua.

Cod. Hebr. Chald. Graec. & Lat. impr. Antuerpiae apud *Chriſtophorum Plantinum*, abſque alia nota impreſſionis, in fol.

CODEX XXXVI.

NOVVM IESV CHRISTI TESTAMENTVM T. V.

Titulus interior.

ΤΗΣ ΚΑΙΝΗΣ

ΔΙΑΘΗΚΕΣ ΑΠΑΝΤΑ.

[illegible]

NOVVM IESV

CHRISTI D. N.

TESTAMENTVM.

SACRORVM

BIBLIORVM

TOMVS

QVINTVS.

Praemittuntur in hoc Codice, quae ſequuntur Prolegomena.

I. *Tabula repraeſentans Baptiſmum Chriſti per* Iohannem.

II. *Ad* Philippum II. *potentiſſimum Hiſpaniarum Regem* Guidonis Fabritii Boderiani *Epiſtola*.

III. *Ad ſacrarum Linguarum ſtudioſum* Lectorem Guidonis Fabritii Boderiani *natione Galli*, *in Novi Teſtamenti Syriaci Interpretationem Praefatio*.

IV. *Candido* Lectori Guido Fabr. Bod. *in Tabulam Titulorum totius Novi Teſtamenti Syriaci*.

V. *Tabula Evangelicarum Lectionum, ſicuti eae ex* Matthaeo, Marco, Luca, & Iohanne *in Dominicos, & Feſtos dies anniverſarios Eccleſiae Syriacae diſtribuuntur. Numeri verſibus ſingulis adſcripti, ad paginas, in quibus Lectionum eiuſmodi capita literis minoribus diſtincta ſunt, referri debent*.

VI. *Altera Tabula Lectionum Dominicalium, & Feſtivarum, quae inveniuntur in* Paulo *Apoſtolo. ſecundum ordinem converſionis totius anni*.

VII. *Tabula Dominicarum, & Feſtorum, quae in Libro Apoſtolicorum Actorum ſecundum ordinem converſionis totius anni, inveniuntur, paginarum numerus ad omnia capita commonſtratur*.

VIII. *Tabula Epiſtolae* Iacobi Apoſtoli.

IX. *Tabula Epiſtolae* Petri *Apoſtoli*.

X. *Tabula Epiſtolae* Iohannis Apoſtoli.

XI. *Loca reſtituta in novi Teſtamenti Syriaci contextu, ope antiquiſs. exemplaris manuſcripti, cuius in Praefatione mentio facta eſt*. De hoc Codice in ea Praefatione adfirmatur, ſcriptum fuiſse anno 1500. Regni *Alexandri* [qui eſt *Chriſti* 1193. ſecundum *Vſſerum*] & adſervari *Antuerpiae* apud *Danielem Bombergium*, eo anno (ſc. circa 1570. quo fuit a *Guidone Fabritio Boderiano* collatus.

XII. *Errata, quae inter excudendum in novum Teſtamentum irrepſerunt*.

Expletis Prolegomenis, NOVVM TESTAMENTVM ſuccedit, cui praemittitur.

Epiſtola B. Hieronymi *ad* Damaſum *Papam*, *in quatuor Evangeliſtas, quae Prologi loco ponitur*.

Prologus alter, item in omnes Evangeliſtas. Auct. Anonymo.

Prologus & Argumentum in Matthaeum. *Deinde incipiunt Libri Novi Teſtamenti*.

I. *Evangelium ſecundum* Matthaeum *Syriace*, *cum Interpretatione Latina* Guidonis Fabricii: *huic adnectitur Tranſlatio* B Hieronymi: *& dehinc Graecus Textus*: ad calcem denique cuiuſque paginae ponitur Textus Syriacus, ſed charactere Hebraico, quod obſervatur per totum hoc ſacrum opus.

Epiſtola II. Petri, II. & III. Ioannis, *item* Iudae, *& eiuſdem* Ioannis *Apocalypſi*: *exceptis, quae Syriaco Textu carent*.

II. *Evangelium ſecundum* Marcum, *cum Prologo* S. Hieronymi.

III.

III. *Evangelium secundum* Lucam *cum Prologo* S. Hieronymi.

IV. *Evangelium secundum* Iohannem *cum Prologo incerti Auctoris*.

V. *Acta Apostolorum, Auct.* D. Luca, *cum Praefatione* B. Hieronymi, *atque alio Prologo Auct. Anonymo*.

VI. D. Pauli *Epistolae XIV. cum Praefatione* S. Hieronymi, *& Prologo speciali in Epistolam ad Romanos, atque Argumento incerti Auctoris: itemque cum Prologo & Argumento Incerti in Epistolam ad Corinthios: cum Argumento tantum in omnes reliquas Epistolas*.

VII. D. Iacobi *Epistola, cum Prologo in septem Canonicas Epistolas, ac Argumento in easdem: itemque cum Argumento speciali in hanc* D. Iacobi: *quod etiam in ceteras sequentes praemittitur*.

VIII. D. Petri *Epistolae duae*: harum secunda Syriacum textum non habet.

IX. B. Iohannis *Epistolae III.* quarum II. & III. Syriaco textu carent.

X. *Epistola* B. Iudae *Apostoli* eodem modo.

XI XXIII. *Apocalypsis* B. Ioannis, Graece, & Latine tantum.

Cod. Syr. Hebr. Gr. & Lat. chart. impress. Antuerpiae apud *Christophorum Plantinum* Regium Prototypographum anno 1571. in fol.

CODEX XXXVII.

NOVVM TESTAMENTVM GRAECE. T. 6.

EXpensis iam in praecedentibus quinque Tomis Polyglottis Bibliis tum Veteris, tum Novi Testamenti, ad expendendum sacrum Apparatum, in tres Tomos distributum, progrediar: quod eo libentius efficiam, propterea quod hoc opus utilius sit, atque ad studium eorumdem Bibliorum rite suscipiendum apprime necessarium. Praeterea, quum hi nostri Codices (quod & in aliis exemplaribus observavi) ob librariorum oscitantiam male compacti fuerint; non enim adverterunt Monitum, in Prolegomenis Tomi I. fol. XLV. ipsis datum, quod hunc praefert titulum: *Sacri Apparatus partium series a compactoribus observanda*: & quum haec series haud parum studiosis prosit: in eaque res quamplurimae adlatae per ordinem fuerint disponendae; ideo in principio uniuscuiusque Codicis propriam seriem adferam: deinde ea, quae librarius temere vel casu consarcinavit, edisseram.

Horum trium Apparatus sacri Voluminum huiusmodi exacta recensio, jam in principio horum Bibliorum laudato P. *Niceroni* probatur, qui eam praetermittere noluit; immo ad hanc partem deveniens, sic ait T. XXVIII. cit. p. 315. „*Les trois derniers sont* l' Apparat sa„cre, *dont il faut parler un peu en detail*.

Hic itaque Codex, qui Apparatus Sacri primus est *De verborum copia continet*: atque in eo, quae haeic infra enunciantur, fuerant colliganda, videlicet

Grammatica Hebraica cum Hebraico Dictionario.

Grammatica Chaldaica cum Syrochaldaico Dictionario; at haec in sequente Codice reposita fuit.

Grammatica Syriaca cum Syro Dictionario, sive Syrorum peculio.

Grammatica Graeca, cum Dictionario Graeco. Hanc vero in Tomo III. sc. in Codice XXXIX. reperies.

Librarius vero noster trifariam divisit hunc Codicem, cuius primam partem more Scripturarum occidentalium compegit: secundam, ac tertiam orientalium more. Itaque pars I. hunc praefert titulum.

NOVVM
TESTAMENTVM
GRAECE.

Cum vulgata interpretatione Latina Graeci contextus lineis inserta: Quae quidem interpretatio, cum a Graecarum dictionum proprietate discedit, sensum videlicet, magis quam verba exprimens, in margine libri est collocata: atque alia BEN. ARIAE MONTANI *Hispalensis opera e verbo reddita, ac diverso characterum genere distincta*: LOVANIENSIVM *vero Censorum iudicio, & totius Academiae calculis comprobata, in eius est substituta locum*. Sequitur breve Typographi monitum ad Lectorem. *Antuerpiae excudebat* Christophorus Plantinus *Regius Prototypographus MDLXXII*. In ea autem continentur, *cum* Benedicti Ariae Montani *Hispalensis in novi Testamenti Graeci Latinam interpretationem, e verbo expressam, ad* Christianum Lectorem *Praefatione*.

I. *Quatuor Evangelia*, Matthaei *sc.* Marci, Lucae, *&* Iohannis.

II. *Acta Apostolorum, Auct.* D. Luca Evangelista.

III. D. Pauli *Epistolae XIV.*

IV. D. Iacobi *Epistola I.*

V. D. Petri *Epistolae II.*

VI. D. Iohannis *Epistolae III.*

VII. D. Iudae *Epistola I. Graece, & Latine tantum*.

VIII. *Apocalypsis* S. Iohannis Apostoli.

Et hoc Novum Testamentum sequentis Voluminis VII. pars est. Deinde converso Codice, quae II. pars est, orientali more habetur ad calcem hic titulus.

THESAVRI HEBRAICAE LINGVAE A SANTE PAGNINO LVCENSI CONSCRIPTI EPITOME. Cui accessit GRAMMATICES LIBELLVS EX OPTIMIS QVIBVSQ. GRAMMATICIS COLLECTVS. Antuerpiae excudebat *Christophorus Plantinus* Prototypographus regius 1572. cum Praefatione *Francisci Raphelengii Alnetani*, Hebraicae linguae studiosis. Et haec sunt, quae in hac parte continentur.

I. *Grammatica Hebraea, ex omnibus quibusque Grammaticis collecta*.

II.

II. קצר אוצר לשון הקדש hoc est *Epitome Thesauri linguae sanctae*, *Auctore* Sante Pagnino *Lucensi*.

III. *Index Dictionum, quarum radix inventu paulo difficilior videtur: earum radice postposita.*

IV. *Grammatica Linguae Syriacae, inventore atque Auctore* Andrea Masio. *Opus novum, & a nostris hominibus adhuc non tractatum: quod laboriosa animadversione, atque notatione vocalium, aliorumque punctorum Syricorum, quibusque dictionibus in optimis emendatissimisque libris appositorum ille nuper composuit. Antuerpiae, ex officina* Christophori Plantini *regii Prototypographi MDLXXI. cum Epistola nuncupatoria praedicti* Andreae Masii D. Benedicto Ariae Montano, *Theologo doctissimo, piissimoque*, data Zenevrae Idibus Martiis cIɔ. Iɔ. LXX.

V. *Syrorum peculium, hoc est vocabula apud Syros Scriptores passim usurpata: Targumistis vero aut prorsus incognita, aut in ipsorum vocabulariis adhuc non satis explicata.* Andreas Masius *sibi, suae memoriae iuvandae caussa, colligebat. Antuerpiae, ex Officina* Christophori Plantini *Regii Prototypographi. MDLXXI. cum Epistola nuncupatoria eiusd.* Masii. D. Benedicto Ariae Montano *Theologo, viro doctissimo.*

VI. *Variarum Novi Testamenti Lectionum Libellus a* Gulielmo Cantero *concinnatus*. Et hic cum sequentibus VII. VIII. IX. & X. more occidentalium sunt impressi.

VII. *Variarum in Graecis libris Lectionum Libellus a* Gulielmo Cantero *concinnatus, cum Praefatione.*

VIII. יתיר & קרי & כתיב Chetiv, & cherì, & jathìr h. e. *scriptum esse* (sc. ea, quae in Bibliis scribuntur, sed non leguntur, vel e contra) *per accidens*, seu *cum defectu* (i. quae aliqua littera carent) & *abundans esse* (sc. quae item aliqua littera redundant.)

IX. Benedicti Ariae Montani *De exemplari Psalterii Anglicani Animadversio.*

X. Benedicti Ariae Montani *Hispalensis de varia in Hebraicis libris lectione, ac de Mazzoreth ratione atque usu*, Praefatio ad lectorem.

XI. *Variae Lectiones, & adnotatiunculae, quibus Targum, idest Chaldaica Paraphrasis infinitis in locis illustratur & emendatur, cum Epistola* Francisci Raphelengii *Chaldaicae linguae Studiosis*. Redit impressio ad morem orientalem.

XII. *Loca ex Chaldaica Paraphrasi reiecta, quae supervacanea esse videbantur.*

XIII. *Hebraea, Chaldaea, Graeca, & Latina nomina, virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, fluviorum, montium, ceterorumque locorum, quae in Bibliis utriusque Testamenti leguntur in veteri interprete cum aliquot appellativis Hebraicis, Chaldaicis, & Graecis vocibus, adiecta eorum expositione & explicatione. Locorum praeterea descriptio ex Cosmographis*, cum Praefatione Typographi *Christiano Lectori*. Et hoc opusculum more occidentali impressum est.

Progreditur ad III. huius Voluminis Partem, quae item cum VII. Tomo colliganda fuerat. *Hebraicorum Bibliorum Veteris Testamenti Latina interpretatio, opera olim* Santis Pagnini *Lucensis: nunc vero* Benedicti Ariae Montani *Hispalensis*, Francisci Raphelengii *Alnetani*, Guidonis & Nicolai Fabriciorum, Boderianorum *fratrum collato studio, ad Hebraicam dictionem diligentissime expensa. Censorum Lovaniensium iudicio examinata, & Academiae suffragio comprobata. Ad regii sacri operis commoditatem, & apparatum.* Christophorus Plantinus, *Regius Prototypographus Antuerpiae excudebat*, cum Praefatione *Benedicti Ariae Montani*, ac Lovaniensis Vniversitatis approbatione. In hoc autem Volumine habetur tantum.

Pentateuchus *cum versione* Santis Pagnini *interlineali, ad Hebraicam paraphrasin diligenter examinata, atque verborum radicibus in margine.*

Cod. Hebr. Chald. Gr. Syr. & Lat. chart. impr. ut supra, in fol.

C O D E X XXXVIII.

DICTIONARIVM SYRO-CHALDAICVM.

BIBLIA SACRA T. 7.

HIC pariter Codex, qui *Sacri Apparatus* T. II. est, ac ea, quae pro secunda eiusdem Parte, necessaria sunt ad *linguarum exercitationem*, debuerat continere, videlicet:

I. *Biblia Hebraica Veteris Testamenti, cum interpretatione Latina ad verbum interlineali. & verborum radicibus in margine.*

II. *Novum Testamentum Graecum, cum interpretatione Latina interlineali.*

III. *Hebraicorum idiotismorum librum*; quae sequuntur continet: & quidem omnia more orientali impressa.

I. DICTIONARIVM SYRO-CHALDAICVM, GVIDONE FABRICIO BODERIANO COLLECTORE ET AVCTORE. ANTVERPIAE *excudebat* Christophorus Plantinus *Archytipographus Regius M.D. LXXIII. cum Epistola Nuncupatoria eiusdem* Fabricii, Benedicto Ariae Montano *Theologo doctissimo*: Data *Falesiae in Musaeolo suo. die XII. Augusti Anno MDLXXI.*

II. *Grammatica Chaldaea.*

III. *Dictionarium Syro-chaldaicum*, a Guidone Fabricio *collectum*. Et haec Tomi praecedentis sunt Partes.

Deinde succedunt Libri Vet. Testam. Hebraice, cum versione Latina interlineali, ac verborum radicibus ad marginem, praeter Pentateuchum, qui in praeced. Volumine repositus fuit. Et hi quidem libri hoc ordine sunt dispositi.

1. Iosue.
2. Iudices.
3. Ruth.
4. Samuel I. & II.
5. Regum I. & II.

6. Pa-

6. Paralipomenon I. & II.
7. Ezrae I. & II.
8. Esther.
9. Job.
10. Psalmi.
11. Proverbia.
12. Ecclesiastes.
13. Canticum Canticorum.
14. Isaias.
15. Ieremias.
16. Ezechiel.
17. Daniel.
18. XII. Prophetae minores.

Cod. Chald. Syro-chald. Hebr. & Lat. impr. ut supra in fol.

CODEX XXXIX.

LEXICON GRAECVM.

BIBLIA SACRA T. 8.

DE hoc T. III. Apparatus sacri, praefatus P. *Niceronius* T. XXVIII. cit. p. 117. refert; „ Le troisiéme volume renferme un recueil „ des Idiotismes de la langue Hebraïque, & „ plusieurs discours, qui ont été réimprimés „ depuis sous le titre d' *Antiquitatum Iudaicarum libri IX.* comme jé l' ai marqué au „ N. 14.

Deinde de universo hoc opere sequens judicium addit.

„ M. *Simon* ne parlè pas fort avantageusement de la traduction d' *Arias Montanus*. „ Il s' est contenté, dit-il, de revoir la version „ de *Pagnin*, e de la réformer aux endroits „ où il ne la croyoit pas assez à la lettre; „ mais on a eu raison de dire, en parlant de „ ses corrections; *Quot correptiones, tot corruptiones*. Car bien loin d' ôter les defauts, „ qui étoient en très-grand nombre, dans la „ version de *Pagnin*, il les a augmentés. Toute son érudition consiste a traduire les mots „ hebreux a la letre selon leur signification la „ plus ordinaire, sans prendre garde, si ellè „ convient ou non aux endroits où il l' employe: ce qui fait, que sa version est quelquefois inintelligible. Vide tamen de hoc Scriptore *Thomam Pope-Blount*, in *Censura celebriorum Authorum*, pag. mihi 774. seqq. & ipsius Vitam, cura & studio *Ioh Francisci Foppens*, in Bibliotheca Belgica T. I. p. 130. cum ipsius effigie editam: necnon Auctores a *Niceronio* d. loco relatis, in testimonium eiusd. *Montani*.

In hoc etiam Codice sacri Apparatus T. III. ac in eo de copia rerum continendi erant libri, scilicet;

1. *Ioseph, sive de arcani sermonis interpretatione.*
2. *Ieremias, sive de Actione.*
3. *Thubal-Cain, sive de mensuris sacris, cum Tabula ahenea sicli in fine.*
4. *Phalegh, sive de gentium sedibus primis, cum Tabula orbis in fine.*
5. *Canaam, sive de duodecim gentibus cum Tabula terrae Canaam in fine.*
6. *Caleb, sive de Terrae Promissae partitione, cum Tabula terrae Israël in fine.*
7. *Noah, sive de sacris fabricis, cum Tabulis decem hoc ordine.*

Tab. I. Arcae Noe.
II. *Sacri Tabernaculi ichnographia.*
III. *Sacri Tabernaculi ortographia ex interiori prospectu.*
IV. *Sacri Tabernaculi ortographia ex prospectu exteriori.*
V. *Tabernaculi absoluti &c. exemplum.*
VI. *Candelabri, altarium, & Arcae foederis exemplum.*
VII. *Castrametationis ordo.*
VIII. *Templi Hierosolymitani antiqui; cum atriis &c. ichnographia.*
IX. *Sacrae aedis ichnographia, & sciographiae pars.*
X. *Templi cum porticu, cellis &c. ortographia.*

8. *Aaron, sive de sanctorum vestimentorum &c. cum Tabula Sacerdotis depicti in fine.*
9. *Neemias, sive de antiquae Hierusalem situ, cum Tabula in fine.*
10. Daniel, *sive de Saeculis, Codex integer.*
11. *Index Biblicus.*
12. *Hebraeorum Chaldaeorum, Graecorum, & Latinorum nominum propriorum &c.* (sc. Expositio.)
13. *Variarum Lectionum Chaldaicarum.*
14. *Variarum Lectionum Hebraicarum, sive* מסורת
15. *Variarum Lectionum Graecarum.*
16. *Variarum Lectionum Latinarum.*
17. *Tabula titulorum totius Novi Testamenti.*

Pro his, quae succedunt coacervata fuere.

I. *Lexicon Graecum, & Institutiones Linguae Graecae, ad sacri Apparatus instructionem. Antuerpiae, excudebat* Christophorus Plantinus *Prototypographus Regius MDLXXII.* Verum hi duo libri, quorum primus est *Institutio*, ad primum eiusdem *Apparatus* Tomum pertinent, h. e. ad Cod. XXXVII.

II. *Liber Ieremiae, sive de Actione, ad sacri Apparatus instructionem*, Benedicto Aria Montano *Hispalensi Auctore editus. Antuerpiae &c. MDLXXI.* cum ipsius Auctoris Praefatione.

III. *Daniel, sive de saeculis Codex integer a* Benedicto Aria Montano *Hispalensi rationem ex sacris nominibus subducente, conscriptus*, cum Typographi monito. *Antuerpiae &c. MDLXXII.* cum Auctoris Praefatione.

IV. *Variae Lectiones in Latinis Bibliis editionis vulgatae ex vetustissimis manuscriptis exemplaribus collectae, & ad Textum Hebraicum, Chaldaicum, Graecum, & Syriacum examinatae, opera & industria aliquot Theologorum in Academia Lovaniensi, cum Praefatione* Iohannis Harlemii.

V. *Variae Lectiones in Novo Testamento, ad Textum Graecum, & Syriacum expensae, cum brevi Prologo* ad Lectorem.

VI. *Loca quaedam, in quibus a Librariis error*

ror aliquis commissus videri poterat, quem tamen ex manuscriptis deprehendere nequivimus.

VII. *Illustriss.* D. Sirleti, *S. R. E. Cardinalis Annotationes variarum Lectionum in Psalmos ad sacri Bibliorum Apparatus instructionem.*

VIII. THVBAL-CAIN, *sive de Mensuris sacris Liber, tribus voluminibus distinctum.*

DE CVBITO
DE SATHO
DE SICLO

Benedicto Aria Montano *Hispalensi Auctore*: cum Typographi Monito ad Lectorem. *Antuerpiae &c. MDLXXII.* cum Auctoris explicatione quorumdam nominum, quae occurrunt in hoc libro, atque eiusdem Praefatione. In fine adfertur figura Sicli cum sua Inscriptione.

IX. *Communes & familiares Hebraicae linguae idiotismi, omnibus Bibliorum interpretationibus, ac praecipue Latinae* Santis Pagnini *versioni accommodati, atque ex variis doctorum virorum laboribus, & observationibus selecti & explicati* Benedicti Ariae Montani *Hispalensis opera, ad sacrorum Bibliorum Apparatum. Antuerpiae &c. MDLXXII.* cum Auctoris Praefatione.

X. *Aaron, sive sanctorum vestimentorum, ornamentorumque summa descriptio ad sacri Apparatus instructionem.* Benedicto Aria Montano *Hispalensi Expositore Antuerpiae &c.* eod. anno. In fine habetur SACERDOTIS ANTIQVI SANCTIS VESTIBVS, ET ORNAMENTIS INSTRVCTI EXEMPLVM EX DESCRIPTIONE *Mosis* A *Benedicto Aria Montano* OBSERVATVM CVM MINISTERIALI SACRIFICIORVM APPARATV, ET MINISTRORVM VESTIBVS, *in aere incisum cum adlata Epigraphe.*

XI. *Liber Ioseph, sive de Arcano sermone, ad sacri apparatus instructionem* a Benedicto Aria Montano *Hispalensi concinnatus, cum Monito Typographi ad Lectorem. Antwverpiae &c. MDLXXI.* Praemittitur *de divisione rerum, ex quibus Arcanus instituitur sermo, ac symbola petuntur,* deinde sequitur Auctoris Praefatio: ac duplex Index adiicitur in fine, altero Rerum, quae in hoc libro explicantur: altero Explicationum, quae in eo differuntur.

XII. *Index Biblicus, qui res eas, de quibus in sacris Bibliis agitur, ad certa capita alphabeti ordine digesta, revocatas, summa brevitate complectitur.* cum Praefatione *Iohannis Harlemii ad Lectorem.*

XIII. *Phaleg, sive De Gentium sedibus primis, Orbisque Terrae situ, Liber* Benedicto Aria Montano Hispalensi *Auctore. Antuerpiae* &c. *M. D. LXXII.* cum Auctoris Praefatione. In hoc Tractatu recensentur sedes adscriptae Filiis *Noe*, atque ipsorum successoribus. Ad calcem adfertur Tabula, aere incisa, Hebraeorum tentoria per Tribus, & sacrificiorum septum repraesentans. Deinde succedit *Orbis Tabula Ben. Aria Montano Auctore*, in aere incisa: quae inscribitur: BENED. ARIAS MONTANVS SACRAE GEOGRAPHIAE TABVLAM EX ANTIQVISSIMOR. CVLTOR. FAMILIIS A MOSE RECENSITIS AD SACROR. LIBROR. EXPLICANDOR. COMMODITATEM. ANTWERPIAE IN PHILIPPI REGIS CATHOLICI GRATIAM DESCRIBEBAT 1571. In ea adnotantur sedes Familiarum, a filiis *Noe* descendentium.

XIV. *Liber Chanaam, sive de Duodecim Gentibus: Benedicto Aria Montano, Auctore,* cum Praefatione ejusdem, ac *Tabula Terrae Canaam Abrahae tempore, & ante adventum Filiorum Israel, cum vicinis & finitimis regionibus, ex descriptione ejusdem* Montani.

XV. *Liber Chaleb,* sive *De Terrae Promissionis partitione.* Auct. Benedicto Aria Montano, cum ipsius Praefatione, ac in fine cum Tabula geographica, aere incisa, Terrae Israël omnis, ante Canan dictae, in Tribus undecim distributae, accuratissima, & ad sacras Historias intelligendas opportunissima, cum vicinarum Gentium adscriptione, & exactissimo mansionum XLIII. situ. *Ad sacri Apparatus instructionem* a Benedicto Aria Montano *descripta.*

XVI. *Nehemias,* sive *De antiquae Ierusalem situ, volumen,* a Benedicto Aria Montano Hispalensi *descriptum,* cum Praefatione eiusdem. Circa medium habetur *Antiquae Ierusalem vera icnographia, ad sacrae lectionis praecipue, & aliarum de illa urbe historiarum explicationem; Ex collatione Auctorum, cum ruinarum vestigiis ac situ ipso.*

XVII. *Exemplar,* sive *De sacris Fabricis Liber,* Benedicto Aria Montano Hispalensi *Auctore. Antuerpiae,* &c. *M. D. LXXII.* cum ipsius Auctoris praefatione *ad divinorum Librorum studiosos Lectores.*

XVIII. *Noah,* sive *De Arcae fabrica & forma,* Auct. *Benedicto Aria Montano.* Tabulae x. aeneae, quae ad hunc Librum pertinebant reiectae fuerunt ad Codicis calcem inverso tamen ordine praeter septimam, quae inscribitur *Castrametationis ordo*: quam post librum *Phaleg* invenies.

XIX. *Biseleel,* sive *De Tabernaculo.* Auctore eodem.

XX. *Ariel,* sive *De Templi fabrica, & structura, ubi de Atriis, de Aris, Apparatuque Templi, deque horum usu disseritur.*

Cod. Gr. & Lat. chart. impr. ut supra in fol. mai.

CODEX XL.

EVANGELIA CHARACTERIBVS SYRIACIS EXARATA.

„ 40. COdex Evangeliorum Syriacus optimus characteribus antiquis sine punctis vocalibus scriptus anno Alex. 1038. hoc est iuxta epocham vulgarem Syrorum, & Orientalium ad nostrum computum redacta Anno Chr. 727. ab initio Harmoniam Evangelicam habet *Eusebii Pamphyli.* Hic Codex fere 925. annis ante nostra tempora scriptus est, fol. MS. Syriace. *Langius.*

„ XL. Codex Evangeliorum Syriacus uncialibus litteris exaratus, & optime conservatus Editio recentior, quam *Thomae Heracleensi* tribuunt quidam recentiores, *Gregorii Bar Hebraei* auctoritatem sequuti, qui in Praefatione sui Thesauri sic scribit „ *Novum Testamentum ex Graeco in Syriacum iterum conversum est in urbe Mabug, in diebus* Philoxeni *a* Thoma *de* ܚܪܩܠ *Charkel*, at *Charkel* non est *Heraclea*, quae semper per ח effertur, & scribitur, sed pagus quidam in Mesopotamia, & *Gregorii* testimonio, testimonium ipsius *Thomae* praeferendum est, qui versionem sub *Philoxeno* adornatam, tantum emendasse se scribit; nunquam verò suae versionis meminit. Eiusdem confessionem hic subiicio, quam ex Codice ipsius *Thomae* manu exarato descriptam ad me misit de hac re consultus, doctissimus, idemque amicissimus D. *Faustus Naironus* „ [at haec confessio ab Amanuense praetermissa fuit in autographo] Notandum tamen est, supradictam vocem ܚܪܩܠ non *Charkel*, sed *Harkel* efferendam esse; eum enim pagum, seu oppidum denotat, cui nomen a Graecis impositum fuit *Heraclea*, seu *Heraclium*, ab *Hercule* petitum, quod quidem nomen, quum Syri graecizare volunt, vocant הרכליא, per litteram ܗ, *He*, non per ܚ *Chet*.

„ *Collatus est autem Codex iste cum duobus Codicibus authenticis. Conversus est autem liber iste quatuor Sanctorum Evangelistarum, ex Graeca lingua in Syriacam perexacte, & magno cum labore primum quidem in urbe* Mabug, *in diebus Domini mei* Philoxeni *Episcopi, eiusdem urbis. Collatus est post haec magna cum diligentia, a me* Thoma paupere *cum tribus Graecis Codicibus probatis, & authenticis in* Anton Alexandriae *Magnae Civitatis, sanctis Monasteriis* Antonii, *ubi etiam illum scripsi mihi ad utilitatem animae meae peccatricis, & plurimorum eorum, qui diligunt, & quaerunt sinceritatem & αὐθεντίαν illum utilem divinorum librorum scire, & servare. Scriptus est autem, & collatus in praedicto loco anno* 927. *Alexandri*. Codex MS. in fol. Syriace in membranis, anno Chr. 759. ut liquet ex *Amanuensis* nota in fine Cod. vid. *Explicit Codex iste Evangeliorum in Civitate Orphae, quae est in Mesopotania, in templo Apostolorum SS. in eadem Civitate Orphae, mense Decemb. anni millesimi sexagesimi octavi* Alexandri *Indictione* XII. *Est autem SS. & Dei amantis, atque venerabilis Domini mei* B. Abrami, *qui praeest sancto coetui Monasterii* S. Iacobi, *quod est in oppido Karmuse, quod est in regione Orphae, quem Codicem sibi adornavit ipse velut in spiritualem utilitatem suam, & eorum omnium, qui illum legerint* „ Deducta igitur *Alexandri* Epocha ad nostrum computum, scriptus fuit hic Cod. anno Chr. 759. in quem incidit Indictio XII. ab *Amanuense* notata. Canones Eusebianos, & lectionum tabulam sub initium exhibet; sed haec adiecta videntur recentiori manu, nec character, licet & ipse perantiquus, aetatem Codicis aequat. *Catal. Montfauc. ex autogr.* Et haec recensio est Cl. V. *Ambarachi* superius laudati pag. 9.

„ Sanctum *Iesu Christi* Evangelium Syriace exaratum in urbe Edessa in Mesopotamia, mense Decembri, anno Graecorum millesimo sexagesimo octavo, Chr. DCCLVII. sub *Abrahamo Abbate*, ut liquet ex nota Calligraphi ad calcem adposita. Sub initium exhibet Codex Canones Harmonicos *Eusebii Pamphyli* Caesariensis, eiusdemque Epistolam ad *Carpianum*, & Lectionum tabulas iuxta Syrorum ritus, in quibus earumdem tempus, & ordo designatur. Sed haec adiecta videntur recentiori manu: nec character licet & ipse perantiquus, aetatem Codicis aequat.

„ In margine numerantur Sectiones Eusebianae cum earumdem reductione ad decem praefatos *Eusebii* Canones: & passim quatuor *Evangelistarum* Harmonia ad calcem singulorum fere Codicis foliorum literis numeralibus indicatur.

„ Canonum autem, Sectionum, & Capitum maiorum numerus ex epigrahe ad calcem cuiusque *Evangelistae* adiecta notatur.

„ Pagina 55. a tergo: *finem habuit sanctum Evangelium* Matthaei Evangelistae, *qui locutus est Hebraice. In eo sunt capita sexaginta octo: Canones vero numerantur tercenti, & sexaginta: Miracula vigintiquinque: Parabolae quinque supra viginti, & Testimonia ex veteri Testamento triginta duo.*

„ Pagina 84. In fine Evangelii *S. Marci* ad calcem cernitur eiusdem *Evangelistae* Imago, variis coloribus ruditer expressa, in hunc modum. In aedicula, ut cernitur, duabus columnis subfulta, stat *S. Marcus*, qui dextra manu Evangelii sui Codicem tenet pectori admotum: sinistra vero manu pallio velata eumdem Codicem, quem pictura exhibet gemmis ornatum, subftinet. Nimbo, divini luminis & gloriae symbolo, eius caput decoratur: pedes vero caligis induti visuntur. Vtrinque iuxta caput *Evangelistae* eius nomen adnotatum legitur.



Mox

„ Mox legitur in corpore: *Finem habuit S.* „ *Evangelium* Marci, *qui locutus est Romane in* „ *urbe Roma. In eo autem sunt Capita duo de* „ *quinquaginta: Canonum numerus bis centum* „ *& quadraginta. Miracula duo supra viginti:* „ *Parabolae sex: Testimonia ex veteri Testamen-* „ *to viginti septem.*

„ Pagina 128. *Finem habuit sanctum Evan-* „ *gelium* Lucae, *qui locutus est Ionice. In eo* „ *sunt Capita tria supra octoginta: Canones nu-* „ *mero ter centum quadraginta octo: Miracula* „ *tria supra viginti: Parabolae viginti septem,* „ *Testimonia ex veteri Testamento sexdecim.*

„ Pagina 160. a tergo: *Explicit descriptio S.* „ *Evangelii* Ioannis, *qui locutus est, & scripsit* „ *Ionice in Epheso. In eo autem numerantur Ca-* „ *pita decem & novem: Canones numero bis cen-* „ *tum triginta duo: Miracula octo, Parabolae* „ *quinque: Testimonia ex veteri Testamento quin-* „ *decim.*

„ Numerus Capitum, ut vides, cum iis, „ qui in superioribus Evangeliorum Codicibus „ adnotantur, minime concordat. Praeterea „ legitur in isto Codice, quae in praefatis Co- „ dicibus deest. *Historia Adulterae*; hinc eum- „ dem diversae editionis esse ab illis, & iux- „ ta versionem *Philoxeni* Maburgensis, a *Tho-* „ *ma Harclensi* emendatam, quae apud non- „ nullos Syros in usu est, editum non dubita- „ mus.

„ *Philoxenus* enim, qui & Xenaias Episco- „ pus Hierapolis, seu Mabugi haereticus Mo- „ nophysita, anno Christi DVIII. Syriacam sa- „ crorum Evangeliorum versionem edidit, te- „ ste *Thoma Harclensi* in nota ad calcem Codi- „ cis Evangeliorum ab eodem exarati anno „ Graecorum DCCCCXXVII. Christi DCXVI. qui „ in Bibliotheca Angelica *S. Augustini* de Vr- „ be extat, ubi haec de versione *Philoxeni.* „ *Translatus fuit Liber hic quatuor Evangelio-* „ *rum primum quidem in urbe Mabugo a religio-* „ *sissimo Mar* Philoxeno *Confessore eiusdem urbis* „ *Episcopo &c.* Hanc *Philoxeni* versionem idem „ *Thomas Harclensis* Episcopus Germanicae, „ (qui perperam *Heraclensis* nuncupatur; nam „ non ex Heraclea Syriae urbe, sed ex Har- „ chel Mesopotamiae pago, originem, & no- „ men duxit) ad tria exemplaria Graeca val- „ de accurata, correctaque in *Anton*, seu *An-* „ *tonianorum Monachorum* Monasterio, in urbe „ Alexandriae sito, studiosissime contulit, an- „ no *Alexandri* DCCCCLXVII. hoc est, Christi „ DCXVI. pluribusque in locis emendavit, uti „ liquet ex epigraphe Codicis praelaudatae „ Bibliothecae Angelicae ab eodem *Thoma* e- „ xarata. Hinc versio haec *Thomae Harclensi* „ communiter tribuitur: neque Philoxeniana, „ aut *Xeniaensis*; sed *Harclensis*, sive *Hera-* „ *cleensis* nuncupatur: de qua frequens fit men- „ tio apud Syros Scriptores, ac praesertim „ *Iacobitas*, qui ea in divinis Officiis utun- „ tur, eiusque auctoribus, *Philoxeno* nimirum, „ & *Thoma*, acerrimis Monophysiticae septae „ contra Patres Calchedonenses propugnato- „ ribus, Sanctorum cultum praestant quotan- „ nis.

„ Pertinuit autem eximius hic Codex ad „ *Abrahamum* Abbatem Monasterii *S. Iacobi*: „ deinde ad *Eleazarum*, & ad Doctorem *Isaac*, „ Abbatem Monasterii *S. Ioannis*: mox ad *A-* „ *brahamum* de oppido Caramsadde, qui eum- „ dem Monasterio *S. Mariae de Cannubin* do- „ no dedit, ut liquet ex Monumentis eidem Co- „ dici adiectis. *Quisquis in eo legerit misera-* „ *tionem precetur* Abrahamo de oppido Caram- „ sadde, *qui illum praedicto S. Monasterio irre-* „ *vocabili donatione dedit.*

„ Pag. 9. Arabice. *In Nomine sanctissimae* „ *Trinitatis. Hic Codex spectat ad Monasterium* „ S. Martae de Kannubin.

„ Pag. 161. *In Nomine Patris, & Filii, & Spi-* „ *ritus sancti nunc & semper, & in saecula sae-* „ *culorum: Amen. Explicit Codex iste quatuor* „ *Evangeliorum in civitate* Orphae (Edessae, „ *quae est in Mesopotamia, in Templo sancto-* „ *rum Apostolorum eiusdem civitatis* Orphae) „ *mense* Canun *priori* (Decembri) *anni* Ale- „ xandri *millesimi sexagesimi octavi, Indictio-* „ *ne duodecima. Est autem Venerabilis, & Dei* „ *amantis* Mar-Abrahami, *qui praeest Mona-* „ *sterio Sancti* Iacobi, *quod est in oppido* Kar- „ musc *prope urbem* Orpham; *& eumdem si-* „ *bi ipse adornavit velut in spiritualem utili-* „ *tatem suam, & eorum omnium, qui illum* „ *legerint.* Deus *retribuat ei pro uno centum* „ *sexaginta tria in regno Coelorum: suorum-* „ *que Defunctorum bonam memoriam faciat in* „ *mansione sanctorum, precibus Deiparae, &* „ *omnium Sanctorum. Amen. Si quis legendi* „ *causa Librum hunc petierit, vel ab eo quid-* „ *quam transcribendi causa, quocumque modo* „ *suadente dein Diabolo, sibi usurpaverit, vel* „ *paginam abstraxerit, maledictus esto........* „ .....Reliqua ob defectum paginae deside- „ rantur. Et paullo infra, in eadem pagina a „ tergo, alia sed pervetusta manu: *Rabbanus* „ (Doctor) *Isaac, Abbas Monasterii.......* „ *emit Codicem hunc Evangeliorum a Monacho E-* „ *leazaro novem denariis, quorum quilibet carata* „ *continet quadraginta; ideoque subcriptionem* „ *meam adiunxi.*

„ Deducta igitur *Alexandri Magni* Epocha „ ad nostrum computum, scriptus fuit hic Co- „ dex anno Christi septingentesimo quinqua- „ gesimo septimo, in quem incidit indictio- „ duodecima a Calligrapho notata.

„ Codex membranaceus in quarto maximo, „ vetustissimis Syrorum literis rotundis elegan- „ ter exaratus, eodemque pretio, quo supe- „ riores Evangeliorum Codices, habendus. „ In hoc Catalogo hi Codices occurrunt in- „ fra num. 56. & 58.

Constat paginis [*l. foliis*] 161. Adservatur in Pluteo I. notatus num. 40.

Ex recensione iam laudati Reverendiss. Archiepiscopi *Assemani.*

CODEX XLI.

ארון העדות

ARCA FOEDERIS.

„ 41. ARon Haëdut. Arca testimonii,
„ seu foederis *R. Iehudae* Philoso-
„ phi in 22. Cap. dividitur. Philosophica tra-
„ ctat. MS. fol. *Langius*.

„ XLI. ארון העדות Arca foederis. Cod. MS.
„ Hebr. charactere Hispano in 4. opus *R. Iu-*
„ *dae b. Ioseph Chorasaniensis* (*Chorasan* est re-
„ gio in Perside, *Sogdiana* olim) a quo in XXII.
„ capita dividitur, prolixum quidem, nec le-
„ ctore omnino indignum, & quod mirum vi-
„ deri debet, in carcere elucubratum, ut Au-
„ thor ipse notavit in fronte eiusdem. Agit
„ de creatione Mundi, & eius gubernatione,
„ ubi late de divina providentia, contra Epi-
„ cureos, addit plura de prophetia, & Pro-
„ phetarum oraculis, & exponens prima ca-
„ pita Geneseos, tractat de situ orbis, de I-
„ ride, ac de Planetis. Succedunt alii duo tra-
„ ctatus huiusce tituli, primus *Simeonis b. Sa-*
„ *muelis* de Kabala: alter *Salomonis b. Abra-*
„ *ham*, ubi varia Scripturae loca ad litteram
„ explicantur. Noster Author, a Bibliographis
„ Codicum Haebraeorum praetermissus, citatur
„ ab *Abrahamo b. Ezra*: & *Iudas Persa* voca-
„ tur (ineditum puto) Liber inc. אמר המחבר
„ וימלא כבודו את כל def שבח והודאה לאל
„ הארץ *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Titulus interior ita se habet.
מאמר ארון העדות שחיבר הרב הפילוסוף
רבי יהודה ברבי יוסף אל כרסאני במאסר Maa-
màr Aròn añgedùth scechibèr aràb aphilosòph
R. Iehudà ben R. Ioseph Alcorsani bemaasàr.
Concio Arcae Testimonii, quam composuit *R. Phi-*
losophus R. Iuda F. R. Ioseph Alcorsani in car-
cere. Non tantum in titulo, verum etiam in
Praefatione Auctor dicit se elucubrasse hoc
opus in carcere: idque fuisse in civitate *Fez*
in *Marochio* A. M. 125. C. 1365. *Chorosan*
autem ipsius patriae regio, est in Perside, *Sog-*
diana olim adpellata. De hoc *Iuda Chora-*
sano, seu *Chorafeno*, vel *Chorasanensi*, ut in
Montfauc. Catalogo legitur, *Wolfius* agit Vol I.
p. 426. n. 713. ubi idem opus referens, haec
habet: „ ארון העדות *Arca Testimonii* ex Exod.
„ XXV. 22. MS. est inter Codd. Pocokianos n.
„ 104. diciturque complecti Philosophiam. Pa-
„ rum abest, quin hoc scriptum tribuendum
„ putem *Iehudae Alcharisi*, de quo suo loco
„ diximus. *Charisi* enim, & *Chorafeni* parum
„ differunt. Supra etiam huius tituli librum
„ *Iehudae F. Barsilai* tribuimus. At non tan-
tum huiusmodi librum, verum etiam ipsum hoc
opus, in nostra repositum Bibliotheca, huic *Iu-*
dae adtribuit *Wolfius* p. 422. eiusdem Vol. I.
hisce verbis. ארון העדות *Arca Testimonii* ex
Exod. XXV. 22. „ i. e. *Conciones*. Hoc Volu-
„ men MS. extat in Bibliotheca Medicea Plu-
„ teo I. n. 41. ubi tamen dicitur per 22. capi-
„ ta argumenta philosophica tractare: Auctor
„ vero simpliciter *Iehuda Philosophus* vocatur
(& haec ex *Langii* Catalogo excerpta sunt)
„ Meminerunt eius liber העמוד & ארחותחיים
„ item *R. Simeon bar Zemach* in suis Quaest.
„ & Responf. n. 6. Adde *Iuchasin* p. 130. b.
„ & *Ganzium* ad ann. 5830. Nescio equidem
quo fundamento tribuat *Wolfius* hunc Tracta-
tum *R. Iudae F. R. Barsillai*; quum nulla ex
Langio adpareat nota, ipsi tribuendum fuisse.
Ex eo autem, quod vero simillimum sit, Co-
dicem 104. Pocockianum continere eadem,
quae noster hic Codex, non licet id ex solo ti-
tulo arguere; quum nonnulli libri eodem titu-
lo sint insigniti: indeque opera inter se diver-
sa contineant. Praeterea ullo pacto opus in
ipsis Codd. contentum, neque *R. Iehudae Al-*
charisi F. R. Salomonis, qui aliter nominatur
R. Iehuda F. Salomonis F. Alcophni [de quo i-
dem *Wolfius* differit p. 410. & p. 456. & qui
vixit saec. XII.] neque *R. Iehudae F. R. Barsil-*
lai, (qui fuit Barcinonensis, & floruit A. C.
1070.) convenire potest; noster enim Auctor
floruit A. C. 1365. ut ipse testatur & fuit natione
Persa: unde & *Iudas Persa* ab *Abrahamo ben*
Ezra adpellatur, Hinc est, quod ex his supra
expositis omnino corrigendus est *Wolfius* in lo-
cis adnotatis. Verum quod ad huius operis
materiam, in XXII. capita distributam, attinet,
sciendum est, quod caput I. agit *de Mundi Crea-*
tione. II. *de Spherarum numero, de planetis, si-*
deribus &c. III. *de Prophetia*. IV. *de quibusdam*
Bibliae phrasibus. V. *de Ezechielis Quadriga*. VI.
de eadem, & de Angelis &c. VII. *de quibusdam*
rebus biblicis circa Mundi creationem. VIII. *de*
luminaribus maioribus, de Hebraeorum Festivita-
tibus &c. IX. *De hominis creatione, de Paradiso*
terrestri, de fructu arboris vetiti &c. X. *de Lucta*
Iacob cum Angelo. XI. *de praeeminentia Moysis*
ceteris Prophetis. XII. *de quibusdam factis cir-*
ca ipsum Moysen. XIII. *de Tabernaculo Hebraeo-*
rum in deserto fabricatum: & de Mundi, &
corporis humani creatione. XIV. *Explicatio* ספר
יצירה h. e. libri *de Creatione*. XV. *Explicatio*
quorumdam, quae Moysi mandavit Deus circa
supradictum Tabernaculum: & de nonnullis vi-
sionibus Zachariae Prophetae. XVI. *de Mysteriis*
sacrificiorum, de Incenso, de vestibus sacerdo-
talibus, de mysterio circa ea, quae immunda
censentur, & de cibis, ac vestimentis prohibi-
tis. XVII. *De regulis, quibus unumquemque de-*
cet paratum esse ad serviendum Deo, preces ad
Deum fundendas, dies festos servandos &c. XVIII.
& XIX. *Explicatio libri Iob: & de variis opinioni-*
bus eiusdem Iob, ac trium amicorum eius cir-
ca divinam providentiam. XX. *item de divina*
providentia, ac de praecipuis Fidei articulis.
XXI. *de Colloquio Iob cum Deo*. XXII. *de omni-*
bus fundamentis, & de Articulis Legis, & Fi-
dei. In principio vero libri post nonnullos ver-
siculos in laudem operis, incipit Praefatio אמר
המחבר

כאשר Opus vero המחבר שבח והודאה לאל מן העלובים ולא מן def. עלה בחפץ השם העולבים Deinde adnectitur conclusio, quae ipsiusmet Auctoris excusationem continet: itemque Orationem ad Deum, ut ipsum liberare dignetur e suis angustiis & miseriis. Quod vero in *Montfauconiano Catalogo legatur* „ extare huiusce tituli duos alios tractatus, „ alterum *Simeonis ben Samuelis*, alterum *Salomonis ben Abraham*, quorum primus agit „ de Chabbala, alter exponit ad literam va- „ riae Scripturae loca „ non intelligendum est, huiusmodi Tractatus repositos fuisse in hoc Codice; sed alibi.

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. xv. in 4. Constat foliis 84.

CODEX XLII.

עקרים

ARTICVLI LEGIS.

„ 42. Liber Fundamentorum Legis MS. „ 4. Ebr. *Langius*.

„ XLII. ספר עקרים Liber Radicum. Author „ est *R. Ioseph Albo, Hieronymi a S. Fide* cele- „ bris Neophyti *σύνχρονος*, cum quo etiam subi- „ re coactus est publicam disputationem.

„ Huius *συλλογὴν* habes in hoc Tractatu, in „ quo praecipua Fidei nostrae mysteria convel- „ lere nititur, & Iudaicam superstitionem sta- „ tuere. Cod. MS. hebr. in 4. sèd olim im- „ pressus Veneriis, & Arimini, Inc. ידיעת „ יתרומם על כל לשמו התהלה def. העקרים *Catal. Montfauc. ex autogr.*

עקרים Ngicharìm. *Radices*, seu *Fundamenta* h. e. *Liber Fundamentorum*, sive *Articulorum Fidei Iudaicae*; in eoque praecipue agitur *de existentia Dei*, de *lege Mosis*, & de *praemiis*, ac *poenis*, Auct. *R. Iosepho Albo*. De huius operis titulo, eiusque interpretatione a *Wolfio* allata, haec ipse habet Vol. I. pag. 503. in notis „ *Reuchlinus* „ & *Gesnerus* verterunt *Librum Radicum* non „ alio, credo, sensu, quam quem nos alia vo- „ ce expressimus; unde forte excusari magis, „ quam reprehendi a *Bartoloccio* debebat. De Auctore autem, eodem loco, idem refert „ *R.* „ *Ioseph Albo*, Hispanus gente, Patria Soria- „ nus, interfuit disputationi, quae inter *Hie-* „ *ronymum a S. Fide* & *Iudaeos* intercessit an- „ no 1412. hinc & quaedam eius ad *Hierony-* „ *mi* argumenta responsio refertur in narra- „ tione illius Disputationis in *scheveth Iehudae* „ p. 269. sq. edit. Lat. Cumque, quod supra „ sub *Iosua Halorki* diximus, Iudaei ex hac pu- „ gna inferiores discederent, *Albo* noster addu- „ ctus fuit, ut ad confirmandos suorum ani- „ mos scriptum contra Christianam Religio- „ nem exararet sub tit. ספר עקרים. Post haec adferuntur variae huius libri editiones, quarum prima ibi dicitur facta Soncini A. M. 247. C. 1487. at nos hoc eodem Pluteo Cod. LI. Soncinianam editionem habemus, antecedente anno 1486. evulgatam; unde vel erravit *Wolfius* in numero, vel priorem impressionem non vidit. Hoc vero exemplar MS. quum anterior sit, ut existimo, enunciato tempore; operae pretium esset, ut conferretur. Errat itidem *Wolfius* pag. 75. dum ex *Langii* Catalogo (qui Scriptorem non memoravit, & *Fundamenta Legis* titulo hunc nostrum Codicem decoravit) *R. Abrahamo F. Meir aben Ezra* adtribuit.

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. XV. in 4. min. Constat foliis 199.

CODEX XLIII.

תולדות אדם

ACCIDENTIA HOMINIS.

„ 43. Liber Generationum Adam. De „ variis casibus humanis tractat. „ Ebr. MS. fol. Ebr. *Langius*.

XLIII. תולדות אדם Liber Generationum A- „ dam *Anonymi*. Argumentum operis sui Au- „ thor explicat his verbis. Hic liber genera- „ tionum Adam consummatur verbis magnifi- „ cis, quae in mentem hominis cadere pos- sint, & agit de creatione Spiritus, de Anima, „ de formatione corporis, & quaenam sit ori- „ go, productio, & finis animae, & corpo- „ ris, & quodnam principium & ordo dierum „ illius vitae aeternae, & quaenam sit oecono- „ mia proba & improba usque ad diem mor- „ tis, & quaenam erit corruptio, & quomodo „ fiet retributio & poena, & mortuorum re- „ surrectio. Tractatus prolixus & bonus di- „ viditur in quatuor partes, in quibus omnes „ has materias versat & digerit. Cod. Hebr. „ MS. in 4. maiori. *Catal. Montf. ex autogr.*

תולדות אדם Tholedoth Adam, *Accidentia*, seu *Fata hominis*. *Liber Generationum Adam*. Tractatus de iis, quae omnibus hominibus accidere solent. Ex diversis Auctoribus hoc opus collectum; in quatuor dividitur partes. Prima, quae capita XXXI. continet, agit de iis, quae ad animam spectant ab illius creatione usque ad tempus, quo in humanum corpus infunditur. secunda, XIV. capitibus comprehensa, a corporis creatione usque ad nativitatem. Tertia, quae habet capita L. De vitae ratione usque ad mortem. Quarta, in capita XVII distributa, de iis, quae accidunt homini post mortem usque ad resurrectionem, & de praemio & poena aeterna. Auctor est *Ioseph* habitans in Forlivio, filius *Abraham* Perusini, ut ipsemet ait in Praefatione. Tam hic Tractatus, quam eius Auctor in Hebraicis Bibliothecis non reperitur. Verum tres alii eiusdem tituli re-

recenſentur, ſed ab hoc, & inter ſe diverſi; de quibus v. *Wolf.* Vol. I. p. 163. n. 253. pag. 1033. n. 1945. 4. & p. 1086. n. 2038. 5. Inc. Praef. בהיות ההסכמה זה ספר תולדות אדם Opus vero בגן עדן הנקרא צדק מוחלטת def.

Cod. Hebr. chart. MS. ſaec. xv. charactere Rabbinico in 4. min. Conſtat foliis 176.

CODEX XLIV.

ספר הנפש

LIBER DE ANIMA.

„ 44. TRactatus de Anima *R. Iehuda ben* „ *Abrab.* Ebr. MS. 4. *Langius.*

„ XLIV. דעת הנפש Scientia Animae, Tra„ctatus prolixus de Animarum origine, earum„que cum divina natura ſimilitudine, opera„tionibus, retributione, Angelorum cuſtodia „ eiſdem deputata. Concluſiones ſuas ex Phi„loſophia & Scriptura plerumque deducit, „ etſi non ſemel ad fabulas inepte deflectat, „ quod cum reliquis Rabinis vitium illi com„mune eſt. Inſignis res eſt, quam de *Angelo* „ *Samuele* Caeleſtis Hierarchiae Principe ſub „ finem operis exhibet. Sub initium de My„ſteriis litterarum eodem ſtylo, eademque „ veritate, plura adducit ex libro *Iezirà* de„prompta, quae *Reuclinus* edidit. Author o„peris eſt *R. Eleazar b. R. Iudae*, idem citat „ *R. Abraham videntem*, & eius librum de „ *Praeceptis*, quod notavi in gratiam Biblio„graphorum Hebraicorum. Cod. MS. in pap. „ in 4. Inc. ברכי נפשי את def. ומב״אים „ אותה בקבול לפניה *Catal. Montfaucon. ex autogr.*

ספר חכמת הנפש Sepher chochmàth anepheſc. *Liber ſcientiae animae.* Circa ſuperius adlatam huius operis enarrationem, ex *Catal. Montfaucon.* deſumtam, haec mihi adnotanda ſuperſunt. Res inſignis, quae de *Angelo Samuele* [non ſub finem operis, ſed paulo poſt initium, ſc. pag. 3. b. exhibetur, nil aliud eſt, quam ipſum e Caeli feneſtra orationes hominum auſcultare, & ad Deum referre: indeque reliquos Angelos ſuos hymnos incipere: ac eum Angelum nominatum eſſe *Samuelem* ex quadam ſimilitudine, quam hoc nomen habet cum verbo שמע *Auſcultare*. Libellus de *Myſteriis literarum*, qui ipſum opus praecedit, non abs re praemiſſum fuiſſe adfirmat Auctor pag. 6. ibique alia quaedam addit, ad id ſpectantia. Auctor eſt *R. Eleazarus ben Iehudae Chazach.* h. e. *Fortis*, quod nomen legitur in fine operis, quare erravit *Langius*, qui Auctorem edixit *R. Iehudam ben Abraham*, ex quo deceptus fuit *Wolfius*, qui ipſum ſecutus eſt, Vol. I. p. 408. num. 684. Inc. opus a tergo eiuſdem pag. 6. ut ſupra indicatur in *Catal. Montfauc.* def. tamen וטוב לה לעולםהבא

Cod. Hebr. chart. MS. ſaec. xv. charactere Rabbinico in 4. Conſtat foliis 133.

CODEX XLV.

ספר יהושע

LIBER IOSVE.

„ 45 LIber *Ioſue*, *Iudicum*, & *Samue*„ *lis* MS. 4. Ebr. ſatis antiquus, „ ſed quaedam folia aliena manu inſerta vi„dentur. *Langius.*

XLV. Liber *Ioſue*, *Iudicum*, *Regum* primus, & ſecundus uſque ad cenſum populi a Davide imperatum, reliquia interciderunt. Cod. MS. hebr. in 4. nitide elaboratus, & optime conſervatus in pergameno, ſatis antiquus, ſed quaedam folia aliena manu inſerta videntur. *Catal. Montfaucon.*

Quum non unum tantum, ſed tres ſacrae Scripturae libri compacti fuerint. In hoc Codice, hinc eſt, quod exterius inſcribendus erat יהושע שופטים ושמואל *Ioſue, Iudices, & Samuel.*

I. p. 1. יהושע Ieoſciuañg. *Ioſue.*
II. p. 40. שופטים Sciophetìm. *Iudices.*
III. p. 80. שמואל Scemuèl. *Samuel* I. & II. cuius tamen finis deſideratur; deſinit enim in v. 10. cap. XXIV. quod eſt ultimum.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere quadrato cum punctis, quorum cum magna vetuſtate adtrita periere, ſaec. circiter XII. nonnullis foliis, ſc. primi ſeptem, & 76. 77. 78. 79. ac 87. alia manu, ſed antiqua, Rabbinico charactere abſque punctis, ſuppletis in 8. mai. quadrato. Conſtat foliis 171.

CODEX XLVI.

פירוש קהלת

COMMENTARIVS SVPER ECCLESIASTEN.

„ 46. COmmentarius in Eccleſiaſten MS. „ 4. Ebr. ſine nomine. *Langius.*

„ XLVI. פירוש קהלת Commentarius in Ec„cleſiaſten *Anonymi*, cum Epiſtola eiuſdem „ ad *Henricum* Galliarum Regem, ex quo ta„men colligi videtur authorem eſſe *R. Abdiam* „ *Syphronaeum*, ſeu *Sphornum* Medicum Ita„lum fil. *Iacob Sphorni*, qui ſaeculo ſupe„riore ſub *Henrico* III. & IV. ſcripſit lucu„lenter in *Eccleſiaſten*, & quatuor alios libel„los, qui *Meghillòth* dicuntur, nempe *Cantic.*

„ *tic. Cantic. Ruth, Esther*, & *Ieremiae Lamen-*
„ *tationes*. Cod. MS. in pap. in 4. Incipit נפש
„ השכלית def. חפץ חסד הוא *Catal. Mont-*
„ *faucon. ex autogr.*

Quatuor Expositiones (& equidem praeter primam, breviſſimae in totidem S. Scripturae libros continentur in hoc Codice: ſc. *Eccleſiaſten*, *Zachariam*, *Habacuch*, & *Ionam*: eaeque ſic recenſentur.

I. p. 1. *Expoſitio in Eccleſiaſten*. Inc. קהלת נפש השכלית def. חפץ חסד הוא

II. p. 21. b *Expoſitio in Zachariam*. Incipit ולכבוד וכו׳ def. קצף להגלותם

III. p. 25. *Expoſitio in Habacuc*. Incipit לאורה ושמחה def. אשר חזה חבקוק

IV. p. 27. *Expoſitio in Ionam*. Inc. ויקרא עליה def. שיזיק לשכינהם Praecedit Epiſtola Nuncupatoria, quae incipit אני טרם אחל ad *Henr. Galliar. Regem*, qui in ſuper allato *Montfauc. Catalogo* dicitur III. vel IV. Verum dicendum eſt, hunc Galliarum Regem fuiſſe *Henricum II.* qui tempore huius noſtri Auctoris regnabat, quum Regni adminiſtrationem anno 1547. ſuſcepiſſet, & Auctor ex infra adducendis anno 1550. obiiſſe noſcamus. Ex hac Epiſtola nomen Auctoris apparet, qui fuit *Hobadià ben Iacob Sphorno*, Medico Italo, de quo *Wolfius* Vol. I. pag. 938. n. 1763. haec habet „ *R. Obadias ben Iacob Sphorno*,
„ quem alii *Siphronium*, *Siphronum*, *Ziphro-*
„ *naeum*, vel *Siphronenſem*, Cl. *Baſnage* ve-
„ ro Tom. V. Hiſtor. Iud. pag. 2060. *Ab-*
„ *di ben Iacob Spuon* vocant, Medicus Cae-
„ ſenatenſis Italus obiit anno 310. C. 1550.
„ teſte *Zemach David* ad hunc annum. Hunc
„ *Io. Reuchlinus* Romae habuit in Hebraicis
„ praeceptorem anno 1498. V. Vitam eius a
„ Rev. *Io. Henr. Maio* deſcriptam p. 541. &
„ & 211. unde intelliges, diſciplinam eius ma-
„ gno ipſi ſumptu conſtitiſse. De expoſitionibus vero huiuſce Scriptoris, in quoſdam ſacros libros elaboratis, haec ibi ſubduntur ſub num. 3. „ ביאור *Illuſtratio*, ſeu *Expla-*
„ *natio Legis*, *Cantici Canticorum*, & *Eccleſia-*
„ *ſtae*. Venet. 327. C. 1467. 4. In Catalogo
„ Libb. Orientalium Triglandino mendum eſt,
„ quando editus dicitur 317. 4. Et in notis de hac editione ſubiungitur „ Curata illa eſt
„ apud *Io: Gryphium*. In Praefatione conne-
„ xis quinque Librorum *Moſis* ediſſeritur: in
„ calce vero extant eiuſdem כוונות התורה
„ paucis foliis: totus liber conſtat paginis 92.

Ex quibus colligitur, breves admodum eſſe tres editas Explanationes: & praeter illam in *Eccleſiaſten* [quae cum noſtra MS. conferenda eſſet) reliquas tres in hoc Codice ineditas adſervari,

Cod. chart. Hebr. MS. charactere Rabbinico ſaec. XVI. in 4. min. Conſtat foliis 28.

CODEX XLVII.

מנהגים

CONSVETVDINES.

„ 47. MInhagim, ſive liber ritualis Iu-
„ daeorum Ebr. impr. 8. *Langius*.

„ XLVII. ספר מנהגים Liber Conſuetudinum,
„ ſeu *Rituale Iudaeorum* praecipue Germano-
„ rum, quorum caeremonias refert, & variis
„ notis illuſtrat. Opus excellentis Viri *R. A-*
„ *brahae Cloinzar*. Cod. hebr. impr. Ripae
„ Tridenti in 8. *Catal. Montf. ex autogr.*.

Vnum tantum opuſculum alii Bibliographi in hoc Codice recenſent; quum duo, ſimul colligata, in ipſo habeantur: quorum

I. p. 1. מנהגים Minagghìm. *Ritus*, h e. *Liber Rituum*, ſeu *Rituale Iudaeorum*, praecipue Germanorum: in quo caeremoniae per totum annum receptae indicantur: & animadverſionibus Ictorum illuſtrantur. Collector, & inluſtrator eſt *R. Abraham Clovinzar*, quem *Wolphius* Vol. 1. p. 101. n. 149. *Clauſner*. adpellat in *Catal. Montfauc.* impreſſo praetermittitur Auctoris nomen, unde ſenſus remanet imperfectus: & in *Duccii authographo* adpoſitum cernitur; ſed pro *Cloviznar* ſcriptum eſt *Cloinzar*. Hebraice ſic exaratur קלויזנר Liber impr. Ripae Tridenti an. 319. C. 1559. curante *Iacobo Marcario*, in 8. & haec tantum editio enunciatur a *Wolfio*.

II. ברכות מהרם Birchòth Maaràm. *Benedictiones Maaram*, ſc. *R. Meir*. Rothenburgenſis. Collectio haec eſt Benedictionum Hebraicarum a *R. Meir* Rothenburgenſi Germano facta, qui floruit an. 5046. C. 1286. De eo diſſerit *Wolfius* Vol. I. p. 754. ubi etiam refert hoc opus, & infraſcriptam tantum editionem.

Liber impr. Ripae Tridenti an. 319. Chr. 1559. in 8.

Cod. Hebr. chart. impr. ut ſupra in 8.

CODEX XLVIII.

פירוש ה׳ מגלות

QVINQVE HISTORIAE.

„ 48. COmment. in 5. Libellos, ſeu Me-
„ gilloth, & Chetubim, ſive Ha-
„ giographa *Don Ioſeph ben Langion*: impr. Ebr.
„ fol. *Langius*.

„ XLVIII. תורה אור Thoràh Or. *Lex-Lux*.
„ Titulus (ex Cantico *Moyſis*) at dicendum

ex

„ ex Proverb. VI. 23. exterior in Codice corrigendus *R. Ioſeph ben Don David ben Iachija* Luſitani Commentarius in omnes Hagiographos, nempe Pſalmos, *Salamonis* libros, *Danielem*, *Ezram*, & in lib. *Chronicorum*, ſeu *Paralipomenwn*. Ex his non pauca edidit, & adnotationibus eruditis illuſtravit *Conſtantinus l' Empereur ab Oppick*. Cod. impr. Bononiae anno 298. min. ſupput. C. 1538. *Catal. Montfauc. ex autogr.* at in editione haec errata irrepſerunt: *Thorathor* pro *Thorà Or Doro*, pro *Don. Iachina*, pro *Iachija*. *Oppiek* pro *Oppyck*, & alia minoris momenti: inſuper poſt *Ezram* praetermiſsum fuit, *& in lib. Chronicorum* ſeu *Paralipomenwn*. Corrigendum item eſt, quod dicitur *Conſtantinum l' Empereur* non pauca edidiſſe, ex his Commentariis, & Adnotationibus illuſtraſſe; nam ſolus *Daniel* cum Latina Interpretatione, atque illius Adnotationibus prodiit *Amſtelodami* apud *Ioannem Ianſonium* typis *Willelmi Chriſtiani* 1653. in 4. ſic *Bartoloccius* T. III. pag. 802.

Quum in hoc Pluteo ſub hoc num. XLVIII. a primis huius Bibliothecae Codicum Compoſitoribus collocatus fuerit Codex, cui titulus eſt.

יורה דעה מהקארו *Docens ſcientiam* (adde τῦ *Karo*) qui eſt II. ex IV. Ordinibus, quos elucubravit *R. Ioſeph b. Aſcer*, atque cum Commentario *R. Ioſeph Karo* prodiere, ac quum reliqui tres ordines in ſequenti Pluteo II. repoſiti fuerint ſub num. VII. VIII. & IX. neque tamen ibi ordinate; hinc eſt, quod probe factum, ſum arbitratus, ſi totum corpus iſtorum Ordinum, ſimul in uno Pluteo coniungerem, ac diſponerem: proindeque eo transtuli predictum *Ordinem II.* & num VIII. obſignavi praeſentem Codicem, qui inibi num. X. obſignabatur in hoc Pluteo, atque ſub hoc Cod. XLVIII. collocavi.

Titulus integer & verus huius Codicis, in fronte poſitus, ſic legitur: פירוש חמש מגלות תהלים משלי איוב דניאל עזרא דברי הימים Pirùſc chamèſc Meghillòt, Theillìm, Misclè, Ijob, Daniel, Ngezrà, Divrè Haiamìm. *Commentarius in quinque Volumina* (haec ſunt *Canticum Canticorum*, *Ruth*, *Threni*, *Eccleſiaſtes*, *& Eſther*) & in *Pſalmos*, *Proverbia*, *Iob*, *Daniel*, *Ezra*, *& Paralipomenwn*. Auctor eſt, ut ipſe in principio Commentarii in *Canticum Canticorum*, *Proverbia*, *Iob*, *& Daniel* ſe nominat) *Ioſeph fil. Don David*, *fil. Ioſeph*, *fil. David*, *fil. Ioſeph* (hoc nomen praetermittitur a *Wolfio* Vol. I. pag. 526. n. 878.) *fil. Salomonis*, *fil. Principis Davidis*, *fil. Ghedaliae*, *fil. Salomonis*, *fil. Rav Ioſeph*, *fil. Iudae Aben Iechiae*, *ex nobiliſſimis Iehudae Dominantibus in exulem populum Hieroſol. qui in Hiſpania vivit*, Vlyſippone, *metropoli* Luſitaniae. *Langius* huius operis Auctorem eſſe autumat *Don Ioſephum ben Lagion*. Hunc errorem advertit *Wolfius* Vol. I. p. 527. ſub num. 4. hunc ipſum Codicem enuncians: ac pro *ben Lagion*, *ben Iachija* legendum eſſe putavit; ſed erroris cauſa fuit, quod quum in titulo legatur nomen parentis cum tribus honorificis adiunctis, hoc modo בן לגאון הכולל האלהי דון דוד ben Legaòn acolèl ahelaì Don David, i. e. *Filius magni Doctoris*, *univerſalis*, *Theologi Don David*; *Langius* credidit *Legaòn* nomen proprium, non ſpecioſum adiunctum. Cur autem *Catalogi Montfauconiani* Compilatores, corrigendum eſſe titulum exteriorem voluerint, haud facile divinarem: atque hunc librum תורה אור *Thoràh Or* nuncupaverint ignoro. Verum quidem eſt *Ioſephum Iechija* hoc etiam opus elaboraſſe; at longe diverſum eſt ab hoc noſtro, quod prae manibus habemus, ut videre eſt in *Bartoloccio* T. III. pag. 802. & in *Wolfio* loc. cit. In eo enim uterque Scriptor ait, commentari *de ultima Beatitudine*, *de Paradiſo*, *de Gehenna*, *& de ſaeculo futuro*; advertitque idem *Wolfius*, *Bartoloccium* erraſſe; quum (inquit ille) „ monet prodiiſſe „ noſtrum (ſc. *Commentarium*) *Maſſae in Tuſcia* 288. C. 1528. quod non puto factum. „ Ita vero viſum fuit *Bartoloccio* ex verbis, „ quibus colophonem commentationi ſuae impoſuit Auctor: *Finis impoſitus fuit operi Feſto Paſchatis*, *anno* 288. Maſſe *in* Tuſcia, „ *cum fugerem procellas plagarum*, *quae erant in* Romandiola, *regione peregrinationis meae*: „ quae non de editione, ſed de elaboratione „ accipienda eſſe patet. Colophon hic legitur in fine Commentarii in *Danielem*; ſed alio modo, videlicet תם ונשלם שבחלנעלם והיתה השלמתו בחג הפסח שנת יפרח בימיו צדיק פה למסא דפיסקייא ביתה האלוף חמי ודודי דון גדליא ן יחייא אשר תחת ממשלת הדוכוס מפיררה ירום הודו בברחי מפני זלעפות המגפה אשר ברומאניאה ארץ מגורי *Explicit*, *& completum eſt*. *Laus ſit inviſibili*: *& finis eius fuit in feſto Paſchatis anno*. Florebit in diebus eius juſtus [ex Pſ. LXXII. ex tribus enim poſtremis litteris verbi פרח *Florebit*, efficitur 288. *hic* Maſſae Piſcariae, *in domo mei ſoceri*, *& patrui* Don Gedaliae Aben Iachijae *ſub Ditione* Ducis Ferrariae, *quem Deus exaltet*; *quum fugerem procellas peſtilentiae*, *quae erat in Romandiola*, *terra peregrinationis meae*. Hoc oppidum appellatur modo *Maſſa Fiſcaia*: & diſtat a *Ferraria* duodecim millibus paſſuum. Adeſt & in ea ditione aliud oppidum maius, quod *Maſſa ſuperior*, vel *Maſſa di Sermet* nuncupatur: ac XX. millibus paſſuum, ab eadem civitate ſeiungitur; quare non de *Maſſa in Tuſcia*, ſed de harum altera in *Ferrarienſi Comitatu*, intelligit noſter Auctor. Huiuſmodi colophones ipſe addidit in fine aliorum commentariorum, quos per compendium referam, ut hiſtoriae eiuſdem Scriptoris inſerviam. In fine expoſitionis in *Librum Eſther*, h. e. in ultimum *Quinque Megilloth* dicit, ſe illam compleſſe in *Foro Cornelii*, tempore *Clementis VII.* Pont. *Max.* die XVIII. menſis *Scevath* (i. e. *Ianuarii*) an. 287. (C. 1527.) in fine *Pſalm Romae* XIV. menſis *Ab*. [i. e. *Iulii*] eiuſdem anni poſt illius urbis depopulationem. In fine *Proverbiorum*, die I. menſis *Cheſvan* [i. e. *Octobris*] anno 288. (C. 1528.

1528.) & in fine *Paralipomenwn*. die 1. mensis *Ab* (i. e. *Iulii*) anno 289. (C. 1529.)

Cod. Hebr. chart. impr. Bononiae charactere Rabbinico ann. 298. C. 1538. in fol. min.

CODEX XLIX.

מכתם לדוד

ARTICVLI LEGIS.

„ 49. Michtam le *David*. Ornamentum „ *Davidis*. Tractatus de Articu- „ lis Legis. MS. Ebr. 4. *Langius*.

„ XLIX. מכתם לדוד *Ornamentum Davidis*. Tra- „ ctatus in Articulos Legis Iudaicae. In fine „ adduntur Hymni recitandi in Solemnitatibus „ Circumcisionis, Nuptiarum, & Expiationum. „ Auctor *David, cognomento Vitalis ben Salomo-* „ *nis* Medicus Toletanus, & Poeta insignis. Co- „ dex impr. Hebr. in 8. *Catal. Montf. ex autog.*

Duo libri compacti sunt in hoc Codice, quorum alter a praedictis Bibliographis praetermissus fuit. Itaque sic inscribuntur

I. ספר מכתם לדוד Sepher Michthàm le David. *Liber ornamenti Davidis*, seu *Liber aurei* [*carminis*] *Davidis*. (ex titulo Psalmi XVI.) Expositio de XIII. Articulis Fidei Iudaicae, qui ex Scriptura, & Rabbinis confirmantur. Auctor est *R. David Vidal.* seu *Vitalis F. Salomonis*, Medicus Toletanus, & Poeta insignis: de quo vide *Wolfium* Vol. I. p. 296. n. 489. ubi ipse, indicat quae inferius referuntur, sc. *preces quaedam, & Cantica*. Lib. impr. Venetiis in aedibus *M. Antonii Iustiniani*, A. M. 5306. C. 1546.

Quam editionem non refertur *Wolfius*, aliam tantummodo commemorans sequenti anno factam, eodem loco. In fine adduntur.

P. צג 93. *Hymni recitandi in Solemnitatibus Circumcisionis, Nuptiarum, & Expiationum.*

P. ק b. 100. *Collectio mille vocum, quae incipiunt a littera* ח, *& perfectam faciunt orationem.*

II. אגרות להמאור הגדול Igheròth Leamaòr agadòl. *Epistolae ad lumen magnum*, i. e. *Maimonidem, a Sapientibus Hispanis & Gallis exaratae*, cum suis responsionibus. In limine exstant דברי מוסר וצואה *Praecepta Moralia*, & *Testamentum*, quod filio unico reliquerat. Et haec ex *Wolfio* Vol. I. p. 861. n. 8. p. vero 835. de *R. Mose F. Maimon* haec habentur: „ Summatim Iudaeis audit רב המאמין *Doctor fidelis* in *Iuchasin* נשר הגדול *Aquila magna* המאור הגדול החכם השלם i. e. *Lumen magnum, Sapiens, Perfectus*. In *Halichòth Olàm* p. 14. כבוד המזרח ואור המערב *Gloria Orientis, & Lux Occidentis*, in *Schalsceleth*. Alia de eo V. Vol. IV. p. 913. seqq.

Lib. impr. Venetiis in aedibus *M. Antonii Iustiniani* A. M. 5305. C. 1545. quae editio non memoratur a *Wolfio*, binas tantum Venetas referens, alteram ann. 304. C. 1544. alteram vero 425. C. 1665. Subsequenter tamen exemplar Venetum anni 305. indicat, ex *Catalogo Guil. Anslarii*, quod indubitanter est idem ac nostrum.

Cod. Hebr. chart. impr. ut supra, in 8.

CODEX L.

עקרי הדת

ARTICVLI LEGIS.

„ 50. Commentarius in Pentateuchum *R.* „ *Nisi ben Lascha, ben Samuel* MS. „ Ebr. 4. *Langius*.

„ L. Fundamenta Religionis *R. Nisim F. Moy-* „ *sis f. Salomonis f. Moysis*. Cod. MS. Hebr. „ in 4. Agit de Articulis Legis, qua occasione „ multa ex Pentateucho adducit, & explanat. „ Inc. אמר נסים בן משה des. ולא יחשדוהו „ רוהו עוד Scriptus & completus die Domi- „ nico XVI. *Adar* secundi ab O. C. 5193. ma- „ nu *Isaac f. Iecuthiel*. *Catal. Montf. ex aut.*

עקרי הדת Ngicharè adàth. *Fundamenta Legis*. Verus titulus est נסים Nissìm, *Prodigia*; ipse enim Auctor in Praefatione fatetur, se voluisse hoc Opus, proprio nomine de industria insignitum, in lucem prodere. Nomen autem eius fuit *R. Nissìm ben Mosis, ben Salomonis, ben Mosis*, Nescio quomodo erraverit *Langius*, qui in suo Catalogo huius Auctoris nomen sic profert. *R. Nisi ben Lascha ben Samuel*; quapropter *Wolfius* Vol. I. p. 914. n. 1699. ex eo adfirmans, hunc Scriptorem elucubrasse tantum *Commentarium in Pentateuchum*, ipsumque in nostra Bibliotheca hoc loco repositum esse, ibi dubitanter subdit. „ Nomen ipsum, „ corrupti nescio quid prae se ferre mihi vi- „ detur, quod ex coniectura emendari vix po- „ test. At *in Catal. Montfaucon.* ut supra videre est, recte idem nomen pronunciatum fuit. Hoc opus continet *Explicationem Articulorum Iudaicae Legis*, in XIV. Capita distinctam: indeque *Commentarium in Pentateuchum*, ad superioris operis confirmationem accommodatum. Praefatio inc. אמר נסים בן משה Opus vero תחלה אקדים לך def. ולא יחשדוהו עוד Deinde sequens. Amanuensis subscriptio subiicitur, pag. 74. „ נשלם תלת יום א׳ יו׳ באדר
„ שני שנת ה״א וקצ״ג לבריאת עולם ע״י הצעיר
„ יצחק בכמ״ר יקותיאל הס זלה״ה הש שזיכני
„ לכותבו ולהשלימו הוא יזכני להגות בו
„ ובשאר ספרי הקודש אני וזרעי וזרע זרעי
„ עד סוף כל הדורות כדכתי״ לא ימוש ספר
„ התורה הזה מפיך והגית בו יומם ולילה למען
„ תשמור לעשות ככל הכתוב בו כי אז תצליח
„ את דרכך ואז תשכיל Completum est. Laus „ sit Deo vivo feria prima (scilicet *die Dominica*) decima sexta (mensis *Adàr* secun- „ di, i. *Februarii* secundi) anno quinque mil-

„ lesimo centesimo nonagesimo tertio a creatione mundi (Christi vero 1433.) per manum exigui *Ishaki* quondam *Iechutielis* .... cuius memoria sit ad vitam venturi saeculi. Deus qui mihi largitus est scribere, ac perficere illum, ipse mihi dabit, ut mediter de eo, deque reliquis libris sacris, ego, & filii mei, filiique filiorum meorum usque ad finem omnium generationum, sicuti scriptum est (*Iosue* cap. 1. v. 8.) Non recedet liber legis huius ab ore tuo; sed meditaberis in eo die noctuque, ut custodias, & agas iuxta omne illud, quod scriptum est in eo; tunc enim prosperum reddes iter tuum, & tunc prudenter ages.

Ne quid praetermittam ad exactissimam horum Codicum descriptionem, quum in hoc, quem prae manibus habemus, in foliis, quae vacua remanserunt, exscripta fuerint fragmenta quaedam, alia eadem, alia vero diversa manu, eorum Indicem adiiciam, videlicet.

1. *Excerpta quaedam ex Talmud.*
2. *Septem Climata Mundi.*
3. *Expositio cuiusdam loci ex libro Cosrì.*
4. *Regula quaedam aritmetica de mensura.*
5. *Dictum* Imperatoris Friderici *super praecepto de Vacca rufa* (*Num.* XIX. 2.)
6. *Notabilia quaedam.*

Cod. Hebr. chart. & membr. (primum enim & ultimum cuiuslibet quaternionis folium est ex membrana, ut alibi notatum fuit (MS. eleganti, ac minuto charactere Rabbinico saec. XV. anno sc. supra relato 1433. in 4. min. Constat foliis 80.

CODEX LI.

ספר העקרים

LIBER ARTICVLORVM FIDEI.

„ 51. LIber Fundamentorum Fidei, impr. „ Ebr. fol. *Langius.*

„ LI. ספר עקרים Liber Fundamentorum Fi- „ dei, Auctore *R. Ioseph Albo*. Codex Hebr. „ impr. Soncini A. M. 5246. Huius aliud e- „ xemplar habes MS. in hoc Pluteo Cod. XLII. „ (in edit. male obsignatur num. c.)
Catal. Montfauc. ex autogr.

ספר העקרים Sepher angikarìm'. *Liber Radicum*, i. e. *Fundamentorum* seu *Articulorum Fidei Iudaicae*. Auct. *R. Ioseph Albo*. V. quae supra diximus in recensione Cod. XLII.

Cod. Hebr. chart. impr. Soncini A. M. 5246. C. 1486. in fol. min.

CODEX LII.

איוב

IOB.

„ 52. LIber *Iob*, & *Esdras*. 4. Ebr. bo- „ nae notae. *Langius.*

„ LII. Liber *Iob*, & *Esdrae*. Cod. Hebr. MS. „ in membr. quem bonae notae *Langius* appel- „ lavit. *Catal. Montfauc.*

Non *Iob* tantum, sed & *Esdram*, atque aliud opusculum continetur in hoc Codice; quare sic describendus.

I. p. 1. b. איוב Ijob. *Liber Iob.*

II. p. 40. b. עזרא Ngezrà. *Esdra*, h. e. *Libri Esdrae I. & II.*

II. p. 91. b. מגילת אנטיוכוס Meghilàth Antiochus. *Volumen Antiochi*, seu *Historia Antiochi Epiphanis*, qui multa mala populo Iudaico intulit, ut habetur in libris Machabaeorum, sed haec in multis discrepat; convenit tamen cum ea, quae hebraice reperitur in *Machazore*, seu libro Precum Hispanicarum; haec vero est lingua Syriaca, sed charactere Hebraico quadrato exarata. Incipit והוה ביומי אנטיוכוס des. עד עלמא

Cod. Hebr. & Syriac. membr. *bonae notae* ut *Langius* asserit, MS. charactere quadrato cum punctis, saec. circiter XIII. in 4. min. itidem quadrato. Constat foliis 101. inter quae folium 90. vacuum est.

CODEX LIII.

קושיות על רשי

ARGVMENTA SVPER RABBÌ SALOMONEM.

„ 53. EPitome Operum *R. Selamoh Iar-* „ *chi* MS. Ebr. 4. *Langius.*

„ LIII. קושיות על רשי Difficiliores quaestio- „ nes super Rascì, seu Excerpta ex Com- „ mentario *R. Salomonis Iarchì* (in edit. *Sarchì*) „ in Pentateuchum, continentia varias quae- „ stiones Biblicas, & earumdem solutiones ex „ mente ipsius *Salomonis*. Codex bonus, & ra- „ rus in fol. min. Rabbinico charactere & diffi- „ cili exaratus. Compilatore *R. Isaac Levì* „ Inc. אמר יצחק לוי *Catal. Montf. ex autogr.*

קושיות על רשי Chusiòth ngal Rascì *Argumentationes in Rascì* h. e. in *R. Salomonem ben Isaac*. De eo *Wolfius* Vol. I. p. 1057. n. 1993. sic ait „ ר' שלמה בן יצחק *R. Schelomò*

„ *mò ben Isaac*, sive *Isacides*, per compendium „ litterarum 'רש *Raschì* i. 'ר׳ שלמה יצחקי ut „ disertis verbis interpretatur *Schalscheleth* p. „ 47. a. quod alii minus recte legunt *Schelo-* „ *mò Iarchì*, ex quo factum est, ut nonnulli „ *Iarchium* hunc ab *Isacide illo distinguerent*. Et in notis ad ea verba *Schelomò Iarchì* addit: „ Ceteroquin non ignotum alias prorsus Iudaeis „ *Iarchii* nomen est, ceu patet ex iis, quae su- „ pra n. 299. diximus; unde etiam coniectura „ adsequor, familiae nomen ortum fuisse. De hoc vero opere a *Langio* in suo Catalogo appellatus: *Epitome Operum R. Selomoh Iarchì*, dubitans subdit p. 1066. in fine „ Ibidem (sc. „ in hac Bibliotheca) Pluteo I. n. 53. Epitome „ Operum *Raschii*. Nescio quae MS. extare „ dicitur. Verum quidem est, hoc non esse *Compendium Operum Rascì*; sed *Solutio difficiliorum quaestionum in eius Commentarium super Pentateuchum, ex ipsius mente prolatae*. Falsum est cognomem לוי; decepti enim fuerunt *Compilatores Catalogi Montfauc.* quoniam legerunt in principio לוי *Levì* pro לא *lo, non*, sicuti scriptum fuit; nam liber incipit בראשית ברא אר׳ יצחק לא היה צריך i. *In principio creavit. Dixit R. Isaac: Non erat necesse &c.* Et cum א charactere Rabbinico efferatur hoc pacto א. & Amanuensis, forte ob manus velocitatem ad expeditiorem scripturam, coniunctionem inter duas lineas omiserit; hinc factum est, illam litteram pro duabus, videlicet pro ל & י lectam fuisse; at observandum erat antecedens ברא & אר׳ ubi א eodem modo exprimitur. Hic autem *R. Isaac* non fuit Auctor harum solutionum, sed quidam Talmudista, qui ab eodem *Rascì* in principio sui Commentarii citatur. Quapropter tam Auctor, quam qui has *solutiones* collegit Anonymi sunt. Incip. ut supra relatum est. des: שנבראו מקכם

Cod. Hebr. chart. MS. bonus, & rarus, charactere Rabbinico saec. xv. in 4. mai. Constat foliis 70. quorum primum nova, sed antiqua manu suppletum.

CODEX LIV.

תולדות יצחק

EXPOSITIO ISAAC.

„ 54. SEbedot Ischach. Comment. in quin- „ que libros *Mosis R. Isaach Karo*. mpr. Ebr. 4. *Langius*.

„ LIV. תולדות יצחק Generationes *Ishaak*, „ seu Expositiones in Pentateuchum *Ishahak Ka-* „ *ro Toletani*. Titulus ex Authoris infortunio „ natus, ut ipse testatur, amissis enim filiis, Hie- „ rosolymam profectus hos Commentarios con- „ scripsit, eosque pro filiis habuit. Codex ex- „ cusus Ripae Tridenti, cum Praefatione *R.* „ *Iacob, ben R. David Markaria* A. 318. min. „ supput. In 4. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

תולדות יצחק Toledòth Ischàck, *Generationes Isaac*. Titulus hic desumptus ex Gen. xxv. 19. at corrupte effertur a *Langio*, qui pro *Toledoth*, *Sebedoth*, reposuit, ut *Wolfius* observavit Vol. I. pag. 690. ac in Notis addit „ Titu- „ li hanc ipse reddit rationem; quod liber hic, „ instar posterorum sibi sit futurus „ at clarius id explicatur in *Montfauc. Catalogo*. Effert etiam idem *Wolfius* huius operis ὑπόθεξιν, dicens ibidem in corpore „ Est Commentarius „ in Pentateuchum, partim literalis, partim „ Cabbalisticus, in quo aliorum quoque Inter- „ pretum sententiae passim conferuntur. Auctor est *R. Isaac Karo Toletanus*, unus ex exulibus Hispania eiectis an. 1492. *ben R. Ioseph Kara*: ac sexennio ferme inexpleto, iterum exulare cogitur; unde Ierosolymam se contulit, in itinere liberis & uxore amissis. Et haec ex *Bartoloccio* T. III. p. 921.

Cod. Hebr. chart. impr. Ripae Tridenti A. M. 318. C. 1558. cura *R. Iosephi Otelingi*, sub Principatu *Christophori Madrutii* Tridentini Episcopi, cum brevi Praefatione *R. Iacob, ben R. David Markaria*, in 4. min.

CODEX LV.

מדרש ה׳ מגלות

ALLEGORIAE IN QVINQVE HISTORIAS.

„ 55. MIsdrasch, sive Allegoria in 5. „ Libellos, hoc est Ruth. Cant. „ Cantic. Ecclesiasten, Threnos, & Esther. „ Ebr. impr. fol. *Langius*.

„ LV. מדרש חמש מגלות Expositio Tropo- „ logica in quinque parva volumina, scilicet „ Cantica Canticorum, Ruth, Esther, Thre- „ nos, Ecclesiasten. Cod. Hebr. impr. in fol. „ ann. min. supput. 305. *Catal. Montfaucon. ex autogr.*

מדרש חמש מגלות Medràs chamèsc Meghillòth. *Allegoria*, seu *Expositio Allegorica in quinque volumina*, sive *Libellos*, iique sunt.

1. *Canticum Canticorum*.
2. *Ruth*.
3. *Esther*.
4. *Threni*.
5. *Ecclesiastes*.

Auctor est *Anonymus*: & inter *Anonymos* ponitur a *Wolfio* Vol. II. p. 1423. n. 652. ubi de רבות Rabbòth, h. e. *magnis Expositionibus* disserit: quae quidem in *Pentateuchum*, & *quinque meghillòth* tantum elaboratae fuerunt: ibique ait, unamquamque expositionem proprio titulo insigniri, iuxta propria librorum nomina, v. gr. Expositio in Genesim, *Berescith Rabbà*, in Exodum *Scemòth Rabbà*, in Threnos *Echà Rabbà*; איכה enim, i. *Quomodo*, *Threnorum initium* est, alio tamen nomine vocantur

tur קינות Chinòth, i. *Lamentationes*. Demum adfirmat, Iudaeos omnes has expositiones „ acceptas ferre *Rabbà filio Nachmani*, Praefecto „ Scholae *Pumbeditanae* in Babylonia, cuius „ aetatem referunt in A. M. 4060. C. 300. Sed videnda est tota *Dissertatio de Rabboth*, in qua ubi de editionibus, primum inter Venetas locum tenet, quae anno 1546. tributur.

Cod. Hebr. chart. impr. Venetiis apud *Marcum Antonium Iustinianum* A. M. 305. C. 1545. in fol.

CODEX LVI.

EVANGELIA CHARACTERIBVS SYRIACIS EXARATA.

„ 56. CODex Evangeliorum Syriacus, antiquissimus literis capitalibus scri„ ptus sine punctis vocalibus Anno Alex. 807. „ hoc est Christi 586. cum Harmonia Evan„ gelica *Ammonii* & *Eusebii*, & miniaturis, „ quae etiam in superiori Codice Syriaco E„ vangeliorum sunt, picturisque Veteris & No„ vi Testamenti. Hic codex vere inestimabilis „ est, optime scriptus, & optime conserva„ tus, unicum tantum, in principio folium „ deest. Annos habet 1066. MS. in fol. Syr. *Langius*.

„ LVI. Sacrosancta quatuor *Evangelia* Sy„ riaca, Caldaico-Stranghelo charactere des„ cripta capitalibus litteris, in pergameno, „ cum harmonia *Ammonii*, & *Eusebii* Epistola. „ Additae sunt, recentiori manu, tabulae le„ ctionum ad usum Ecclesiae Maronitarum, „ quibus respondent ad marginem notae no„ va manu adpositae. Aliae sunt, & ab his „ diversae in corpore, eiusdem cum ipso Co„ dice antiquitatis, quae lectionum tempus „ & ordinem designant: cum illis, quae in „ Polyglottis exhibentur, non semper conve„ niunt. Nota Amanuensis: *Gloria Patri, & „ Filio, & Spiritui Sancto nunc & semper, & „ in saeculum saeculorum, Amen, qui adiuvit „ servum suum peccatorem miserabilem, & im„ perfectum* Rabulam *Librarium, & scripsit. „ Finem habuit iste Codex die 6. mensis Fe„ bruarii, Indictione IV. anno* 897. Alexan„ dri. *Domine da pacem Ecclesiae tuae in o„ mnibus locis. Scriptus, & completus est hic „ in Coenobio sancto, Domus Domini mei* Sancti „ Iohannis in Zagba, *in diebus Dei Amantis* „ Sergii *Presbyteri, & Abbatis &c.* & paucis interiectis „ *Quicumque autem legerit in isto „ Codice, oret pro Sanctis, & Dei amantibus, „ & bonae memoriae dignis* Iohanne Presbyte„ *ro Monasterii de* Larbic, & Isahac *diaconi „ de* Hainata, *qui migrarunt de hoc saeculo ad „ Dominum, quoniam labore eorum & opera „ initium habuerunt hi Codices, & pro excel„ lenti* Christophoro Lugente, & Martyrio „ *Presbytero, eiusdem Monasterii, & Nobilis „ Domini mei* Damiani *Legis periti de domo* „ Protogenis, *qui fletit, & curavit, & perfecit „ post eos, & in ordinem redegit, & coniun„ xit, contulit, & posuit eosdem Codices in eo„ dem Monasterio Domus Domini mei* S. Iohannis in Zagba „ Inferius recentiori manu „ *Post „ obitum Romani Presbyteri, & Visitatoris An„ tiochiae, datus fuit hic Codex Evangeliorum „ Ecclesiae* S. Georgii, *ut sit bona memoria his „ Presbyteris* Romano & Constantino, *& So„ ciis eorum, Et si aedificabitur alia Ecclesia in „ urbe, hic liber Ecclesiae, quae aedificabitur „ esto.*

Ad initium, & finem Codicis notantur varia legata pia, & donationes factae Monasterio *S. Mariae de Kannubin*, in quo resident hoc tempore Patriarchae Maronitarum, aliaque monumenta ad eosdem spectantia. Insigne prae ceteris est sequens, quod cum Ecclesiasticae historiae fragmentum sit, ne periret hic transcribendum putavimus „ *Anno millesimo qua„ dringentesimo, & nonagesimo Seleucidarum* „ (Chr. 1179) *die* IX. *Mensis Februarii, veni „ ego humilis* Ieremias *de oppido Benedicto* Da„ malsa *ad Monasterium S. Dominae nostrae* Ma„ riae de Maiphuck, *in valle* de Ailig, *Pro„ vinciae* Botoron, *ad Dominum meum* Petrum „ *Patriarcham Maronitarum, & proclamatus fui „ ab eius SS. manibus Metropolita super Mo„ nasterium sanctum* de Chephtun, *quod aedi„ ficatur ad Ripam fluminis, & permansi ibi „ quatuor annos, in diebus Monachorum habi„ tantium in Monasterio, & sunt Monachus* He„ zechiel, *& socius eius.* Isahias *&c. & elap„ so quadriennio postulavit me* Regulus Bibli „ *cum Episcopis. & Ecclesiarum Rectoribus, & „ Presbiteris* καὶ ἔδωκαν κλεροὺς, καὶ ἔπεσεν ὁ „ κλῆρος ἐπ' ἐμὲ, *& crearunt me Patriarcham „ in S. Monasterio de* Chalat: & *deinde mise„ runt me ad civitatem magnam* Romae, *& re„ liqui fratrem nostrum Episcopum* Theodorum, „ *qui gregem regeret, & moneret.* [Iste *Iere„ mias* interfuit Concilio Lateranensi sub *Inno„ centio III.* Eius Effigies adhuc visitur Romae „ in Templo S. Petri in Vaticano, & eiusdem „ *Innocentii* extat ad eumdem Diploma] Nota „ interim ex hoc testimonio auctoritatis inelu„ ctabilis invincibiliter refelli fabulosa cuiusdam „ fratris *Griphonis acta*, quae in Chronicis „ Fratrum Minorum circumferuntur, in qui„ bus ab eodem, Maronitas Christiana primum „ sacra suscepisse, cum summa Catholicae ab „ immemorabili aevo Nationis iniuria vulga„ tum est. Haec forsan παρὰ τῆς ὁδοῦ, sed ο„ του τὶς ἀλγεῖ κεῖσε καὶ τὸ νοῦν ἔχει. Lectio„ num tituli antiqui variant aliquando a de„ scriptis in tabulis, quas ad initium Codicis „ adiectas diximus supra, & utrique ab editis „ in Polyglottis. In his omnibus tamen cul„ tus Sanctorum, Defunctorum memoria, sa„ crorum hominum χειροτονία, ieiunorum ob„ servantia, aliique Ritus Ecclesiastici lau„ dantur. Hinc praeter Ecclesiastica traditio„ nis αὐθεντίαν colligitur etiam Syriaci ritus „ antiquitas, ad cuius Canones ordo lectio„ num in hoc Codice exigitur, nec proinde „ sacras Syrorum ordinationes adeo esse recen-

„ centes, ut saeculo sexto, quo hic liber de-
„ scriptus legitur, antiquiores non sint, sicut a
„ nonnullis perperam existimatum est. Ad
„ haec historiam Adulterae non habet: Ver-
„ ba Christi *Il Il Lammasabaktani* in textu S.
„ *Matthaei* non interpretatur, sed solum in
„ *Marco*, & *Luca*. Deest pericope ex primo
„ cap. S. *Matthaei* usque ad vers. XXIII. An-
„ tiquitas Codicis raro aliam parem inve-
„ niet, cum superet millesimum. Annus in
„ subscriptione notatus a librario fuit Chri-
„ sti DLXXXVI. in quem ferme incidit Indi-
„ ctio IV. ab eodem designata, sub *Pelagio II.*
„ summo Pontifice, & Imperatore *Mauritio*.
„ Monuimus supra Evangelici Textus distin-
„ ctionem aliam placuisse Syris, & quidem a
„ Graecis & Latinis diversam: haec autem
„ duplex est, altera per lectiones, altera per
„ oracula, seu sententias Syris est *Phetgoma*
„ prima notatur in corpore textus, secunda
„ ad calcem cuiusque Evangelistae explicatur,
„ adiecta Epigraphe, quam in editis praeter-
„ missam hic reddo, *Finem habuit descriptio*
„ *Evangelii* Matthaei, *qui loquutus est Hebrai-*
„ *ce in Palaestina. In eo autem sunt Oracula*
„ CIↃ. CIↃ. IↃ. XXII. - Marci „ *Finem habuit descri-*
„ *ptio Evangelii praedicationis* Marci *Apostoli*,
„ *qui loquutus est*, & *praedicavit*, & *scripsit*
„ *Romane in urbe* Romae. *In eo sunt Oracula*
„ CIↃ. IↃ. CLXXV. - Lucae „ *Finem habuit de-*
„ *scriptio Evangelii praedicationis* Lucae, *qui*
„ *Ionice seu Graece loquutus est in Magna* A-
„ lexandria. Sunt autem in eo *Oracula* CIↃ.
„ CIↃ. CIↃ. LXXXIII. - Iohannis „ *Finem habuit de-*
„ *scriptio Evangelii* Iohannis, *qui loquutus est*
„ & *scripsit Ionice in* Epheso. *In eo autem sunt*
„ *Oracula* CIↃ. IↃ. CCCCIIXL. Omnium Oraculo-
„ rum, sive sententiarum, quae sunt in qua-
„ tuor Evangeliis summa est CIↃ. IↃ. IↃ.CCCCXLVIII.
„ Quod graecis est σίχος, & nobis *Versus*, Sy-
„ ris est ut diximus *Phetgoma*, nempe *Sen-*
„ *tentia*, *Oraculum*, *Sermo*. Vox Syriae ἀυ-
„ τόχτων etsi primo aspectu videatur τῶ ἑλλη-
„ νικῶ κόμματος, & ἀπο τῶ φθέγγεσθαι deducta;
„ nam *Danielis* tempore, cui vox haec frequens
„ est, nondum Hellenismus aliarum linguarum
„ fines invaserat. Consulto has Epigraphes
„ integras fideliter ex Syriaco retuli, ut vel
„ hinc discant Censores quidam τὴν ἀλαζονείαν
„ καὶ τὸν τύφον deponere: sciantque non adeo
„ novam esse Romanorum sententiam, quod
„ *Matthaeus* Hebraice scripserit, & *Marcus* La-
„ tinis hominibus Latinum dederit Evangelii
„ textum, ut iactare possint, quod nullum ex-
„ tat huius rei apud veteres vestigium, prae-
„ terquam apud *Damasum* in vita *Petri*. Ha-
„ bent hic in nostro Codice antiquam tradi-
„ ctionem, cui etiam consonant alia Syriaca
„ exemplaria quamplurima, atque his Arabi-
„ ca, e quibus praeter illud; quod *Kirstenius*
„ laudat antiquissimum in vitis Evangelista-
„ rum, alia duo ex Vaticano, & Coptorum
„ editio, quae penes nos, dictis consentiunt.

Catal. Montfauc. ex autogr. sed ex recen-
sione *Petri Ambarachi* supra in Cod. XII. p. 9.
& alibi laudati.

„ Sacrosancta Quatuor Evangelia Domini
„ nostri Iesu Christi, a *Rabula Calligrapho* Sy-
„ riace scripta in Monasterio S. Ioannis in *Zag-*
„ *ba*, urbe Mesopotamiae, sub *Sergio* Presby-
„ tero, eiusdem Monasterii Abbate, die sexta
„ mensis Februarii, Indictione quarta, anno
„ Alexandri octingentesimo nonagesimo sep-
„ timo (Christi quingentesimo octogesimo
„ sexto) cura, & solicitudine *Ioannis* Presby-
„ teri Monasterii *de Larbyc*, & *Isaaci* Diaco-
„ ni *de Hainata*, necnon *Christophori Lugentis*,
„ *Martyrii* Presbyteri, & *Damiani* Legisperiti
„ de domo *Protogenis*, qui laudatum Codi-
„ cem quatuor Evangeliorum una cum pluri-
„ mis aliis Codicibus, quos collegerant, prae-
„ fato *S. Ioannis* Monasterio *in Zagba* dono
„ dederunt; quae omnia ad calcem eiusdem
„ Codicis, ut inferius declarabimus, manu
„ praelaudati *Rabulae* Calligraphi adnotantur.

„ Prioribus Codicis duodecim foliis praefi-
„ gitur Epistola *Eusebii Pamphili* Caesareen-
„ sis ad *Carpianum* de Harmonia quatuor E-
„ vangelistarum, una cum decem eiusdem *Euse-*
„ *bii*; & *Ammonii Alexandrini* Canonibus, qui
„ Tabulis XIX. comprehenduntur, de quibus
„ consulenda Prolegomena ad Biblia Poly-
„ glotta.

„ Tabulae XIX. quae Canones Harmonicos
„ Evangeliorum exhibent, una cum aliis VII.
„ Tabulis sacris Novi, Veterisque Testamen-
„ ti imaginibus, vario colore pictis, in hunc
„ modum dispositis undequaque illustrantur.

„ Tabula I. *Imagines Apostolorum, ad Ma-*
„ *thiam in Iudae locum substituendum congrega-*
„ *tos*, *repraesentat*.

„ Tabula II. a tergo: *Deiparam Virginem*
„ *Christum infantem in sinu suo gestantem*.

„ Tab. III. *Eusebium Caesareensem*, & *Ammo-*
„ *nium Alexandrinum Harmoniae Evangelicae*
„ *Auctores*.

„ Tab. IIII. *Moysen* & *Aaron*: a latere *Ap-*
„ *paritionem Angeli ad Zachariam*.

„ Tab. V. *Samuelem*, & *Iosue Barnun*: a
„ latere: *Annunciationem Beatae Mariae Virgi-*
„ *nis*.

„ Tab. VI. A tergo: *Salomonem*, & *Davidem*
„ *Reges*: a latere *Christum iacentem in prae-*
„ *sepio*, *adstante Ioseph*, & *Deipara Maria Vir-*
„ *gine prope sedente*: *Ioannem in Iordane Chri-*
„ *stum baptizantem*; *necnon Herodem Infantium*
„ *in Bethleem*, & *in omnibus finibus eius cae-*
„ *dem imperantem*.

„ Tabula VII. *Ioelem* & *Hoseam*: a latere
„ *Conversionem aquae in vinum*, *a Christo in*
„ *nuptiis in Cana Galilaeae patratam*, *rogante*
„ *Deipara Virgine Maria*.

„ Tab. VIII. A tergo: *Abdiam* & *Amos*: a
„ latere: *Christum sanantem mulierem*, *fluxu*
„ *sanguinis laborantem*, *quae tangit eius vestem*.

„ Tab. IX. *Michaeam*, & *Ionam*: a latere:
„ *Mulieres Samaritanam* & *Curvam*, *a Christo*
„ *sanatas*.

„ Tabula X. A tergo *Sophoniam* & *Nahum*:
a latere: *Christum resuscitantem filium unicum*
„ *Viduae Naim*. Ab altero latere extat Mo-
ni-

„ nimentum, manu Hieremiae Patriarchae „ Antiocheni exaratum, de quo inferius.

„ *Tab.* xi. *Isaiam & Iob*: a latere *Chri-* „ *stum Apostolis praedicantem.*

„ Tab. xii. a tergo: *Aggaeum & Haba-* „ *cuc*: a latere *Christum sanantem caecum a* „ *nativitate.*

„ Tab. xiii. *Hieremiam & Zachariam*: a la- „ tere *Christum stantem in medio filiorum Ze-* „ *bedaei, & matris eorum.*

„ Tab. xiv. a tergo: *Danielem & Ezechie-* „ *lem*: a latere *Christum ab energumeno dae-* „ *mones eiicientem.*

„ Tab. xv. *Eliseum & Malachiam*: a late- „ re *Christum Caesaris monetam a pisce extrahi* „ *iubentem.*

„ Tab. xvi. a tergo: *Matthaeum & Ioan-* „ *nem Evangelistas.*

„ Tab. xvii. *Marcum & Lucam Evangeli-* „ *stas.*

„ Tab. xviii. a tergo: *Christum panis & pi-* „ *sciculorum multiplicationis miraculum patran-* „ *tem.*

„ Tab. xix. *Christum in monte sedentem, tur-* „ *bas docentem, & caecos, claudos, & parali-* „ *ticum sanantem.*

„ Tab. xx. a tergo: *Ingressum Domini asi-* „ *num equitantis in urbem Hierusalem, eum-* „ *demque Apostolis Eucharistiam praebentem.*

„ *Tab.* xxi. *Christum in horto a Iudaeis ap-* „ *prehensum, & Iudam proditorem in arbore* „ *suspensum.*

„ Tab. xxii. a tergo: *Christum a telonio Mat-* „ *thaeum ad Apostolatum vocantem.*

„ Tab. xxiii. *Christum in Cruce pendentem* „ *in medio duorum latronum, Cruci pariter affi-* „ *xorum, & Longinum militem* (cuius nomen „ iuxta eius caput scriptum est) *latus Chri-* „ *sti lancea fodientem, & milites eiusdem vesti-* „ *menta inter se dividentes.* Praeterea *Deipa-* „ *ram, Ioannem, & sanctas Mulieres iuxta Cru-* „ *cem lachrymantes.* Et infra: *Christi a sepul-* „ *cro Resurrectionem, Apparitionem Angeli ad* „ *Marias, & Christum Magdalenam alloquen-* „ *tem.*

„ Tab. xxiv. a tergo: *Ascensionem Domini* „ *in Caelum.*

„ Tab. xxv. *Christum in medio Doctorum qua-* „ *tuor adstantium in throno sedentem, inter* „ *quos a latere inferiori cernitur S. Ephremi* „ *Syri effigies.*

„ Tab. xxvi. a tergo *Descensum Spiritus* „ *Sancti super duodecim Apostolos, & Deiparam* „ *Virginem in medio stantem.*

„ A p. 15. ad 19. additus est recentiori ma- „ nu, in foliis bombycinis exaratus. *Index Le-* „ *ctionum Evangeliorum*, quae in Ecclesia Sy- „ rorum per anni circulum recitantur, his- „ que respondent ad marginem singulorum fe- „ re Codicis foliorum notae nova manu ap- „ positae, videlicet.

„ DEI OPE DESCRIBIMVS CODICEM EVANGELII „ IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI.

„ In festo Encaeniorum.
„ *In primis Vesperis.* Matth. 40.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 27.
„ *In Missa.* Marc. 22.
„ In Commemoratione Annuncia- „ tionis Zachariae, S. Ioannis Bapti- „ stae parentis.
„ *In primis Vesperis, & Matut.* Luc. 1.
„ *In Missa.* Luc. 42.
„ In Annunciatione Deiparae Vir- „ ginis Mariae. Luc. 2.
„ In eiusdem Visitatione. Luc. 3.
„ In Nativitate Ioannis Baptistae Luc. 4.
„ In Apparitione Angeli ad Ioseph. Matth. 2.
„ Dominica ante Nativ. Domini. Matth. 1.
„ In Nativitate Domini.
„ *In primis vesperis.* Ioann. 1.
„ *In Nocturnis, & Matutino.* Luc. 3.
„ *In Missa.* Matth. 3.
„ In Commemoratione Deiparae.
„ *In primis vesperis.* Matth. 31.
„ *Ad Matutinum.* Marc. 8.
„ *In Missa.* Luc. 40. & 26.
„ In Commemoratione SS. Inno- „ centium.
„ *In primis vesperis.* Matth. 4.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 5.
„ Dominica post Nativit. Domini. Luc. 8.
„ Prima die mensis Ianuarii, quae „ est prima anni, & in Festo SS. Eliae, „ & Elisaei. Luc. 12.
„ In Festo SS. Gregorii, & Basilii. Io. 21.
„ In Epiphania Domini.
„ *In primis vesperis.* Marc. 1.
„ In Nocturno Benedictionis a- „ quarum. Ioann. 10.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 6.
„ *In Missa.* Luc. 9.
„ In Commemoratione Decollatio- „ nis S. Ioannis Baptistae.
„ *In primis vesperis.* Matth. 34
„ *Ad Matutinum.* Marc. 15.
„ *In Missa.* Matth. 26.
„ In Festo S. Ioannis Baptistae, „ & sacri Baptisterii. Ioann. 9.
„ In Festo S. Stephani Martyris.
„ *In primis vesperis.* Matth. 61.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 24.
„ Dominica I. post Epiphaniam.
„ *In primis vesperis.* Marc. 2.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 2.
„ *In Missa.* Ioann. 3.
„ Dominica II. post Epiphaniam.
„ *In primis Vesperis.* Luc. 10.
„ *Ad Matutinum.* Ioan. 7.
„ *In Missa.* Ioann. 23.
„ Dominica III. post Epiphaniam.
„ *Ad Matutinum.* Ioan. 14.
„ *In Missa.* Ioann. 4.
„ Dominica IV. Post Epiphaniam.
„ *In primis vesperis.* Marc. 28.
„ *Ad Matutinum.* Marc. 35.
„ *In Missa.* Ioann. 15.

Do-

„ Dominica v. post Epiphaniam.
„ *Ad Matutinum.* Luc. 23.
„ *In Missa.* Luc. 65.
„ Dominica vi. post Epiphaniam.
„ *Ad Matutinum* Matth. 8.
„ *In Missa.* Marc. 3.
„ In festo ingressus Domini in Tem-
„ plum.
„ *In primis Vesperis, & Matut.* Luc. 6.
„ *In Missa* Luc. 7.
„ Dominica Commemorationis Sa-
„ cerdotum.
„ *In primis vesperis.* Luc. 61.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 65.
„ *In Missa* Matth. 33.
„ In Commemoratione Iustorum.
Matth. 68. Luc. 69.
„ Dominica Commemorationis De-
„ functorum.
„ *In primis Vesperis.* Luc. 54.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 13.
„ *In Missa.* Marc. 34.
„ In eadem Defunctorum Comme-
„ moratione. Marc. 12. Matth. 21.
„ Dominica ingressus magni Ieiunii.
„ *In primis vesperis.* Matth. 30.
„ *Ad Matutinum.* Luc. 53.
„ *In Missa.* Ioann. 5.
„ Feria II. primae hebdomadae
„ magni Ieiunii.
„ *In primis vesperis.* Luc. 51.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 7.
„ Feria III.
„ *In primis vesperis* Luc. 38.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 11.
„ Feria IV.
„ *In primis Vesperis.* Luc. 20.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 12.
„ Feria V.
„ *In primis vesperis.* Matth. 12.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 14.
„ Feria VI.
In primis Vesperis. Luc. 15.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 16.
„ Sabbato.
„ *In Missa.* Matth. 18.
„ Dominica II. magni Ieiunii.
„ *In primis Vesperis.* Matth. 17.
„ *Ad Matutinum.* Marc. 3.
„ *In Missa.* Luc. 16.
„ Feria II. Matth. 13.
„ Feria III. Matth. 15.
„ Feria IV. Matth. 32.
„ Feria V. Luc. 25.
„ Feria VI. Matth 47.
„ Sabbato. Marc. 32.
„ Dominica III. magni Ieiunii.
„ *In primis vesperis.* Matth. 19.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 12.
„ *In Missa.* Marc. 4.
„ Feria II. Matth. 27.
„ Feria III. Matth. 44.
„ Feria IV. Matth. 43.
„ Feria V. Luc. 17.
„ Feria VI. Luc. 44.

„ Sabbato. *In Missa* Matth. 29.
„ Dominica IV. magni Ieiunii.
„ *In primis vesperis.* Matth. 38.
„ *Ad Matutinum.* Marc. 19.
„ *In Missa.* Luc. 21.
„ Feria II. Marc. 25.
„ Feria III. Luc. 50.
„ Feria IV. Ioan. 8.
„ Feria V. medii magni Ieiunii. Marc. 18.
„ Feria V. Hebdomadae IV. magni Ieiunii.
Matth. 55.
„ Feria VI. Luc. 19.
„ Sabbato. Marc. 6.
„ Dominica V. magni Ieiunii.
„ *In primis vesperis.* Luc. 27.
„ *Ad Matutinum.* Luc. 28.
„ *In Missa.* Luc. 22.
„ Feria II.
„ *Ad Matutinum.* Marc. 11.
„ Feria III.
„ *In primis vesperis.* Ioann. 11.
Ad Matutinum. Luc. 17.
„ Feria IV.
„ *In primis vesperis.* Ioann. 16.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 20.
„ Feria V.
„ *In primis vesperis.* Marc. 10.
„ *Ad Matutinum.* Luc. 15.
„ Feria VI.
„ *In primis vesperis.* Luc. 13.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 22.
„ Sabbato. *In Missa.* Matth. 53.
„ Dominica VI. magni Ieiunii.
„ *In primis vesperis.* Luc. 36.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 25.
„ *In Missa.* Marc. 30.
„ Feria II. Luc. 33.
„ Feria III. Luc. 39.
„ Fer. IV. *In primis vesperis.* Luc. 41.
„ *Ad Matutinum.* Luc. 48.
„ Feria V. Luc. 60.
„ Feria VI.
„ *In primis vesperis.* Marc. 17.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 7.
„ *In Missa* Quadraginta Marty-
„ rum. Ioann. 28.
„ Sabbato Resuscitationis Lazari.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 6.
„ Dominica Osannarum.
„ *In primis vesperis.* Matth. 54.
„ *Ad Matutinum.* Marc. 31.
„ *In Missa.* Luc. 62. Ioann. 30.
„ Fer. II.
„ *In primis vesperis.* Luc. 63.
„ *In primo Nocturno.* Matth. 57.
„ *In secundo Nocturno.* Matth. 56.
„ *Post Hymnum, & Antiphon.* Matth. 66.
„ *In tertio Nocturno.* Matth. 64.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 32 Marc. 23.
„ Feria III.
„ *In primis Vesperis.* Matth. 58.
„ *In Nocturnis.* Matth. 61.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 60.
„ Feria IV.
„ *In primis vesperis.* Ioann. 24.
In

„ *In Nocturnis.* Ioann. 29. & 22.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 19.
„ Feria v. Mysteriorum.
„ *In primis vesperis.* Matth. 69.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 70.
„ *Ad Tertiam.* Luc. 24.
„ In Lotione mystica. Ioann. 33.
„ In Consecratione Chrismatis, &
„ *ad horam Nonam.* Marc. 37.
„ *Ad Missam.* Luc. 68.
„ Feria vi. Crucifixionis.
„ *In primis vesperis, Nocturnis, & Matu-*
„ *tino.* Matth. 61. Marc. 64. Luc. 69. Ioan. 42.
„ Sabbato Annunciationis.
„ *In primis vesperis.* Matth. 72.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 73.
„ Dominica magna Resurrectionis.
„ *In primis vesperis.* Matth. 74.
„ *In Nocturnis.* Luc. 70.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 43.
„ *In Missa.* Matth. 39.
„ Feria II. in Albis. Luc. 71.
„ Feria III. Marc. 2.
„ Feria IV. Luc. 35.
„ Feria v. Matth. 20.
„ Feria vi. Matth. 68.
„ Sabbato in Albis. Marc. 9.
„ Dominica Nova.
„ *In primis vesperis.* Ioann. 44.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 45.
„ *In Missa.* Ioann. 46.
„ Dominica II. post Resurrectio-
„ nem. Matth. 36.
„ *Ad Matutinum.* Luc. 36.
„ Dominica III. post Resurrectio-
„ nem. *In primis vesperis.* Ioan. 39.
„ *Ad Matutinum.* Marc. 5.
„ Dominica IV. post Resurrectio-
„ nem. Luc. 16.
„ Dominica v. post Resurrectionem.
„ *In primis vesperis.* Luc. 29.
„ *Ad Matutinum.* Ioan. 34.
„ Dominica vi. post Resurrection.
„ *In primis vesperis,* Luc. 34.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 40.
„ In Festo Ascensionis Domini.
„ *In primis vesperis.* Luc. 72.
„ *In Missa.* Marc. 40.
„ Dominica Pentecostes.
„ *In primis vesperis.* Ioann. 36.
„ *Ad Matutinum.* Ioann. 37.
„ *In Missa.* Ioann. 38.
„ In Benedictione aquarum, quae
„ sit in die Pentecostes. Ioann. 10.
„ Dominica I. post Pentecosten. Matth. 37.
„ Dom. II. post Pentecosten. Matth. 41.
„ Dom. III. Post Pentec. Matth. 45.
„ Dom. IV. post Pentec. Matth. 46.
„ Dom. v. post Pent. Matth 52.
„ Dom. vi. post Pentec. Marc. 7.
„ Dom. vii. post Pentec. Marc. 14.
„ Dom. viii. post Pentec. Marc. 26.
„ In Festo Tabernaculorum.
In primis vesperis, Matth. 44.
Ad Matutinum, Luc. 32.

„ *In Missa.* Marc. 24.
„ In Festo sanctissimae Crucis.
„ *In primis Vesperis.* Matth. 63.
„ *Ad Matutinum.* Marc. 36.
„ *In Missa.* Luc. 66.
„ Dominica post Crucem.
„ *In primis vesperis.* Luc. 67.
„ *Ad Matutinum.* Matth. 48.
„ Dom. II. post Crucem. Luc. 47.
„ Dom. III. post Crucem. Ioann. 41.
„ In Commemoratione S. Petri Ap.
„ *In primis vesperis.* Ioann. 47.
„ In Festo SS. Apostolorum Petri,
„ & Pauli. Matth. 50. 51.
„ *In Missa* S. Petri Apostoli. Marc. 29.
„ In Festo S. Ioannis Apostoli, &
„ Evangelistae. Ioann. 48.
„ In Commemoratione Sanctorum
„ Apostolor. Thomae, & Philippi. Ioann. 35.
„ In Commemoratione duodecim
„ Apostolorum.
„ *In primis vesperis.* Luc. 23.
„ *Ad Matutinum.* Luc. 29.
„ *In Missa.* Luc. 18.
„ In ceteris Apostolorum Com-
„ memorationib. Luc. 8. Matth. 9. Luc. 14. 31.
„ In Commemorat. Martyrum. Matth. 9. 24
Marc. 23. Luc. 43.
„ In Commemoratione sanctarum
„ Mulierum. Matth. 66. Luc. 37.
„ In Commemoratione Anachore-
„ tarum. Luc. 51.
„ In Commemoratione Laboran-
„ tium & Afflictorum. Matth. 25.
„ In die Ascensus in Columnam. Luc. 20.
„ In Festo Antonii Abbatis, &
„ Monachorum. Matth. 49. Luc. 59.
„ In Festo Simeonis Stylitae &
„ sociorum. Matth. 10.
„ In Commemoratione S. Severi. Ioan. 26.
„ In obitu Episcopi. Luc. 45.
„ In Chirotonia, Episcoporum, hoc
„ est manuum impositione in sacris
„ Ordinibus. Ioann. 47.
„ In Consecratione Episcoporum,
„ & Ordinatione Diaconorum. Ioann. 40. 41.
„ In Missis Feriar. seu quotidianis.
„ Matth. 35. Mar. 16. 20. Luc. 30. Io. 17. 18.
„ In die Rogationum. Matth. 64. Luc. 38.
46. 52. 55. 58.
„ In Benedictione legali, seu Ma-
„ trimonii. Marc. 27.

EXPLICIT CODEX LECTIONVM SANCTI EVANGELII DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

„ Indicem hunc adiectum Codici fuisse re- „ centiori manu diximus supra: ex eo potissi- „ mum, quia folia, in quibus est scriptus, „ tum minora reliquis membranaceis, tum e- „ tiam bombycina sunt, quae ferme ante „ saeculum undecimum Orientalibus incognita „ fuere; quum Codices omnes memorato sae- „ culo antiquiores in membranaceis foliis exa- „ rati cernantur. Codicis aetatem licet idem in-

„ Index non aequet, perantiquum tamen & „ ipſum ob vetuſtatem characterum putamus, „ ſaeculo nimirum duodecimo exaratum, una „ cum notulis Lectionum eidem reſponden- „ tibus, quae in margine Codicis paſſim le- „ guntur: in quibus quum *Severi* Patriarchae „ Antiocheni mentio fiat fol. 19. palam fit, ſcri- „ ptorem earumdem Iacobitica haereſi infe- „ ctum fuiſſe.

„ Praeterea recentiori manu (quae videtur „ eſſe eiuſdem Calligraphi Indicis Lectionum) „ adiunctus in margine legitur numerus Se- „ ctionum ſeu Capitum, ut vocant, maio- „ rum; *quae quidem in* Matthaeo *ſunt quatuor* „ *ſupra ſeptuaginta*, *in* Marco *quadraginta*: *in* „ Luca *ſeptuaginta & unum*, *in* Ioanne *quadra-* „ *ginta octo*.

„ Aliae in corpore ſunt, & a nuper citatis „ diverſae, eiuſdem cum ipſo Codice antiquita- „ tis ſectiones; quia eadem, qua Codex, ma- „ nu ſunt exaratae, quae Lectionum ordinem „ & tempus deſignant, & cum illis, quae in „ Polyglottis exhibentur, non ſemper conve- „ niunt.

„ In *Matthaeo* quidem numerantur decem „ & octo: in *Marco* octo: in *Luca* ſeptem: „ in *Ioanne* demum quatuordecim, ut ſequi- „ tur.

LECTIONES EVANGELII MATTHAEI RECITANDAE.

LECTIONES EVANGELII MARCI.

LECTIONES EVANGELII LVCAE.

LECTIONES EVANGELII IOANNIS.

„ Conſulto utrumque Indicem Lectionum „ Evangeliorum, veterem ſcilicet & recen- „ tiorem, quemadmodum in hoc ipſo Codice „ legitur, ex Syriaco accurate fideliterque „ retulimus, ut nimirum Syriaci Ritus anti- „ quitas illuſtretur, Novatorumque inſanae „ allucinationes in ſacroſanctae Romanae Eccle- „ ſiae Ritus, Traditioneſque evaneſcant. Ha- „ bent enim heic in noſtro Codice antiquiſſi- „ mam paene totius Orientis traditionem Roma- „ nae conſonantem, quae etiam ex Codicibus „ Evangelior. Bibliothecae Laurentianae LVIII, „ & XL. quinimo ex aliis Syriacis exemplaribus „ quamplurimis apprime comprobatur. Hinc „ Traditiones, & Ritus, qui in Eccleſia Ro- „ mana vigent, a Romanis minime fuiſſe recen- „ tioribus ſaeculis excogitatos, uti perperam „ Novatores fabulantur, perſpicuum eſt.

„ Neque obſtat, quod Tituli Lectionum „ ſupra relati varient aliquando a deſcriptis „ in ſuperiori Indice, quem ad initium Codi- „ cis adiectum iam diximus, & utrique ab edi- „ tis in Polyglottis; nam in his omnibus cul- „ tus Sanctorum, Defunctorum memoria, ſa- „ crorum hominum Chirotoniae ſive Ordina- „ tiones, Ieiuniorum obſervantia, aliique Ec- „ cleſiaſtici Ritus, ab eadem Eccleſia Romana „ obſervati, laudantur.

„ Ad calcem marginis ſingulorum foliorum mem-

„ membranaceorum huiusce Codicis accuratissime confecta est Harmonia Evangelica, „ seu Concordia Evangelistarum ex mente *Eusebii Pamphyli* Caesareensis, positis primum „ Evangelistae, cuius ibi Evangelium legitur, „ versiculis, deinde indicatis aliorum Evangelistarum, in quibus cum illis concordant locis.

„ In fine cuiusque Evangelistae notatur numerus Oraculorum seu Sententiarum, quae „ iuxta editionem Syriacam differunt omnino „ a Graecis, & Latinis; adiecta epigraphe, „ quam in Polyglottis praetermissam heic reddimus.

„ Pag. 93. a tergo: *Explicit Evangelium* „ Matthaei; *qui scripsit Hebraice in Palaestina*, „ *In eo autem sunt Oracula bis mille quingenta, & vigintiduo*.

„ Pag. 143. *Explicit Evangelium Praedicationis* Marci, *qui praedicavit, & scripsit Romane in urbe Roma. In eo sunt Oracula mille sexcenta, & septuaginta quinque*.

„ Pag. 227. *Explicit descriptio Evangelii* Lucae, *qui Ionice, seu Graece locutus est in magna Alexandria. Sunt autem in eo tria millia, & octoginta tria Oracula*.

„ Pag. 291. a tergo: *Explicit Evangelium* „ Ioannis, *qui locutus est Ionice in Ephefo. In eo sunt mille nongenta & triginta octo Oracula*.

„ Ad maiorem huiusce vetustissimi Codicis illustrationem, sciendum est, hanc E„ vangeliorum versionem a Syris vocari *Simplicem*, hoc est *Vulgatam*, quae ab Apostolicis temporibus in usu fuit in Ecclesiis Syriae, Mesopotamiae, & Assyriae, uti praeter Syros auctores, *Hieronymus*, *Theodoretus*, aliique Graeci & Latini Scriptores observant.

, Porro quum prima Evangelii *Matthaei*, „ pagina ab hoc ipso Codice fuerit distracta, „ deest initium primi capitis usque ad versum „ vigesimum tertium. Atque heic notandum, „ verba Christi *Il Il Lammasabactani*: In E„ vangelio *Matthaei* carere interpretatione; eadem tamen in *Marco*, & *Luca* interpretari. Ex quo palam fit, linguam Hebraicam, „ qua *Matthaeus* suum scripsit Evangelium, „ quaque locutus est *Christus* in terris, Syriacam fuisse: tum quia verba illa Syriaci „ idiomatis sunt, tum quia Hebraicus sermo, „ quo scriptum fuit *Matthaei* Evangelium, si „ alienus a Syriaco fuisset, praenotatis *Christi* „ verbis *Matthaeus* utique interpretationem „ adposuisset, sicut *Marcus* & *Lucas*, eadem „ verba a *Christo* prolata Ionica, & Romana „ lingua, quibus sua scripserunt Evangelia, interpretati sunt.

„ Demum advertendum est, historiae Adulterae, quae in vulgata *Ioannis* editione, Capite octavo legitur, nullam prorsus in nostro Codice fieri mentionem.

„ Ad calcem Codicis, pagina scilicet 292. „ *Rabula* Calligraphus, quem supra diximus „ Codicem exarasse, haec manu sua, eadem „ nimirum, qua idem Codex scriptus est, adnotat:

„ *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto nunc & in omni tempore, & in saecula saeculorum. Amen*.

„ *Qui adiuvit servum suum, peccatorem humilem, & imperfectum* Rabulam Calligraphum „ *huius S.Libri quatuor Evangeliorum scriptorem*. „ *Precor autem per Dominum nostrum legentem* „ *in hoc Libro, ut oret pro me, ut consequar* „ *misericordiam in die tremendi Iudicii, quemadmodum Latro a dextris misericordiam obtinuit; precibus Sanctae Dominae nostrae* Mariae *Deiparae Virginis in omni tempore, &* „ *precibus Fratrum Monasterii Domus* S. Ioannis, *in saecula saeculorum. Amen*.

„ *Explicit Liber iste die* VI. *mensis Sciabat* „ (Februarii) *indictione quarta, anno Alexandri octingentesimo nonagesimo septimo -- Domine, da pacem Ecclesiae tuae in partibus* „ *omnibus, & ut memoria omnium Dei Sanctorum in locis omnibus recolatur. -- Scriptus,* „ *& completus est Liber iste in Coenobio sanctae* „ *Domus Sancti* Ioannis in Zagba, *in diebus Dei* „ *Amantis* Sergii *Presbyteri & Abbatis, & Religiosorum* Thomae, & Thomae, & Martyrii *Presbyterorum, itemque* Tathecne & Damiani *Diaconorum, & ceterorum Fratrum* „ *in Christo. Deus omnium Dominus hoc Habitaculum* (id est *Coenobium*) *& in eo habitantes a malis omnibus internis, & externis* „ *servet, & inhabitare faciat in eo tranquillitatem & pacem quamdiu saeculum durabit; precibus Martyrum, qui Dominum dilexerunt, & in eius spe decesserunt, in saecula saeculorum. Amen*.

„ *Bona sit memoria coram Deo Patre, & Christo,* „ *& Spiritu eius vivo & Sancto, ei, qui laboravit in hoc Libro. Christus Deus noster illum dignum faciat in gloria suorum Angelorum benedicta resurrectione a mortuis, ut audiat illam* „ *vocem gaudio plenam*; Euge, serve bone & „ fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super „ multa te constituam, intra in gaudium Domini tui: *precibus Beatorum Apostolorum, &* „ *Sanctorum, qui voluntatem Dei fecerunt, in* „ *saecula saeculorum. Amen*.

„ *Quicumqua autem legerit in Libro isto, oret* „ *pro Religiosis, & Dei amantibus, bonaque* „ *memoria dignis* Ioanne *Presbytero eiusdem* „ *Monasterii de* Larbyc, *& pro* Ioanne *Diacono de* Hainata, *qui de hoc saeculo ad Dominum nostrum migrarunt: eorum siquidem* „ *labore & opera initium habuerunt hi libri:* „ *& oret pro illustri* Christophoro Lugente, „ *&* Martyrio *Presbytero, & Domino meo* Damiano *Legisperito, qui hos libros perfecerunt, contulerunt, in ordinem redegerunt,* „ *atque in eodem Monasterio* S. Ioannis in Zagba *collocarunt,. Dominus noster, Deus noster, Salvator noster* Iesus Christus *benedicat* „ *omnia, quae prope, & procul ad eos spectant;* „ *utque mortui eorum in bona memoria sint efficiat; & vocet eos in sortem Sanctorum, quibus dictum est*: Venite, benedicti Patris mei, pos-

„ possidete paratum vobis regnum a constitutio-
„ ne Mundi: *precibus S. Dominae nostrae* Ma-
„ riae *Deiparae & Virginis in omni tempore*
„ *in saecula saeculorum. Amen.*

„ *Spectat Liber iste ad sanctum Monasterium*
„ *Domus S.* Ioannis Beth Zagbae, *Quicumque*
„ *eumdem abstulerit, vel ab eo paginam vel scri-*
„ *ptam, vel non scriptam abstraxerit, vel ipsum*
„ *legendo foedaverit, inter violatores Sanctuarii*
„ *adnumeretur.*

„ Inferius recentiori, sed pervetusta manu,
„ haec quae sequuntur adnotata occurrunt:
„ *Post obitum Romani Presbyteri, & Visitato-*
„ *ris Antiochiae, datus fuit hic Liber Evange-*
„ *liorum Ecclesiae* S. Georgii, *ut sit bona me-*
„ *moria Presbyteris hisce* Romano, *&* Con
„ stantino, *& sociis eorum, quibus Deus locum*
„ *tribuat inter Iustos, & Sanctos; precibus Ma-*
„ *tris benedictae, & omnium Sanctorum. Amen.*
„ *Si vero aedificabitur alia Ecclesia in urbe,*
„ *hic Liber Ecclesiae, quae aedificabitur, esto.*

„ Ex quibus satis superque elucet insignissi-
„ mi huiusce Codicis antiquitas, quae aliam
„ parem raro inveniet, quum saeculis ferme
„ quatuor praecedat millesimum. Annus enim
„ in subscriptione notatus a laudato *Rabula* Cal-
„ ligrapho fuit *Alexandri* octingentesimus no-
„ nagesimus septimus, cui respondet annus
„ Christi quingentesimus octogesimus sextus,
„ in quem plane incidit indictio quarta, ab
„ eodem *Rabula* designata, sedente *Pelagio II.*
„ Summo Pontifice, & *Mauricio Tiberio* Cae-
„ sare Augusto imperante.

„ Praeterea notatu digna sunt Monumenta
„ ad marginem nonnullorum Codicis foliorum
„ a Patriarchis Antiochenis Maronitarum, ad
„ quos Codex spectabat, adposita. Vsus enim
„ invaluit apud Orientales, ut omnia Familiae
„ momenti gravioris Acta, ne perirent, in sa-
„ cris Codicibus describerentur.

„ Hinc varia adnotantur in eximio hoc Co-
„ dice Monumenta ad Antiochenos Maroni-
„ tarum Patriarchas spectantia, & Legata pia,
„ seu Donationes factae Monasteriis Patriar-
„ chalibus, ac praesertim Monasterio *Sanctae*
„ *Mariae de Kannubin* in valle Giobbensi Mon-
„ tis Libani, ad ripam fluminis Xanthi sito,
„ in quo post dirutum Coenobium *Sancti Ser-*
„ *gii in Hardin* Dioecesis Tripolitanae, anno
„ Christi 1440. Sedem Patriarchalem fixit *Ioan-*
„ *nes* Giagensis Maronitarum Patriarcha XXXVIII.
„ ibidemque sederunt, ac sedent eius successo-
„ res usque ad praesentem diem.

„ Quoniam vero tam in hoc Codice, quam
„ in pluribus aliis Bibliothecarum Laurentia-
„ nae, & Palatinae Codicibus de praefatis
„ Maronitarum Patriarchis, eorumque sedi-
„ bus passim fit mentio; nos, antequam prae-
„ dicta Patriarcharum Monumenta, quae in
„ margine huiusce Codicis leguntur ex Syria-
„ co & Arabico sermone referamus, de eo-
„ rumdem Patriarcharum origine, sedibus, ac
„ serie pauca praemittere, ad maiorem ipso-
„ rum Monumentorum illustrationem, operae
„ pretium duximus.

„ Et primo quidem Syriacam Maronitarum
„ nationem a prima sanctissimi Apostolorum
„ Principis *Petri* in Syriae partibus praedica-
„ tione ad nostra usque tempora Orthodoxam
„ fidem sic integram, illibatamque coluisse,
„ ut inter maximas Haereticorum, Schismati-
„ corum, atque Infidelium dissidia, & vicissi-
„ tudines in nullum umquam errorem, San-
„ ctae, Catholicae, & Apostolicae veritati ad-
„ versantem, inciderit, luculentissime probant
„ tum antiqua Documenta, quae a *Fausto Nai-*
„ *ronio* in Dissertatione de origine, nomine, &
„ Religione Maronitarum, anno MDCLXXIX.
„ Romae edita, fusius referuntur: tum plures
„ Summorum Pontificum Romanorum Episto-
„ lae ad eosdem Maronitas transmisisse, &
„ praecipue *Pii IV.* ad *Moysen* Patriarcham
„ Maronitarum, data Kalend. Septembris, an-
„ no MDLXII *Clementis VIII.* ad *Sergium* Pa-
„ triarcham, data Kalend Aprilis MDXCV. *Pau-*
„ *li V.* ad *Iosephum* Patriarcham, data Idi-
„ bus Ianuarii anno MDCVI. & ad Archiepis-
„ copos, Clerum, & populum Maronitarum,
„ data IV. Kal Decemb. anno MDCVIII. *Vrba-*
„ *ni VIII.* ad *Ioannem* Patriarcham III. Kal.
„ Augusti, anno MDCXXV. *Clementis XI.* ad *Ste-*
„ *phanum* Patriarcham VII. Id Februarii, anno
„ MDCCII. ad *Gabrielem* Patriarcham IV Id. Iu-
„ *nii* MDCCV. & ad *Iacobum Evodium* Patriar-
„ cham, Archiepiscopos, Episcopos, Clerum
„ saecularem, & regularem, Principes, uni-
„ versosque Christifideles Nationis Maronita-
„ rum IV. Kal. Februarii MDCCXXI. *Clementis*
„ denique XII. ad *Iosephum* Patriarcham, Ar-
„ chiepiscopos, & Episcopos Maronitas XI.
„ Kal Decembris, anno MDCCXXXV quae o-
„ mnes in Praefatione Synodi Maronitarum, an-
„ no MDCCXXXVI. in Monte Libano, nobis pro-
„ motoribus celebratae, praesidente avunculo
„ meo V. C. *Iosepho Simonio Assemano*, S. Se-
„ dis Apostolicae ad eosdem Maronitas Able-
„ gato, leguntur. Ex quibus sane planum fit,
„ & Maronitarum gentem Romanae Catholicae
„ Fidei semper fuisse addictissimam, & a Se-
„ de Apostolica ob eam causam summopere
„ commendatam.

„ Quum iam *Severus* Antiochiae Patriarcha,
„ quod duas in Christo Domino naturas negaret,
„ & sacrum Chalcedonense Concilium reiiceret,
„ anno DXVIII exeunte, depositus fuisset, in e-
„ iusque locum Orthodoxus *Paulus* successis-
„ set, ab eo tempore Antiochena sedes in plu-
„ ra frusta scissa est, & Syri Iacobitae coepe-
„ runt suos habere in Mesopotamia & Sy-
„ ria Patriarchas, ab his, qui *Paulum* ante-
„ dictum exceperunt, diversos.

„ Centum fere post annis alia in eodem Pa-
„ triarchatu facta est inter Syros nostros Ma-
„ ronitas & Melchitas divisio, quae ad no-
„ stram durat aetatem; nam qui Syriam &
„ Phoeniciam sub uno, eodemque Patriarcha
„ constituti incolebant, in duas civiles, sub Sa-
„ racenici Imperii exordio, factiones scissi
„ sunt: quorum alii, qui Imperatori Con-
„ stantinopolitano parebant, Syro vocabulo

„ *Melchitae*, ideſt, *Regii*, ſeu *Imperiales* dicti „ fuere : alii, qui Imperatoris iugo excuſſo, „ proprium ſibi Ducem creantes, Phoeniciam „ maritimam, & mediterraneam, obtinuerunt, „ *Mardaitae*, ideſt *Rebelles* ſunt appellati. His „ poſtea *Maronitarum* nomen impoſitum, quod „ *Theophane*, communi, utriuſque gentis Pa- „ triarcha defuncto, *Joannem* e celebri *S. Ma-* „ *ronis*. ad Orontem fluvium poſito Monaſte- „ rio, Patriarcham ſibi crearunt, cuius tem- „ pore *Mardaitarum* nomen in Maronitas tran- „ ſiit. Id anno Chriſti DCLXXXV. accidit : me- „ moratae autem illius factionis initia ad an- „ num circiter Chriſti DCXXII. referenda ſunt, „ ut liquet ex Annalibus Arabicis Patriarchae „ *Stephani*, Aldoenſis, qui in Bibliotheca Va- „ ticana adſervantur. & ex eadem Synodo Ma- „ ronitarum anno MDCCXXXVI. celebratae, e „ qua originem hanc Maronitarum Patriarcha- „ rum, & ſeriem decerpſimus.

„ Quae igitur una fuerat, totique Orienti „ imperaverat, Patriarchalis Antiochena Se- „ des, in quinque capita ſaeculo ſeptimo „ ſciſſa eſt. Nam unaquaeque Chriſtiana gens „ proprium ſibi conſtituit Praeſulem : Melchi- „ tae ſcilicet, Maronitae, Iacobitae, Neſto- „ riani, & Armeni, quibus & ſaeculo duode- „ cimo ſextus acceſſit Latinorum Patriarcha. „ Quum enim Latini, ſeu Franci Terram San- „ ctam, & Syriam obtinuiſſent, anno Chriſti „ MC. primum ſibi Latini ritus Patriarcham *Ber-* „ *nardum* a ſummo Romano Pontifice praefi- „ ciendum curarunt : & quamvis ſexaginta „ poſt annis e Syria excedere a Saracenis „ compulſi eſſent, Titularem tamen Antio- „ chiae Patriarcham ad hunc uſque diem re- „ tinent.

„ *Ioannes* itaque ſupralaudatus primus Ma- „ ronitarum Patriarcha extitit : cui licet titu- „ lus Patriarchalis Antiochiae, eiuſque ſucceſ- „ ſoribus Maronitis, adprobante ſancta Roma- „ na Sede fuerit conceſſus; quum ibi tamen, „ Antiochiae nimirum, propter alienigenas re- „ ſidere nequiverit; idcirco ab antiquis tem- „ poribus in Phoenicia, ſive in Monte Liba- „ no, Sedes Patriarchalis collocata fuit. Quod „ autem conſtat ex Annalibus Maronitarum ab „ anno Chriſti DCLXXXV. ad noſtram aetatem, „ modo in una, modo in altera ex tribus hiſ- „ ce Dioeceſibus, Botrienſi ſcilicet, Byblien- „ ſi, ac Tripolitana, pro temporum, loco- „ rumque opportunitate, Sedem Patriarcha- „ lem fixere, ita tamen, ut non ſemper eo- „ dem in loco conſtiterint; neque eaſdem ſibi „ Eccleſias, & Monaſteria elegerint.

„ Ac *primo* quidem Sedes Patriarchalis fuit in „ Coenobio S. *Maronis* in Caphar-Hai Dioe- „ ceſis Botrienſis, ubi ab anno DCLXXXI. federunt „ Patriarchae *Ioannes Maro*, & *Cyrus*. & *Ga-* „ *briel*. *Secundo*, in Coenobio ſanctae *Mariae* „ in *Ianoch* eiuſdem Dioeceſis Botrienſis, ubi „ ſederunt, poſt memoratum *Gabrielem*, *Ioan-* „ *nes* alter *Maro* nuncupatus, *Ioannes* Demel- „ ſenſis, *Gregorius*, *Stephanus*, *Marcus*, *Euſe-* „ *bius*, *Ioannes*, *Ioſue*, *David*, *Gregorius* al- „ ter, *Teophylactus*, *Ioſue* alter, *Domitius*, *I-* „ *ſaac*, *Ioannes*, & *Ioſeph Gergeſaeus*, uſque „ ad annum MCXX. *Tertio* in Coenobio *S. Ma-* „ *riae* apud *Maiphuc* in Valle Hailigenſi, Dioe- „ ceſis *Byblienſis*, ubi ſederunt *Petrus*, qui „ *Ioſephum* antedictum excepit, & *Gregorius* „ Halatenſis, & *Iacobus* Ramatenſis. *Quarto* in „ Coenobio S. *Eliae* in *Lehephed*, Dioeceſis „ *Byblienſis*, ubi ſedit *Ioannes* Lehephedienſis „ *Iacobi* ſucceſſor, qui ſedem tranſtulit in Coe- „ nobium S. *Mariae* in *Habel* eiuſdem Dioeceſis „ *Byblienſis*, ibique ſederunt *Petrus*, *Petrus* „ alter, & *Lucas* cognomento *Petrus*. *Quinto* „ iterum in Coenobio S. *Mariae* in *Ianoch* Dioe- „ ceſis *Botrienſis*, ubi ſedit *Hieremias*. *Sexto*, „ in Coenobio S. *Cypriani* in *Caphiphan*, Dioe- „ ceſis *Byblienſis*, ubi ſedit *Daniel Sciamaten-* „ *ſis*, eiuſdem *Hieremiae* ſucceſſor, qui ſedem „ tranſtulit primo in Coenobium S. *Maronis* „ in *Caphar-Hais*, deinde in Coenobium S. „ *Georgii* in *Caphar*, Dioeceſis *Byblienſis*. *Se-* „ *ptimo* iterum in Coenobio S. *Mariae* in *Ia-* „ *noch*, ubi ſedit *Simeon Danielis* ſucceſſoris „ *Octavo*, iterum in Coenobio S. *Mariae* apud „ *Maiphuc* in Valle *Hailigenſi*, Dioeceſis *By-* „ *blienſis*, ubi ſedit *Iacobus Simeonis* ſucceſſor, „ & *Daniel* de *Hadeſcit*, & *Lucas* de *Bene-* „ *haran*, & *Simeon*, & *Gabriel* de *Hagiula*, qui „ martyrium ſubiit anno Chriſti MCCCLXVII. „ in urbe *Tripoli*. *Nono*, in Coenobio S. *Ser-* „ *gii* in *Hardin*, Dioeceſis *Tripolitanae* ubi „ ſedit *David* cognomento *Ioannes*, *Gabrielis* „ antedicti ſucceſſor ab anno MCCCLXVII. ad an- „ num MCCCCIV. *Decimo*, in Coenobio S. *Ma-* „ *riae* de *Kannubin* in Monte *Libano*, Dioe- „ ceſis *Tripolitanae* ubi anno MCCCCXL. Sedem „ Patriarchalem fixit *Ioannes Giagenſis*, poſt- „ quam ab anno MCCCCIV. ad annum MCCCCXL. „ in Coenobio S. *Mariae* in *Maiphuc* ſediſſet. „ Ibidem, hoc eſt in *Kannubinenſi* S. *Mariae* „ Monaſterio ſederunt *Ioannis* ſecceſſores uſ- „ que ad praeſentem diem : *Iacobus* nimirum „ de *Hadet* : *Petrus* item de *Hadet* : *Simeon* „ *Petri* ex fratre nepos : *Moyſes* de *Accar* : „ *Michael Riſius* de *Bachupha* : *Sergius Michae-* „ *lis* frater : *Ioſeph Sergii* ex fratre nepos : „ *Ioannes Maeluphius* de *Eden* : *Georgius Ami-* „ *ra* de *Eden* : *Ioſeph* de *Accura* : *Ioannes* de „ *Saphra*, *Georgius* de *Besbebel* : *Stephanus A-* „ *doenſis* de *Eden* : *Gabriel* de *Baluza* : *Iaco-* „ *bus Evodius* de *Heſron* : & *Ioſeph Gazenus*, „ hodiernus Maronitarum Patriarcha. Eiuſdem „ Sedis Patriarchalis fit mentio in omnibus „ Pontificiis diplomatibus, quae pro confirma- „ tione novi Patriarchae, & pro Pallio mitti „ ſolent.

„ Sed iam ad monumenta, quae in margi- „ ne nonnullorum huiuſce venerandi Codicis „ foliorum leguntur, redeamus. Inſigne prae „ ceteris eſt ſequens monumentum, manu e- „ iuſdem Patriarchae *Hieremiae* adnotatum „ pag. 6. a tergo in margine : *Anno milleſimo* „ *quadringenteſimo nonageſimo Graecorum* (Chr. „ 1179.) *die* 9 *menſis Sciabat* (Februarii) *ve-* „ *ni ego Humilis* Hieremias, *de Oppido Bene-*

dicto

„ *dicto* Damalſa. *ad Monaſterium Sanctae Dominae noſtrae* Mariae *de* Maiphuc, *in Valle de* Hailig *Provinciae* Botrenſis, *ad Dominum meum* Petrum *Patriarcham Maronitarum : & conſecratus fui eius ſanctis manibus, proclamatuſque Metropolita Monaſterii Sancti de* Kephtun, *quod ſitum eſt ad ripam fluminis* Abrahami (Adonis) *& permanſi ibi quatuor annos iis temporibus, quibus praefatum Monaſterium incolebant Monachus* Ezechiel, *& ſocius eius* Iſaias, *Monachus* Daniel, *Monachus* Ioſue. *& ſocius eius* Elias, *Monachus* David, *& triginta duo alii Monachi. Elapſo quadriennio rogarunt me Regulus* Bibli, *Epiſcopi, Eccleſiarum Rectores, & Presbyteri, & miſerunt ſortem, quae cecidit ſuper me, & creatus fui Patriarcha in ſancto Monaſterio de* Chalat. *Tum miſerunt me ad civitatem magnam* Romae, *& reliqui fratrem noſtrum Epiſcopum* Theodorum, *qui gregem regeret, & moneret.*

„ *Petrus* Patriarcha Antiochenus, a quo ſe „ conſecratum fuiſſe Metropolitam manu propria adnotat, ut ſupra, *Hieremias*, inter Antiochenos Maronitarum Patriarchas viceſimus „ octavus recenſetur. *Hieremias* autem non ad „ alicuius urbis, aut Dioeceſeos Epiſcopatum „ fuit evectus, ſed Monaſterii *Chephtunenſis* „ Abbas primum, tum Metropolita, ſeu Archiepiſcopus fuit deſignatus. Antiqua enim „ Patriarchatus Antiocheni conſuetudo obtinuit, ut nonnulli Monaſteriorum Praefecti, „ ſeu Monachi Epiſcopali ordinatione decorentur honoris dumtaxat cauſa, ut hoc munere praeclara eorum facinora penſentur. „ *Hieremias* Maronitarum Patriarcha poſt obitum memorati *Petri* inauguratus, Romam „ ſe contulit, interfuitque Concilio Lateranenſi IV. ſub *Innocentio* III. cuius ad eumdem extat Diploma. Roma diſceſſit anno „ MCCXV. menſe Ianuario, *Tripolimque* Syriae „ adpulit menſe Martio. Redux *Botrin*, Phoeniciae urbem, diviſam in partes Maronitarum Nationem ad concordiam, & pacem „ revocavit, adnitente *Guillelmo* Cardinali S. „ *Marcelli*, quem idem Summus Pontifex *Innocentius* III. in Syriam delegaverat, ut colligitur ex memorato Diplomate ad eumdem „ *Hieremiam* anno MCCXV. dato. Sanctitatis „ fama clarus *Hieremias* obiit anno Chriſti „ MCCXXX. in Coenobio S. *Mariae* in *Ianoch*, „ Dioeceſis Botrienſis : eius effigiem in uno „ ex altaribus ſacroſanctae Baſilicae Principis „ Apoſtolorum in Vaticano poſitam fuiſſe, „ adſirmat doctiſſimus Patriarcha Antiochenus „ Maronitarum, *Stephanus Aldoenſis* in Annalibus Maroniticis ad annum Chriſti MCCXXX.

„ Pagina 2. haec adnotata leguntur : *Anno Graecorum milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo primo* (Chr. 1460.) *dono dedit Monaſterio Kannubin uxor* Almag Chamar *Ducis aureos denarios octingentos.*

„ Pagina 7. a tergo Arabice charactere Syriaco : *Anno Graecorum milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto* (Chriſti 1154.) *die octava menſis Ailul* (Septembris) *venit ad me* Petrum *Patriarcham Antiochenum Maronitarum in Monaſterio* Maiphuc, *in Valle* Hailig *commorantem, filius* Iſaias *Monachus Monaſterii* Cuzaiae, *& conſecravi illum Abbatem Monachorum Monaſterii Sancti* Ioannis „ *Cuzabandu in Inſula Cypri, iuxta petitionem filiorum Monachorum eiuſdem Monaſterii, propria manu ſubſcriptam*, Gabrielis *ſcilicet, & ſocii eius Monachi* Simeonis, *& Monachi* Abacuc, *& Monachi* Michaëlis. *Sit Deo gloria.*

„ Iſte *Petrus* Maronitarum Patriarcha viceſimus ſeptimus, anno Chriſti MCXXI creatus fuit, obiitque in Monaſterio Sanctae *Mariae* de *Maiphuc* anno MCLV. Monaſterium „ Sancti *Antonii* Abbatis de *Cuzaia*, in ſuprarelata notula memoratum, in altera Valle Montis Libani, Dioeceſis Tripolitanae poſitum eſt, quod hodie ſpectat ad Monachos „ S. *Antonii* Abbatis Congregationis Montis „ Libani, quorum Regulas, & Conſtitutiones, „ per literas in forma Brevis die 31. Martii „ anno MDCCXXXII. miſſas, *Clemens XII.* adprobavit, confirmavitque. *Iſaiae* autem, quem „ Monaſterii S. *Ioannis Cuzbandu*, in Cypri „ Inſula Abbatem *Petrus* antedictus conſtituit, „ ſummam in ſcribeudo, & minio picturando „ excellentiam laudat *Stephanus Aldoenſis* in „ ſuis Annalibus ſupracitatis, quod ſane probat ex Codice Homiliarum S. *Iacobi Sarugenſis*, ab eodem *Iſaia* charactere Chaldaico, ſeu Eſtranghelo, exarato ; quem nos vidimus olim in Archivo Monaſterii *Kannubinenſis* optime conſervatum.

„ Pagina 8. *Anno Graecorum milleſimo quingenteſimo quinquageſimo* (Chr 1239.) *Ego* Petrus, *olim* Ioannes *de oppido* Giag *nuncupatus, Maronitarum Patriarcha in Sede Antiochiae reſidens, & in benedicto Monaſterio S.* Mariae *de* Maiphuc *commorans, excepi fratrem meum Presbyterum* Matthaeum „ *Caelibem, venientem de Monaſterio* Cuzbandu „ *& dedi ei pro dicto Monaſterio trecentos denarios, & vas Chriſmatis una cum Codicibus Arabicis Veteris, & Novi Teſtamenti, itemque Legem, & Profeſſionem Fidei. Sit Deo gloria. Amen.*

„ *Petrus* Maronitarum Patriarcha XXXI. qui „ & *Ioannes Simeon Giagenſis* nuncupatur, ſecundus poſt *Hieremiam* ſupralaudatum, Patriarchalem Maronitarum Sedem tenuit ab „ anno Chriſti MCCXLIV. ad annum MCCLXVI. „ Confirmationem ſuae electionis, & Pallium „ Pontificium ab *Alexandro* Papa IV. & quidquid per ſuum Nuncium petierat anno MCCLVI. „ obtinuit. *Matthaeus* vero Presbyter, cui antedictus *Petrus* Patriarcha trecentos denarios, cum reliquis donis in ſuprarelata notula expreſſis, pro Monaſterio *Cuzbandu*, „ alias Coenobio S. *Ioannis* in Cypri Inſula „ nuncupato, tradidit, nec Monachus, nec „ uxoratus fuit, ideoque *Caelebs* cognomine „ adpellatur. Hoc ſiquidem vocabulo Sacerdotes Orientales, qui Monaſticam vitam mini-

„ nime profitentur, & uxorem numquam habuerunt, ad praesentem usque diem vulgo „ cognominantur.

„ Pagina 11. a tergo in margine, haec exhibet adnotata: *Anno Alexandri millesimo septingentesimo septuagesimo secundo* (Chr. 1461.) „ *Presbyteri* Georgius *&* Halal *in Monasterio* „ Hauckae *commorantes*, *dono dederunt Monasterio benedicto S.* Mariae *de* Kannubin *de suis* „ *laboribus magnum vas aheneum*, *in remedium* „ *suarum animarum in hoc*, *&* *in altero saeculo*. *Quilibet iuxta petitionem suam*, *vel bonam*, *vel malam*, *mercedem accipiet*. *Si quis* „ *praedictum vas aheneum e Monasterio Kannubinensi abstraxerit*, *vendiderit*, *sive pignori dederit*, *anathematizatus esto*, *&* *maledictus a Deo*, *a Sede Sancti Petri*, *a nostra* „ *humilitate*, *&* *ab omnibus Sedibus*. *Facta est* „ *haec donatio sub Patre nostro*, *Magistro nostro*, *Rectore nostro*, *Corona nostra*, *&* *Gubernatore nostro*, Mar (hoc est Sancto) Iacobo „ *Hadtensi Patriarcha Antiocheno*, *cui Deus* „ *misereatur*, *nobisque per eius preces misericordiam largiatur*. *Amen*.

„ Pag. 19. a tergo. *Feria tertia*, *die* 10. *mensis* Ab (Augusti) *anno Alexandri millesimo* „ *septingentesimo trigesimo* [Chr. 1419.] *accessit* „ *Clericus* Iamin, *&* *donavit Monasterio Kannubinensi octingentos denarios*. *Donationis huiusmodi testes humilis Archypresbyter* Abrahamus, *&* Nicolaus.

„ Et paullo infra eadem pag. 19. *Ego* Hamr, „ *filius* Sameh, *de oppido* Capharzaina *dono dedi Monasterio Kannubinensi*, *pro salute animae* „ *meae*, *&* *corporis*, *septem plantas olearum in* „ *praedio* Capharsciacna *positas*. *Quisquis donationem hanc subverterit*, *sive a proprietate Monachorum sanctae* Mariae *de* Kannubin, *alienaverit*, *excommunicatus esto*.

„ Pag. 21. haec habet. Bricah, *filia* Sergii „ *de suis facultatibus donavit Monasterio S.* Mariae *de* Kannubin *plantas olearum duas in oppido* Surza, *supra* Phaschinum *sitas*. Et paullo post in eadem pag. 21. haec leguntur Arabice exarata, characteribus tamen Syriacis: „ *Sabbato*, *die* 15. *mensis benedicti* Ab (Augusti) „ *anno millesimo septingentesimo septuagesimo nono*, „ (C. 1468) Hader Mahmar, *filius* Simeonis *de* „ *oppido* Brisat, *dono dedit Monasterio* Kannubinensi *arborem Nucis in* Bagdit, *sub initium* Aldaileh *in praedio filii* David, *a decimis immunem*. *Quisquis donationi factae contradixerit* „ *anathematizatus esto*.

„ Pag. 24. a tergo in margine: *Anno Graecorum millesimo septingentesimo septuagesimo* „ *tertio* (Christi 1462.) Iacobus *Patriarcha* „ *dono dedit sancto Monasterio de* Kannubin *baculum Crystallinum pro suffragio animae suae*, „ *&* *Patris* Petri *Antiochiae Patriarchae*. *Quisquis ex Monasterio baculum praedictum alio* „ *transtulerit*, *usurpaverit*, *pignori dederit*, *vel* „ *vendere ausus fuerit*, *excommunicatus a Deo*, „ *a Sede Sancti Petri*, *&* *a nostra humilitate* „ *maledictus esto*.

„ *Iacobus* filius *Hid* de *Hadeth*, ex Anachoreta in divi *Sergii*, alias *Mar-Abun* Eremo, „ creatus fuit anno MCCCCXLV. post obitum „ *Petri*, cognomento *Ioannis Giagensis*, Maronitarum Patriarcha XXXIX. Confirmatione, & „ Pallio a *Nicolao* Papa V. anno MCCCCXLVII. „ acceptis, literas Apostolicas a *Calisto* III. „ pro publicatione Iubilaei in Monte Libano, „ obtinuit anno MCCCCLV. vitaque hac excessit, Ecclesiasticae disciplinae zelo, & morum „ candore commendatus, anno in exposita „ superius notula indicato, videlicet MCCCCLXII. „ exeunte. Formula autem excommunicationis, quae in fine eiusdem notulae legitur contra extrahentes, vendentes, vel pignori dantes memoratum baculum crystallinum, ab „ eodem *Iacobo* Kannubinensi Monasterio testamento relictum, usi sunt ab antiquissimis „ temporibus non solum Patriarchae, & Episcopi Maronitae, sed ceteri etiam inferioris „ ordinis Orientales, qui pro conservandis Ecclesiarum, & Monasteriorum bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, non aliam adhibent praecautionem, nisi excommunicationis sententiam, quam Orientales Christiani omnes maximopere timent.

„ Pag. 25. *Anno Graecorum millesimo octingentesimo quarto* (Chr. 1493) *Pater* Petrus „ *Patriarcha*, *filius* David, Ben Hasan *de oppido* Hadet, *Monasterio S.* Mariae *de Kannubin dono dedit post suum obitum in remedium* „ *animae suae*, *casulam rubram*, *duosque baculos argenteos*. *Si quis ea vendere ausus fuerit*, *vel emere*, *aut oppignorare*, *anathema* „ *sit*.

„ Testium donationis nomina in eodem margine leguntur, videlicet.

„ *Pater Archiepiscopus* Georgius *de oppido* Giag.
„ *Archipresbyter* Simeon *filius Hebaid* „ *de oppido* Hadet.
„ *Archipresbyter* Iacobus *de* Hadet, *&* „ *humilis servus* Daniel.

„ *Petrus* Ben *Hasan* de *Hadet*, Maronitarum Patriarcha XL. ad Patriarchatum evectus „ anno MCCCCXLVIII. die 19. Februarii, ad petendam a *Paulo* II. confirmationem, & Pallium P. *Gryphonem* de familia S. Francisci „ Minoris Observantiae Romam delegavit. Anno autem MCCCCLXIX. quod petierat a Summo Pontifice per eumdem Fratrem *Gryphonem* obtinuit. Senio confectus obiit V. Idus „ Octobris, anno Christi MCCCCXCIV.

„ Pag. 46. in margine: *Anno Graecorum millesimo septingentesimo trigesimo septimo* (Chr. „ 1426.) *die* 25. *mensis Adar* [Martii] Hadr „ *de urbe* Bybli *pro suffragio animae suae*, *suorumque parentum*, *plantas olearum triginta* „ *duas ab oneribus immunes*, *quas emerat a filiis* Nurayae *de oppido* Hadet, *Monasterio* „ *Kannubinensi irrevocabili donatione reliquit*.

„ Oliveta, & vineas, quae tam in praefata „ notula, quam in subsequentibus recensentur, „ Monasterium S. *Mariae* de *Kannubin* ad nostram

„ ſtram uſque aetatem poſſedit, ac poſſidet.

„ Pagina 62. a tergo in margine ad pag. 63. „ *Anno Graecorum milleſimo octingenteſimo vigeſimo ſeptimo* (Chr. 1516.) Petrus *Patriarcha filius* David *Ben* Haſan, *de oppido* Hadet, „ *per religioſum virum Fratrem* Franciſcum „ *Terrae Sanctae Commiſſarium, de familia S.* „ *Franciſci, eiuſque interpretem, dono accepit* „ *a Pontifice Romano* I. *Altaris velamen*, II. „ *chirothecas, & ſandalia, phrygio opere ornata*, III. *dalmaticas quatuor, duas ſcilicet rubras, & alias varii coloris, opere phrygio inaurato elaboratas. Item albam, & chirothecas albi coloris auro ornatas, duo faldiſtoria;* „ *cingulum filis aureis contextum, Amictum, duas* „ *ſtolas verſicolores, manipulum unum rubrum,* „ *& duos verſicolores: caſulam phrygio opere* „ *auro, & argento elaboratam: eiuſdem operis* „ *pluvialia duo: mitram margaritis undique ornatam, & tres veſtes de panno laneo; duas etiam pro* Elia *ben Ioſeph Maronitarum Principe, & decem alias pro uſu familiarium eiuſdem Monaſterii S.* Mariae *de* Kannubin.

„ *Petrus*, cognomento *Simeon*, filius *David* „ Ben *Haſan*, de oppido *Hadet*, *Petri* Ben *Haſani*, de quo dictum eſt ſupra, ex fratre „ nepos, novem diebus poſt obitum patrui „ ſui, anno ſcilicet MCCCCXCIV. die 21. Novembris, ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis „ Maronitis Antiochenus Nationis Maronitarum Patriarcha XLI. inauguratus. *Petrum* „ Presbyterum Maronitam cum P. *Marco* Florentino, Conventus Franciſcanorum Minoris Obſervantiae, in urbe *Beryti* Guardiano, pro ſuae electionis confirmatione, & „ pallio Pontificio de more obtinendis, anno „ MDXIII. Romam delegavit ad ſummum Pontificem *Leonem* X. *Mediceum*, qui eiuſdem „ *Petri* Patriarchae literis, Nunciiſque humaniſſime exceptis. tam Pallium, & confirmationem conceſſit, quam munera in antedicta „ notula recenſita duobus poſt annis, anno „ ſcilicet MDXVI. ad ipſum Patriarcham *Petrum*, Pontificio nomine deferenda, P. *Franciſco* de Soriano, Terrae Sanctae Guardiano, commiſit.

„ Huic potiſſimum Pontifici Maximo *Leoni*, „ ſcilicet decimo, Patriarchae omnes, qui „ poſt memoratum *Petrum*, Sedem Antiochenam Maronitarum ad noſtram aetatem tenuerunt, debent ſervati ad haec uſque tempora a Romanis Pontificibus moris originem, „ mittendi nimirum ſingulis Maronitarum Patriarchis nuper electis cum Diplomate Confirmationis, & Pallio ſacras ſupellectiles, „ aliaque munera in ſignum Pontificii erga Maronitas amoris, & benevolentiae. Porro *Petrus* Patriarcha ab *Hadriano* VI. literas publicationis Iubilaei apud univerſam Maronitarum Nationem, anno MDXXII. conſecutus, duobus poſt annis die 27. Iulii, anno „ aetatis ſuae viceſimo ſupra centum, deceſſit in Monaſterio *Kannubinenſi*, poſtquam Sedem Antiochenam Maronitarum annos XXXII. „ menſem I. dies VI. tenuiſſet. Extant eiuſdem *Petri* Maronitarum Patriarchae literae „ ad *Leonem* X. Pontificem Maximum, quae „ lectae fuerunt in Concilio Lateranenſi ſub „ eodem ſanctiſſimo Pontifice anno MDXV. celebrato: & referuntur a *Labbeo* Tom. XIX. „ Conciliorum, Venet. editionis A. MDCCXXXII. „ pag. 1003.

„ Pagina 93. a tergo: nota olearum, quas „ poſſidet Monaſterium *Kannubinenſe*, in planitie ſuperiori urbis *Tripolis* Syriae.

„ *In oppido* Caphar - Scechna, *in vinea* „ *Diaconi habet Monaſterium oleas ſeptem.*
„ *Ad oppidi fontem oleas ſex.*
„ *In* Almarigie *quindecim.*
„ *In praedio Archipresbyteri centum, &* „ *tredecim.*
„ *Ad viam ſeparantem, quatuor ſupra* „ *octoginta.*
„ *In oppido* Besbehel *octoginta ſeptem.*
„ *In oppido* Daraia *quinquaginta quatuor.*
„ *In oppido* Capharzaina *quadraginta novem.*

„ Pagina 112. *Anno Graecorum milleſimo octingenteſimo trigeſimo tertio* (Chriſti 1522.) „ Martha Maſudi *de oppido* Capharſu *vidua, dono dedit Monaſtario de* Kannubin *olivetum ſibi ex Teſtamento viri relictum, in praedio,* „ *quod ab Occidente reſpicit praedium* Abrahami *ben Diaconi, ab Oriente vallem, ab Aquilone praedium* Mhanna, *& ab Auſtro praedium* Mahavad. *Quicumque dixerit aliquam* „ *in praedicto Oliveto ſe partem habere, anathema ſit.*

„ Teſtium nomina.

„ *Archipresbyter* Habaid *de oppido* Anturin, *&* Moyſes *ben* Elthathi.

„ Pagina 114. Nota olearum ad Monaſterium *Kannubinenſe* prope oppidum *Caphar-Scechna* ſpectantium.

„ *Ad viam, quae ad oppidum* Besbehel „ *ducit, poſſidet Monaſterium* Kannubin *oleas novem.*
„ *In bivio quatuor.*
„ *Ad initium vallis duas oleas, quae cum* „ *reliquis, ab Archipresbytero* Georgio Algiagio *eidem Monaſterio irrevocabili donatione relictis, ſummam* „ *conficiunt ſeptem ſupra triginta olearum.*
„ *Item in eodem oppido oleas decem, e* „ *quibus una adſervatur prope olivetum* Diaconi, *cui adnexum eſt aliud praedium Monaſterii* Kannubin, *continens in prima linea oleas* „ *vigintiquinque, in ſecunda triginta* „ *quinque, in tertia demum triginta* „ *ſex.*

In

„ *In praedio* Archipresbyteri *oleas quatuor*.
„ *Ad viam fluminis, septem*.
„ *In praedio ben Callil, sexdecim*.
„ *In praedio* Archidiaconi, *decem, & octo*.
„ *In praedio domus* Archipresbyteri, *unam*.
„ *In vineis oppidi, tres*.
„ *In praedio Archipresbyteri* Ioseph, *sex unitas, & quatuordecim dispersas*.
„ *Super collem, alias sex*.
„ *In campo, quatuordecim*.
„ *In vinea Presbyteri* Sergii, *duas*.
„ *In vinea Archidiaconi, septem*.
„ *Omnes summatim sunt bis centum. & septuaginta*.

„ Pag. 143. *Anno Graecorum millesimo octingentesimo sexto*, (Christi 1495.) *Patriarcha* Petrus *ben* David *ben* Hasan *emit in oppido Hadet pro Monasterio* Kannubin *praedium, oleas quinquaginta continens, a* Ioanne *filio* Ioseph *ben* Abrahami *de oppido* Abdin. *Praedii autem confinia sunt, ab Oriente via publica, ab Occidente terra montuosa, ab Austro aliud eiusdem* Ioannis *praedium, ab Aquilone praedium* Elgiammal. *Quisquis contractum vitiare ausus fuerit, Deiparae indignationem incurrat. Testes fuere Archiepiscopus* Georgius, *& Archipresbyteri* Simeon, *&* Iacobus.

„ Pag. 157. a tergo Arabice in margine: Donatus *filius Diaconi* Petri *Monasterio* Kannubin *dono dedit vineam & olivetum continens quadraginta oleas, anno Graecorum millesimo octingentesimo decimo* (Chr. 1499.) *die* 7. Ailul (Septembris) *in remedium animae suae, suorumque parentum*.

„ Pag. 227. *Anno Graecorum millesimo septingentesimo vigesimo septimo* (Chr. 1416.) Gania, *de oppido* Bacufa *dono dedit quartam partem arboris nucis, quae sita est apud Ecclesiam S.* Nicolai *in remedium animae suae, suorumque filiorum* Sabae *&* Ioannis. *Testes fuere Archipresbyteri* Moyses, Ioseph, Georgius, Ioseph, *&* Daniel.

„ Pagina 228. *Anno Graecorum millesimo octingentesimo nono* (Christi 1498. Ioseph *ben* Abd Almenhem *dono dedit morum, quam possidebat, in oppido* Serehel. Et paullo infra: *Humilis servus* Ioseph *filius* Habd Almenhem *dono dedit Monasterio* Kannubin *vigintiquinque arbores moros. Facta est haec donatio Anno Alexandri millesimo octingentesimo nono* (Christi 1498.)

„ Pag. 229. *Anno Graecorum millesimo octingentesimo trigesimo secundo* [Chr. 1521.] *excisa est mola in oppido* Ban, *& transvecta ad pistrinum Monasterii* Kannubin *impendiis centum ducatorum sub Patre nostro* Petro *Patriarcha Antiocheno, & Archiepiscopis* Iacobo *Hadetensi, &* Georgio.

„ Pag. 249. a tergo: *Anno Graecorum millesimo saptingentesimo octuagesimo secundo* (C. 1471.) Petrus *filius* Sergii, *de oppido* Besbehel, *Dioeceseos* Tripolitanae, *dono dedit Monasterio* Kannubin *duodecim oleas, in* Harira *positas pro remedio animae suae, & coniugis. Testes fuere Archipresbyter* Sergius *filius Archipresbyteri* Simeonis, *Presbyter* Habaid *de oppido* Eden, *& Archipresbyter* Ioannes, *filius* Namrun, *de oppido* Ban.

„ Pag. 251. a tergo: *Anno Graecorum millesimo octingentesimo septimo* (Chr. 1496.) Sergius *de oppido* Serhehel *dono dedit Monasterio* Kannubin *post sui obitum hortum ad Ianuam cum moris, & malis punicis, quae in eodem continentur. Testes fuere Archiepiscopus* Simeon, *Archipresbyter* Iacobus, *&* Moyses *ben* Mansur.

„ Pag. 259. *Anno Graecorum millesimo septingentesimo septuagesimo quarto* (Chr. 1463.) *Archipresbyter* David, *& Archidiaconus* Masud *de* Besbehel, *dono dederunt Monasterio* Kannubin *sexaginta duas oleas, quae sunt in praedio*, Almanhaseph *nuncupato, cuius limites ab Austro olivetum vetus, ab Oriente via publica, ab Occidente olivetum ben* Hailich, *& ab Aquilone praedia* Davidis. *Humilis Archipresbyter* Sergius *donationem manu sua confirmat*.

„ Pag. 283. a tergo *Sabbato die* 15. *Maii Anno Graecorum millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo* (Chr. 1361.) Ioannes *filius* Sergii *de oppido* Baluza *dono dedit Monasterio* Kannubin *pro remedio animae suae vineam superiorem apud fontem. Testes fuerunt* Iacobus *Archiepiscopus* Eden, *& Archipresbyter* Simeon.

„ Pag. 284. a tergo *Bona memoria dignus est Presbyter* Simeon *filius Archipresbyteri* Christoduli *de oppido* Daraia, *qui sponte dono dedit Monasterio* Kannubin *oleas quatuordecim prope oppidum* Caphar-Scechna *in praedio* Zahra *nuncupato: anno Graecorum millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio* (C. 1362.) *Testis fuit Archiepiscopus* Iacobus, *qui haec propria manu conscripsit*.

„ Pag. 288 a tergo: *Feria quarta, die* 15. *mensis* Ab (Augusti) Moyses *Sydonensis, &* Salomon *filius* Georgii *ben* Abrahami *dono dederunt Monasterio* Kannubin *praedia duo, anno Graecorum millesimo septingentesimo vigesimo* [Ch. 1409.] *Testes fuere Archipresbyter* Ioseph, *&* Moyses.

„ Pag. 290. *Die Dominica* Ioannes *filius* Sergii *dono dedit vineam in oppido* Cheftin. *Eius confinia sunt ab Oriente vinea* Kannubin, *ab Austro* Aasbun *ab Aquilone vinea* Ioannis Azaies, *& ab Occidente vinea Archidiaconi*.

„ Ex monumentis hucusque Codici adpositis, & a nobis accuratissime ex Syriaco relatis, palam fit eumdem Codicem a Monasterio S. *Ioannis* in urbe *Zagba*, ubi scriptus fuit ad Monasterium S. *Mariae de Maiphuc* in Provincia *Botrensi*, saeculo circiter undecimo fuisse delatum iussu Patriarcharum Antiochiae: deinde ad Monasterium S *Mariae de Kannubin*, ibique permansisse usque ad annum Christi MCCCCXCVII. demum in

LAV-

„ LAVRENTIANAE MEDICEORVM PRINCIPVM BI-
„ BLIOTHECAM, in qua nunc adservatur.
„ Codex autem membranaceus est, vetustissi-
„ mo Syrorum charactere Chaldaico Estranghe-
„ lo, ut nunc vocant, sive rotundo maiusculis
„ literis in folio maximo exaratus. Quanti ve-
„ ro habendus sit, quave cura custodiendus,
„ hactenus dicta satis superque demonstrant;
„ quum & traditiones, ceterique Ecclesiastici
„ Ritus ex eodem adprime comprobentur, &
„ Ecclesiarum historia, praesertim Antioche-
„ nae Maronitarum, eiusque cum summis Ro-
„ manis Pontificibus vetustissima communio &
„ concordia illustretur.

Constat foliis 292. Servatur in Pluteo I. notatus num. LVI.

Ex recensione Reverendiss. Archiepiscopi *Assemani* in suo Catal. p. 1. & seqq.

CODEX LVII.

יוסף קולון

IOSEPH COLON.

„ 57. COmment. *Iosephi Colon* in tractatus „ quosdam Rabbinicos. Impr. fol. „ Ebr. *Langius*.

„ LVII. שאלות ותשובות Quaestiones, & Responsa, *R. Ioseph Colon Galli*, ab eiusdem „ discipulis edita, & capitibus 195 distincta. „ Cod. Hebr. impr. Venetiis in 4. apud *Bombergium* A. M. 5279. & ab *Alexandro de* „ *Caro* revisus. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

שאלות ותשובות Sceelòth utsciuvòth. *Quaestiones & Responsiones*: & hic est verus titulus huius Operis. Hae vero *Quaestiones &c.* circa dubia legalia versantur: & sunt numero 195. [non 194 ut *Wolfius* habet V. I. p. 561. n. 965,] atque ab Auctoris discipulis post mortem ipsius collectae fuerunt. Auctor autem fuit *R. Ioseph Kolon*, qui Mantuae tales inimicitias habuit cum *R. Iehuda*, alias *Messer Leon* vocato, ut Synagoga in partes scinderetur, unde uterque, Ducis Mantuani iussu, urbe excedere iuberentur: indeque *R. Ioseph* Ticini obierit anno 5246. C. 1485. Quum vero *Langius* in hoc Codice recensendo, hoc lemmate usus fuerit „ Comment. *Iosephi Colon* in tractatus „ quosdam Rabbinicos; iure autumavit *Wolfius*, hunc Commentarium non esse opus diversum: ac ab his *Quaestionibus* & *Responsis Iuridicis* non distinguendum. Et haec omnia apud *Wolfium* l. c. videbis.

Cod. Hebr. chart. impr. Venetiis apud *Bombergium* A. M. 5279. C. 1519. in 4. In fine habetur haec subscriptio, sive Approbatio:

Alex. de Kari Revedetor.

CODEX LVIII.

EVANGELIA CHARACTERIBVS SYRIACIS EXARATA.

„ 58. COdex Evangeliorum Syriacus ma- „ gnae antiquitatis, quippe iisdem „ fere literis, quibus prior (h. e. Cod. LVI. ante- „ cedens scriptus, sed propter ea, quae ad fi- „ nem desunt, de antiquitate nihil certi asseve- „ rare licet. Harmoniam in fronte habet, ut „ reliqui duo: optimus sane est. MS. Syriace „ fol. *Langius*.

„ LVIII. Sanctum Iesu Christi *Evangelium* e- „ ditionis eiusdem cum superiore Syro Sermo- „ ne, & charactere descriptum, cum Canoni- „ bus *Eusebii*, & eiusdem Epistola ad *Carpia-* „ *num* (Corrigendus interpres, qui ad margi- „ nem *Lacrasinum* pro *Carpiano* reposuit) li- „ terarum maiestas, Scripturae vetustas, ope- „ ris forma Superioris Codicis aetatem ae- „ quare videntur, de qua quominus certi a- „ liquid decernamus, abstulit idem qui ulti- „ mas paginas distraxit, ab illis verbis Christi „ *Regnum meum non est de hoc mundo*. Ne ta- „ men illa periret omnino, fecit usus Orien- „ talium, omnia familiae monumenta gravio- „ ris momenti, in sacris Codicibus describen- „ di. In hoc Codice, sicut in aliis supra re- „ censitis, quamplurima huius generis exhiben- „ tur. Vnum do ad rem nostram. *In nomine* „ *Causae omnium Anno* 1508. *filii Archipresby-* „ *teri* Clementis *diviserunt inter se menses*, „ *quibus ministrare deberent Ecclesiis suis*, *S.* „ Basilii *&* *S.* Lucii, *& fuit pars* Barsumae „ *December*, *Ianuarius*, *Iunius*, *& Iulius*, *qua-* „ *tuor menses*: *&* Salomonis & Philippi *alii* „ *octo menses*. Hinc apparet huius Codicis ae- „ tas annis maior, cum *Alexandri* Epocha hoc „ anno 1698. numeret annum . . . a secundo „ millesimo, nonum; sed multo vetustiorem „ esse Codicem ostendit quae sequitur nota „ videlicet - *In nomine Patris*, *& Filii*, *&* „ *Spiritus Sancti*, *accidit terraemotus die* . . . „ *Aprilis exeunte feria sexta maiori*, *& ineun-* „ *te Sabbatho maiori* . . . . „ *& continuit & deposuit maria*, *& aedes ever-* „ *tit anno* 301. *sub Imperio* Alhaziz . . . . „ *sub praeside Damasci* Saif . . . . . . „ *Ego* Simeon bar Nabaisc. *Auctor huius Notu-* „ *lae*, *Arabs*. Arabum epocha utitur, quae „ deducta ad nostrum computum huius Codi- „ cis aetatem octingentorum annorum dabit. „ A praefati Archipresbyteri heredibus ad Mo- „ nachos *Sanctae Mariae de Kannubin* translatus „ hic Codex, ad usum Ecclesiarum Maroni- „ tarum fuit, ut liquet ex epigraphe Arabica „ adiecta - Censuram horum trium Codicum „ ex *Langio* desumtam habes in prolegomenis „ Bibliorum Londinensium, & in Bibliothec. „ Oriental. *Hottingeri*, sed utrobique error ir-

 re-

„ repsit in supputatione aetatis primi Codicis, „ & pro anno *Alexandri* 1038. annus 1068. „ suppositus. - Cod. Syriacus in membr. exaratus in fol. cum picturis. *Catal. Montfauc.* „ ex recensione praefati *Petri Ambarachi*.

„ Quatuor Evangelia Syriace exarata a „ *Theodoro*, ante saeculum Christi nonum.

„ Sub initium legitur Epistola *Eusebii Pamphili* Caesareensis ad *Carpianum*, eiusdemque Harmonia Evangelica, decem Canonibus „ comprehensa.

„ In margine Codicis adnotatur distinctio „ Evangeliorum in versiculos, seu parvas sectiones, ab eodem *Eusebio* editas, quae apud „ Syros aliae sunt ab iis, quae in manuscriptis „ Graecis, & Aegyptiacis Codicibus conspiciuntur.

„ Numerus Lectionum cum notulis in margine, tempus & ordinem designantibus, respondet Indici Lectionum, quem ad initium „ Codicis LVI. Evangeliorum adpositum diximus supra pag. 46.

„ Verba Christi, ut supra: *Il, Il, Lammasabactani*, in textu S. *Matthaei* non interpretantur: neque *Ioannis* Evangelium *Adulterae Historiam* habet. Hinc Evangelia haec „ eiusdem cum superiore Codice LVI. Evangeliorum editionis, Simplicis nimirum, seu Vulgatae Syrorum esse constat.

„ Postremae Codicis paginae, & sectiones Evangelii *Ioannis* a verbis Christi *Regnum meum non est de hoc Mundo*, usque ad finem desiderantur.

„ Pertinuit olim hic Codex tum ad Archipresbyterum *Clementem*, tum ad *Barsaumam* „ & *Salomonem*, & *Philippum* eiusdem *Clementis* filios heredes, a quibus paullo post ad „ Monasterium *S. Sergii* in *Hardin* Dioecesis „ *Tripolitanae*; mox ad Coenobium *S. Mariae* „ in *Ianoch*, Dioecesis *Botriensis*: demum ad „ Coenobium *S. Mariae de Kannubin* translatus, ad usum Patriarcharum Maronitarum „ pervenit, ut liquet ex monumentis passim „ in margine adnotatis.

„ In pagina 1. haec recentiori manu: *In virtute Dei vivi, & sancti: Ego servus Christi* Hieremias *Patriarcha, Codicem hunc, & bona* Davidis *&* Iosephi *Monasterio meo in perpetuum addixi. Quisquis ea alienaverit, a Deo, eiusque Sacerdotibus maledictus esto.*

„ De hoc *Hieremia*, Maronitarum Patriarcha XXIX. dictum est supra, in Notis ad Codicem LVI. Evangeliorum pag. 53. *David* „ autem, & *Ioseph*, quorum bona una cum hoc „ nostro Codice Monasterio suo, sanctae *Mariae* scilicet, in *Ianoch*, ubi iterum Sedes Patriarchalis collocata fuerat, se addixisse manu propria adnotat *Hieremias*: arctissimo sanguinis vinculo cum eodem *Hieremia* coniuncti erant: eidemque tam Codicem hunc Evangeliorum, quam praedia, vineas, ceteraque bona sua morti proximi testamento „ reliquerunt.

„ Eadem pagina manu praelaudati Patriarchae *Hieremiae*: *Requievit, & migravit ex hoc malorum saeculo ad alterum gaudio plenum, Monialis inclusa, filia* David, *feria sexta, die sexto Novembris, anno Alexandri millesimo quingentesimo undecimo* (Christi „ 1199.)

„ Praeter Moniales Coenobitas, seu communem vitam agentes, quarum plurima hodie Monasteria in Oriente visuntur, aliud genus Monialium viguit olim apud Christianos Orientales, ac praesertim Maronitas, „ Nestorianos, & Syros Iacobitas, quas *Inclusas* vocabant: ex eo potissimum, quod „ postquam in Monasterium admissae fuissent, „ & triennio primum coenobiticam, seu communem vitam egissent, eis cella prope Monasterium tradebatur, in qua, interdicto quovis hominum consortio, ad mortem usque „ clausae degebant. Huius generis Monialium „ meminit *Thomas* Episcopus Margensis, qui „ claruit sub *Abrahamo* & *Theodosio* Patriarchis, nono saeculo ineunte, in sua Historia „ Monastica, quae Syriace in Bibliotheca Vaticana adservatur; & adlatum superius Monumentum, ad annum ibidem citatum, eas „ apud Maronitas exstitisse demonstrat: licet, „ hodie nonnisi Moniales primi generis, Coenobitae scilicet, reperiantur.

„ Item: *Monialis* Sara: *post inclusae obitum mensibus decem, requievit Dominica die octava Augusti. Sit bona memoria digna, quia multum in Monasterio* S. Sergii *cum ceteris Monialibus laboravit. Deus pacem, & quietem eis largiatur cum Sanctis, & Virginibus sapientibus.*

„ Prope oppidum *Hardin*, Dioecesis *Tripolitanae*, duo Monasteria olim a Maronitis apud antiquissimam *S. Sergii* Ecclesiam, quae „ Orientalem eiusdem *Hardin* partem respicit, extructae fuere; ex quibus unum fuit „ olim sedes Patriarcharum Maronitarum, & „ plurimorum eiusdem nationis Monachorum: in altero vero Moniales item Maronitae usque ad annum Christi MCCCCL. domicilium habuerunt. Ambo Monasteria cum „ virorum, tum feminarum, a titulo praefatae Ecclesiae *S. Sergii*, & vicini oppidi *Hardin*, nomen sortita sunt usque ad „ praesentem diem. Ab anno Christi MCCCCL. „ duo haec Monasteria, ob frequentes Barbarorum excursiones, a Monachis, & Monialibus derelicta, tantam temporum iniuriam „ passa sunt, ut praeter Ecclesiam S. *Sergii* „ iam collabentem, nonnisi lapidum acervus „ hodie conspiciatur.

„ Eadem pagina 1. a tergo: *In nomine Causae omnium creaturarum. Anno Alexandri millesimo quingentesimo octogesimo* [C. 1269.] „ *Filii Archipresbyteri* Clementis *diviserunt inter se menses, quibus SS.* Basilii *&* Lucii „ *Ecclesiis servire debeant, fuitque pars* Barsaumae *December, Ianuarius, Iunius, & Iulius*, Salomonis *vero, &* Philippi *alii octo* „ *menses*.

„ Pagina 4. *In nomine Dei vivi. Anno Alexan-*

„ xandri millesimo quingentesimo octogesimo (C. „ 1269.) *Diaconus* Ioseph *dono dedit Ecclesiae* „ *sanctorum* Basilii *&* Lucii *omnia suae uxoris* „ *defunctae bona*.

„ Ecclesia sanctorum *Basilii* & *Lucii*, vul- „ go *Mar Nubra* nuncupata, quae ad hunc „ usque diem nedum a Maronitis, sed ab Hae- „ reticis etiam, Schismaticis, & Infidelibus ma- „ xima cum veneratione frequentatur, sita est „ in Dioecesi *Bybliensi* apud arcem olim mu- „ nitissimam, quam Latinis *Tripolis*, Syriae „ Comites ad tuendam hanc *Phoeniciae* par- „ tem a Saracenorum irruptionibus maximo „ sumptu extruxerunt saeculo circiter undeci- „ mo. Eius fornices, & parietinae, quae ad- „ huc visuntur, ceteraeque ruinae eximiae mo- „ lis magnitudinem monstrant. Memoratae „ Ecclesiae Sanctorum *Basilii* & *Lucii* thus, „ ceram, aliaque dona, ob accepta eorumdem „ Sanctorum patrocinio beneficia, Christiani „ omnes, & Infideles saepissime deferre so- „ lent.

„ Pagina 9 *In nomine Dei vivi*. *Anno Grae-* „ *corum millesimo septingentesimo sexagesimo* „ *quinto* (Chr. 1254.) Salomon, *filius* Tho- „ mae de *Harda*, *dono dedit Ecclesiae* SS. Basilii „ *&* Lucii *duas lineas olearum prope oppidum* „ Besciara *sitas*, *pro remedio animae suae*, *&* „ *sui parentis*. *Quisquis eas usurpaverit for-* „ *tis* Iudae Iscariotae *particeps esto*.

„ Pagina 11. Arabice. *In Nomine Patris*, „ *& Filii*, *& Spiritus Sancti*. *Anno Hegirae tre-* „ *centesimo octogesimo primo* (Chr. 991.) *men-* „ *se Aprili*, *exeunte Feria*, *sub* Chalipha A- „ lhaziz *Mosulmannorum Imperatore*, *&* Saif „ Damasci *urbis Praeside*, *exeunte Feria sexta* „ *Crucifixionis Domini nostri Iesu Christi*, *&* „ *ineunte Sabbato*, *accidit terraemotus vehemens*, „ *qui continuit*, *& deposuit maria*, *aedesque* „ *quamplurimas a fundamentis evertit*. *Ego* Si- „ meon *filius* Habahisci *ad perpetuam huius ca-* „ *lamitatis memoriam manu mea scripsi*.

„ *Alhazizus*, pater *Mansoris*, filius *Moez-* „ *zi*, de celebri *Chalipharum*, seu Imperato- „ rum *Phatemidarum* familia, quae ab anno „ Christi DCCCCX. ad annum MCLXXI. Africae, „ Aegypto, & Syriae quindecim subministra- „ vit *Caliphas*, quintus eiusdem familiae Im- „ perator recensetur, uti notat *Ebu-Rahebus* in „ Chronico Orientali, Venetiis anno MDCCXXIX. „ impresso. Is anno Christi DCCCCLXXV. *Maa-* „ *do Maezzo* patri suo successit in imperio Mo- „ sulmannorum, seu Mahometanorum: & an- „ no aetatis suae XLII. cum aliquot mensibus „ in Balneo *Pelusii*, vulgo *Damiatae* decessit. „ Terraemotum autem, cuius supra fit men- „ tio, ceteri rerum Orientalium Scriptores, „ ut puta *Elmacinus*, *Makritius*, aliique com- „ memorant.

„ Pagina eadem 11. *Hic Codex Evangeliorum* „ *spectat ad Monasterium S.* Mariae *de* Kannu- „ bin, *cuius precibus Deus nostri misereatur*. „ *Si quis Scriptoris nomen noscere velit*, *est* „ Theodorus.

„ Pagina 98. *In Nomine Dei vivi*. Simonita „ *filia* Eliae *dono dedit Monasterio sancti* Sergii „ *vineam ad initium fontis*, *ut Deus animae* „ *corporique suo salutem concedat*. *Accidit haec* „ *donatio anno Graecorum millesimo quingente-* „ *simo nono* (Chr. 1198.) *in Festo sancti* Ser- „ gii, *quod nos Presbyter* Thaddaeus, Geor- „ gius, *&* Paulus *testamur*.

„ Ex monumentis hactenus relatis palam „ fit, laudatum Codicem saeculo Christi nono „ vetustiorem esse: quod literarum maiestas, „ scripturae vetustas, & operis forma com- „ probare videntur.

„ Codex perrarus, in folio membranaceo, „ literis capitalibus Chaldaicis, estranghelis, „ seu rotundis exaratus.

„ Constat paginis (l. foliis) 208. Adservatur „ in Pluteo I. notatus num. 58.

Ex recensione alias laudati Reverendissimi Archiepiscopi *Apamaeensis*.

CODEX LIX.

מאיר נתיב

CONCORDANTIAE.

„ 59. CONCORDANTIAE Ebraicae *R. Mardo-* „ *chai Nathan*, imp. Ebr. fol. *Langius*.

„ LIX. ספר מאיר נתיב Liber illuminans „ viam. Concordantiae Hebraicae sacrae Scri- „ pturae *R. Mordakai Nathan*. Impr. Cod. in „ fol. Venetiis apud *Bombergium* anno 324. „ min. supput. (quae sequuntur desiderantur „ in edit.) cum Praefatione Latina *Maggii* „ *Parentini* ad *Arnaldum Ferrerium* Tolosa- „ tem. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

מאיר נתיב Meïr Nathìv. *Illuminator semitae*, vel *Illuminans viam*. Hoc titulo *Concordantias sacrae Scripturae* insignivit Auctor, qui fuit *R. Mordechai Nathan*, ut in hoc nostro Codice effertur: vel ut aliis placet, *R. Isaac Nathan*. de quibus V. *Wolfium* Vol. I. p. 796. num. 1492. & pag. 680. num. 1247. In fine adnectitur Epistola nuncupatoria *Maggii Parentini* Typographi. *Integerrimo*, *atque doctissimo*, *& multarum virtutum laudibus ornatissimo*, Arnaldo Ferrerio Tolosati, *Parisini Magistratus Praesidi*, *ac Christianissimi Galliarum Regis in Tridentino Concilio Legato*.

Codex Hebr. chart. impr. Venetiis apud *Bombergium* ex mandato Principis *Aloysii Bragadini*, A. M. 324. Christi 1564. in folio.

CODEX LX.

ספר מלחמות ה״

BELLA DEI.

„ 60. SEpher Milchamoth Adonai. Liber „ Bellor. Domini *R. Levì* ben Gerson. in fol. MS. Ebr. *Langius*.

„ LX. ספר מלחמות ה״ Liber Bellorum Domini *R. Levi ben Gerson* (in edit. *Geson*) Cod. „ Hebr. MS. in fol. Agit de praecipuis articulis „ Fidei, & Philosophiae, & in sex partes dividi- „ tur, quarum prima varias quaestiones exhibet „ circa rationalis animae immortalitatem: se- „ cunda tractat de scientia futurorum, & de arte „ divinatrice, in qua multa falsa, & impia con- „ gerit: tertia de scientia Dei: quarta de di- „ vina Providentia: quinta de Caelis, & eo- „ rum motu: sexta de Creatione Mundi, ubi „ celebrem quaestionem discutit, utrum Mun- „ dus fuerit ab aeterno: [de hoc opere disse- ritur inferius in Cod. XVII. Pl. II.] Opus niti- „ dissime scriptum, olim editum Ripae Tridenti. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

ספר מלחמות ה׳ Sephèr Milchamòth Adonai: *Liber Bellorum Domini*. Tractatus Philosophico-Theologicus ex variis Scriptoribus collectus, ut *Wolfius asserit* Volum. I. pagina 728. & in VI. alios Tractatus distinctus: in „ quorum I. capp. 14. agitur de immortalita- „ te Animae: in II. capp. 8. de scientia fu- „ turorum, interpretatione somniorum, Divi- „ natione, & Prophetia, ubi inter cetera de „ naturalibus Prophetiae causis, quas temere „ statuit, commentatur: in III. capp. 6. de o- „ mniscientia Dei: in IV. capp. 7. de Providentia „ divina in res creatas omnes: in V. de corpo- „ ribus caelestibus, eorumque motu, partibus „ tribus ex disciplina Astronomica, quam *Bar-* „ *toloccius* ex MS. ita recenset: *De Caelis, &* „ *illorum motu incipit a pagina* 125. *ubi dici-* „ *tur, quod huiusmodi pars reperiatur in ma-* „ *gno Volumine Astrologico* [de hoc paulo post „ plura dicemus] *ab ipso composito: & quod* „ *subdividatur in duas partes: quarum primam* „ *invenies ibidem, & secundam habes suo loco* „ *subdivisam in alias tres partes*, quae usque „ ad pag. 193. protrahuntur: in VI. de crea- „ tione mundi, rerumque aliarum, miraculis „ item, & ostentis, doctrina Legis, & ex qui- „ bus argumentis verus Propheta cognosca- „ tur „ partibus duabus, & capp. prima 29. „ secunda 14. ubi inter alia disquiritur *An* „ *Mundus fuerit ab aeterno*. Auctor est *R.* „ *Levi ben Gerson* Hispanus, seu Provincialis „ ex oppido *Bagnoli*; unde vulgo dictus Ma- „ gister *Leo de Bagnolo*, & per compendium „ literarum רלב״ג *Ralbag* nuncupatus; qui obiit Perpiniani anno 130. C. 1370. V. eundem *Wolfium* loc. cit. pag. 726. & seqq. ubi noster hic Codex enunciatur. Inc. Praef. בדבר י״י שמים נעשו אמר לוי בן גרשום נעשו יועשה Opus vero על כל ברכה ותהלה אא״ס אהר התהלה חוק def.

Cod. Hebr. chart. MS. elegans charactere Rabbinico saec. circiter XV. in fol. min. Constat foliis 188.

CODEX LXI.

רזיאל

ARCANA DEI

„ 61. RAziel. Liber Cabbalisticus MS. „ Ebr. *Langius*.

„ LXI. ספר רזיאל הגדול Liber Raziel ma- „ gnus. Liber magicus ex Arabum scriptis con- „ farcinatus, quem Hebraeorum superstitio pu- „ tavit *Adamo* ab *Angelo Raziel* revelatum. „ Dicitur hic magnus *Raziel* ad differentiam „ alterius, qui minor appellatur, & est *Abu-* „ *lbaphia Doctor Hispanus*, qui *Razielem* appel- „ lari se mavult, typho plane Iudaico, de quo „ tamen inferius. Incip. ברוך חכם הרזים de- „ fin. שיתנו המלאכים שיבואו sed est man- „ cus. Sequitur in eodem volumine Pericope „ excerpta ex Libro *Iezirà* de mysteriis *Zi-* „ *ruph*. (in edit. *Sezira*, & *Ziruph*.)
„ Cod. Hebr. MS in 4. Inscribitur exterius: „ *Arcana Dei*. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

In hoc Codice infrascripta Opera continentur.

I. p. 1. רזיאל הגדול Razièl aggadòl. *Raziel magnus*; sic enim inscribitur. Non praetermittenda putamus, quae de hoc Opere *Wolfius* refert V. I. p. 111. sub n. 174. quum sit apprime rarum, & unica tantum vice [quod sciam] praelo suppositum, sc. Amstelod. 1701. 4. *Wolfius* autem „ ס׳ רזיאל *Liber Rasiel*, quem „ *Adamo* ab *Angelo Rasiel* traditum nugantur. „ Hic manu exaratus huc dum in publicis, „ privatisque Bibliothecis delituit, donec tan- „ dem *Amstel* 1701. 4. prodiit sub tit זה ספרא „ דאדם קדמאה שנתן לו רזיאל המלאך i. e. „ *Hic est Liber* Adami *primi*, *quem ei dedit* Ra- „ siel Angelus, paginis 90. Distinguunt cete- „ roquin librum illum *Rasiel* in גדול sive *ma-* „ *gnum*, & קטון *parvum*. Quod quidem ita „ interpretor, ut per *magnum* intelligatur il- „ la libri pars, quae in edito Codice usque „ ad pag. 34. vocatur ספר רזיאל הגדול qui „ *Adamo traditus fingitur*: quam deinceps se- „ quitur usque ad finem, i. e. pag. 45. ספר „ רזיאל qui *Noacho* ab *Angelo* dicitur datus. „ Ideam eius ita ex *Buxtorfii* Bibl. Rabb. re- „ praesentat *Hottingerus* in Biblioth. Orientali „ pag. 33. *Liber duplex est*, *uterque Cabbali-* *sti-*

„ *sticus, & magicus, continens nomina Angelorum, & spirituum variorum, ac docens, quomodo, tam boni, quam mali, sint conciliandi: quomodo cum Sole & Luna loquendum: quomodo morbi procreandi, iidemque iterum curandi, civitates evertendae, terraemotus excitandi: monstrat etiam vires herbarum, gemmarum, piscium, avium, quadrupedum, lignorum, florum: continet artem vaticinandi, & ex astris praedicendi: videndum exhibet baculum Mosis, characteribus insignitum, quorum virtute signa & miracula ediderit: item characterum concursum, quem Magi Alman-* „ del Salomonis *vocant, de quibus inter alia, haec expresse habet: si scripseris* Almandel „ Salomonis &c. *mira poteris experiri: de mira Incarnatione Messiae, de qua si saepius interrogationem institueris, gratus, & acceptus eris superis & inferis* „ Deinde nonnulla exemplaria a Bibliographis enunciata indicantur; & hoc nostrum, quamvis a *Langio* recensitum, praetermittitur. Verus huius operis Auctor nullo alio in loco celebratur, praeterquam in *Catal. Montfaucon.* ubi legitur, nescio quo argumento „ est *Abulhaphia* Doctor Hispa- „ nus, qui *Razielem* appellari se mavult, ty- „ pho plane Iudaico: & quod hic liber est „ magicus, ex Arabum scriptis consarcinatus, ut superius relatum est. Inc. ברוך חכם הרזים def. לעולם אמן ואמן

II. pag. 173. ספר השם Sepher Ascèm. *Liber de Dei nomine*. Liber est Cabbalisticus, & Auctor Anonymus. Inc. בשם אהיה היה והוה def. ויהיה הייתי לישראל לאב

III. p. 232. *b.* in fine ספר תולדות אדם Sepher Toledòth Adàm. *Liber Generationis Adam, seu hominis*. Hoc opus, ab antecedente separatum non adparet, quum eius initium positum sit veluti cuiusdam capitis, aut paragraphi principium. Verum quia sic incipit בשם ה׳ זה ספר תולדות אדם ideo ut diversum illud recenseo. Est itidem aliud, ac supra relatum in Cod. 43. Agitur in hoc praecipue de Dei nomine, ac de litteris, quae ipsum componunt, & quae in alphabeto easdem litteras antecedunt, & subsequuntur. Cod. est mancus, & haec sunt ultima verba המלאכים שיבואו

IV. p. 248. זו היא בריתא של ספר יצירה Zò Hì Baraithà scel Sepher Iezirà. *Hic est Textus libri Iezirà*, h.e. *Creationis*. Hic libellus, qui in sex capita tantum distinguitur, a Iudaeis falso tribuitur *Abrahamo Patriarchae*; quare ea, quae circa ipsum animadvertit *Wolfius* videnda omnino sunt, prout iacent p. 23. & seq. Vol. I. „ Sciendum tamen obiter est, argumentum eius „ cabbalisticum, & obscurissimum esse: & maiore ex parte Pythagoricam philosophandi „ rationem ex litteris, & numeris complecti, „ ut *Lambecius* asserit p. 52. Prodromi Histor. „ Litterariae „ De vero autem Auctore eodem loco *Wolfius* innuit „ *R. Akibae* a corda- „ tioribus Scriptoribus tributum esse „ Alia huius opusculi exemplaria videre poteris Plut. II. C. 5. n. VIII. Cod. 23. & in illud Commentarium Cod. 53. num. III. Incip. שלשים ושתים נתיבות def. ואדבר אמון Idem *Wolfius* pag. 25. seq. adiudicavit oculis Lectorum exhibere lectionum varietates, quae in duobus Mantuanis Editionibus occurrunt, altera sine commentario, altera vero cum Commentario: quae inibi videri possunt.

V. p. 253. *Commentarius, seu collectio multarum rerum, ad eumdem librum Iezirà attinentium*, absque titulo. Quum in supradicta editione Mantuana facta A. M. 322. C. 1562. 4. adnexi fuerint huic opusculo quinque Commentarii variorum Auctorum, eorum nomina p. 24. & 25, apud *Wolfium* loc. cit. inspicere poteris. Nostri autem Commentarii Auctorem, utpote diversum ab illis, inferius subiiciemus. Adnectuntur deinde, h. e. pag. 313. *Regulae conversionis litterarum Alphabeti*, quasi eiusdem Commentarii pars. Inc. ברוך הוא def. והכל יעקום בטהרה

Post haec, sc. p. 332. adposita fuit haec subscriptio חסלת ספר יצירה ופרשו שבתי בר אברהם החכם והרופא: וכאשר קבלתי מאבא מורי הרב ר׳ יהודה בר׳ קלונימוס: וגם קבלתי ממורי הרב ר׳ יהודה חסיד בן רבנא ר׳ שמואל: והוספתי לפרש בו גם אני הקטן אליעזר „ Explicit liber *Iezirà*, quem explica- „ vit *Sciabathai ben R. Abraham* Doctor, & Me- „ dicus: & ut recepi ex traditione a Patre meo, „ & Domino *R. Iuda ben R. Chelonimòs*, & etiam „ habui ex traditione a Dom. meo, & Magistro „ *R. Iuda Pio ben R. Samuel*; & adieci ad eius- „ dem declarationem ego minimus *Eliezer*.

VI. p. 334. Quaedam astronomica de nativitate, & alia ex variis libris excerpta.

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico, saec. XV. a pag. vero 233. usque ad finem diversa manu exaratus in 4. Constat foliis 343.

FINIS PLUTEI I.

Quaedam errata, quae irrepserunt in huius Plutei editione, sic corrigenda: & quaedam addenda, vel immutanda.

Pag. 8. c. 1. v. 16. post Librum Liturgicum: *adde* qui certe pars est Breviarii, incipiens ab Invitatorio Dominicae Septuagesimae: ac in subiecto specimine definit in verbis v. 3. Psalmi 1. *quod fructum &c.* pag. 12. col. 2. v. 44. *Gñimanuel*. l. *Ngimanuel*. p. 14. c. 1. v. 1. *Opus*. l. *Liber*. p. 15. c. 1. v. 1. *legitur*, adde, *& Rabbino-Arabica* nuncupatur. v. 11. *peculiari*. l. *Rabbino-Arabico, ut supra dicitur*. p. 16. c. 2. v. 58. *Hanc &c.* l. *Hanc editionem adornavit Theodulus Aben Alfatl*. p. 21. c. 2. v. 34. meminit, adde, *in Notis*. p. 24. c. 1. v. 28. כבֹּרר. l. בהנר c. 2. v. 11. *filius*, adde, *honorabilis Domini*. p. 33. c. 2. v. 16. *Canan* l. *Chanaan*. p. 38. c. 2. v. 18. *fuerint. In*, l. *fuerint in*. v. 28. *cum* l. *pars*. p. 33. c. 2. v. 16. *Canan* l. *Chanaan*. p. 43. c. 2. v. 9. ὑποθεξην l. ὑπόθεσιν.

BIBLIOTHECAE
MEDICEO-LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS II.
QVI CONTINET CODICES LIIII.
OMNES HEBRAICI PRAETER VNVM SINICVM.
QVORVM MSS. SVNT XXXIV. IMPRESSI VERO XX.

CODEX I.

BIBLIA SACRA.

„ I. Biblia Ebraea cum Comment. *R. Selomoh Iarchì Aben Ezrae, David Kimkì*, & *R. Levi ben Gerson*, ut & *Masora*, scripta nitidissime à *Salomone* fil *R. Chasdai* mense Chasleu Anno 5157 Christiano nostro 1397. MS. Ebr. fol. magno. *Langius.*

„ I. *Biblia Hebraea* cum suis Expositoribus, „ quos inter *R. Beniamin*, de quo sic „ Pirùsc, „ seu Expositio litteralis Divrè haiamìm (in edit. „ *iamim*) seu *Paralipomenon* sapientis *R. Beniamin* „ [in edit *Raco Beniamin*] viri Romani faustae „ memoriae. Est brevis Commentarius, seu „ verius Adnotationes in eumdem librum. „ Haec elucubratio una cum suo authore ex- „ cidit Bibliographis Hebraeorum. Apud eos- „ dem invenies *Beniaminum Romanum f. Iudae*, „ eiusque meminit *Bachur*, censeturque Au- „ thor Commentarii in Grammaticam *Moysis* „ *Bar Ioseph Kimchì*; sed omnino alius est ab „ hoc nostro, quum inter utrumque duo fere „ saecula intercesserint. In calce libri legitur „ haec adnotatio: *Ego* Salomon *f. Doctoris* R. „ Chasdai *scripsi haec Biblia cum suis Exposi-* „ *toribus in gratiam honorabilis & excelsi Do-* „ *ctoris* Beniamin *f. illustris* R. Menachem *de* „ Kornaldo: *& complevi hos* XXIV. *libros opera* „ *manuum mearum, punctationem, & concordan-* „ *tiam & Expositiones* Rascì, Abenezrae, Da- „ vid Kimchì, Levi ben Ghersciòn: *memoria* „ *eorum in benedictione sit, mense Casleu* (De- „ cembri) *anni* 5157. *a Creat. M. iuxta compu-* „ *tum, quem nos computamus* [Chr. 1397.] „ *apud Ferrariam, quae est ad flumen Padum*, „ *& numerus quaternionum ad numerum huius* „ *vocis* Chazak, *nempe* 115. Benedictus miseri- „ cors ille, qui adiuvit nos a principio hucusque.

„ In fine Codicis p. 945. *b.* manu recentio- „ ri haec leguntur.

„ Alexandro Scipione *Reveditor* 1598. *Ego f.* „ Renatus *a Mutina Ordinis Capucinorum cor-* „ *rexi* 1626. *iste Frater* Renatus *fuit Neophy-* „ *tus, qui relicta Iudaica superstitione, Christia-* „ *nam Religionem suscepit, & una cum* Abra- „ hamo Jaghel *Hebraeos Codices multos recen-* „ *suit, & expurgavit*. Codex Hebr. MS. in „ fol. maximo in pergameno. *Catal. Mont-* „ *fauc. ex autogr.*

עשרים וארבעה עם פירושיה Ngesrìm vearbangà ngim peruscià. *Viginti & quatuor.* (h. e. *Libri*) *cum Commentariis suis.* Hoc titulo insigniri debet hic peculiaris, atque elegantissimus Codex, in quo totum vetus Testamentum continetur, hoc ordine dispositum.

1. Genesis.
2. Exodus.
3. Leviticus.
4. Numeri.
5. Deuteronomium.
6. Iosue.
7. Iudices.
8. Samuel.
9. Reges.
10. Isaias.
11. Ieremias.
12. Ezechiel.
13. Prophetae minores XII.
14. Psalmi.
15. Iob.
16. Proverbia.
17. Ruth.
18. Canticum Canticorum.
19. Ecclesiastes.
20. Threni.
21. Esther.
22. Daniel.
23. Ezra.
24. Paralipomenon.

Expositores vero, in *Pentateuchum*, h. e. in *Quinque* primos *Libros*, sunt Abenezra, & Rascì: In *Iosue*, *Iudices*, *Samuelem*, *Reges*, *Prophetas maiores*, *Prophetas minores*, & *Psalmos* R. Kim-

Kimchi: *in Iob, Proverbia, Ruth, Canticum Cantic. Ecclesiasten, Esther, & Danielem*, R. Levì Ben Ghersom: *in Threnos, & Ezram*, Abenezra; in *Paralipomenon R. Beniamin* Romanus *Iudae F.* ut in fine legitur. Hic Auctor in principio sic enunciatur פירוש על ספר דברי הימים להחכם ר׳ בנימן איש רומי זכר צדיק לברכה *Expositio Libri* Paralipomenωn „ *Sapientis R. Beniamin*, viri Romani, *faustae memoriae*. Hic Commentarius (ni potius Adnotationes nuncupandae) admodum brevitati inservit: atque ipse, una cum suo Auctore, in Bibliothecis Hebraicis, ut dictum fuit, praetermittitur. At *Wolfius* eum citare videtur Vol. III. p. 152. ubi asserit, Comment. in Lib. Chronicorum exstare in Bibliotheca Oppenheimeri. Noster inc. בעבור אשר ראיתי בני אדם De alio *Beniamino Romano*, de quo fit mentio in *Catalogo Montf.* loquitur *Wolfius* Vol. I. p. 247. & hic fuit amanuensis *R Eliae Germani*. Huius praestantissimi Codicis Scriptor est equidem praecipua laude dignus, tum propter diligentiam, tum propter Scripturae elegantiam, ac characterum diversitatem; alia enim characterum forma exaratus est textus, qui est litteris quadratis cum punctis, alia tituli librorum, alia Commentarii: alia denique Masora, & haec omnia charactere Rabbinico: ac, quod ad titulos, litteris Rabbinicis maioribus: ad Masoram autem, minutissimis iisdem litteris, varias ideales figuras, quandoque monstruosas repraesentantibus. Quam characterum diversitatem, cum admiratione observavit, peritissimus nostrorum temporum in rebus Hebraicis *Ioseph Attias Liburnensis*, me praesente, non admodum multis ab hinc annis. Omnium librorum initia auro, variisque coloribus, elegantissime pro temporis antiquitate, atque affabre elaborata fuerunt: ac prima vox, seu *Genesis* titulus בראשית auro fulgentissimo effictus cernitur: itemque aliae epigraphae librorum rubei caeruleique coloris. Praemittuntur in duabus paginis antecedentibus Prolegomena, seu Praefatio *Abenezrae*. Varia utensilia ad sacrificia pertinentia inferuntur suis locis, videlicet p. 104. *b.* in principio Libri Numerorum Arca Foederis adaperta, ut Legis Tabulae inspiciantur. p. 105. *b.* Mensa Sacrificiorum, & vasa, atque instrumenta ad Sacrificia spectantia, p. 106. Candelabrum: & haec auro effiсta, cetera vero auro minioque depicta. p. 110. *b.* Vestis sacerdotalis. Demum circa finem, p. videlicet 937. *b.* usque ad totam pag. 944. tam in superiore, quam in inferiore cuiuslibet paginae margine, charactere magno quadrato, ex minutissimis Rabbinicis litteris conflato, juxta illum, quo Scriptor in exscribenda Masora usus est, sequens amanuensis subscriptio, effertur legenda:

אני שלמה בן הרב. ר׳ חסדאי עָם ישׂ׳ „
כתבתי זאת המקרא עם פירושיה ליקר ונעלה „
ר׳ בבימן בן כבוד ר׳ מנחם מקורנלדו יצ׳ „
ונשלם זה העשרים וארבעה כולו מפועל ידי „
הן מכתיבה נקוד ומסורת ופרישת רש׳ וא׳ע „
ור׳ דוד קמחי ולוי בן גרשום זכרונם לברכה „
בחדש כסלו שנת חמשת אלפים ומאה וחמשים „
ושבעה ליצירה למנין שאנו מונין פה בפיראדה „
דעל נהר פה זמנין הקונדרסין כמנין חזק:
ברוך רחמנא דסייען מריש ועד כען „ Ego *Sa-*
„ *lomon F. Magistri R. Chasdai* עָם ישׂ׳ sc. על
„ משכבו יבא שלום וינוח (h. e. super lectum
„ eius veniat pax & quiescat) scripsi haec
„ Biblia, cum eiusdem Commentariis, pro
„ praestantissimo, ac excellentissimo *R. Be-*
„ *niamin* F. *Honorati R. Menachèm de Korinal-*
„ *do*. Et completi sunt hi vigintiquatuor (sc.
„ Libri) omnes a me descripti, tam scriptu-
„ ra textus, quam punctatio, Masora, & Ex-
„ positiones *R. Salomonis Itzakì, Aben Ezra*,
„ *R. David Kimkì*, & *Levì ben Ghersom*, quo-
„ rum memoria sit ad benedictionem, in
„ mense Chislev, anno quinque millesimo cen-
„ tesimo quinquagesimo septimo a creatione
(Chr. vero 1397.) iuxta supputationem, quam
„ numeramus hic Ferrariae (*urbe sita*) ad
„ fluvium *Padum*. Numerus enim quater-
„ nionum est idem ac חזק *Chazak*, *Robustus*
(huius vocis litterae in numeris valent cxv.)
„ Benedictus Deus, qui auxiliatus est nobis a
„ principio hucusque. Deinde, videlicet pag.
945 *b*. Ad calcem leguntur Censorum nomina, hoc pacto: *Alessandro Scipione Reveditor Mant.* (f. *Mantovano*) 1598. & inferius: *Ego Frater Renatus a Mutina Ordinis Capuccinorum correxi* 1626. Et in sequenti pag. identidem ad calcem infrascripta duo nomina, forte aliorum Censorum leguntur: quorum primum, male admodum efformatum, sic lego: *Dominico Ierosolimitano* 1598. alterum vero *Camillo Iughel* 1613. Nota, quod ad ea verba *v. 6.* cap. XLIX. *Isaiae* Prophetae: *Ecce dedit te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae*, in Commentario *R. Chimkì* novem versiculi a Censoribus deleti fuerunt, & id p. 49. inspicere poteris. Insignis hic Codex in Catal. sacrorum Bibliorum MSS. antiquioris, vel recentioris aetatis, quae adhuc supersunt, reponitur a *Wolfio* Vol. II. p. 299. in fine.

Cod. Hebr. membr. MS. elegantissimus, ut supra dictum est, anno Christiano 1397. in fol. magno. Constat foliis 946.

CODEX II.

ספר הזוהר

LIBER GENERATIONIS.

„ 2. Liber Sohar. Comment. mysticus
„ in Pentat. Impr. Ebr. fol. *Lang.*

„ 11. ספר הזוהר *Liber Lucis*, seu *Splendo-*
„ *ris*. Tractatus Cabbalisticus, inchoatus a *R.*
„ *Simeone b.* [in edit. 5.] *Iochai*, ut ferunt He-
„ braei, & ab eius discipulis perfectus. In eo
„ Cabbalisticae Artis, & Rabbinicae Theolo-
„ giae fontes aperiuntur: ex quibus infinita illa
„ colluvies errorum profluxit Cabbalistarum so-
„ mniantium, quorum elucubrationes indica-
„ tas inferius suo ordine leges. Cod. impr.
„ Cremonae apud *Vincentium Contium* A. M.
5319.

„ 5319. Chr. 1559. in fol. Prodiit deinde cum „ aliis additionibus (in edit. *Editionibus*) *Cra-* „ *coviae* & alibi, sed editio nostra ceteris „ correctior est. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

ספר הזוהר Sepher azoàr *Liber Splendoris*, „ seu *Lucis*. *Wolfius* Vol. I. p. 1134. seq. de hoc opere haec refert „ Quod ad librum זהר i. e. „ *Splendoris*, quem etiam מדרש יהי אור *Me-* „ *drasch fiat lux* vocari, testis est *Iuchasin* p. „ 42. *a*. non una est Iudaeorum sententia; „ cum alii quidem cum *Iuchasin* pag. 43. & „ *Schalscheleth* pag. 31. *b*. non ipsi, sed e- „ ius discipulis, & horum discipulis, alii cum „ *Zemach David*, l. c. *Simeoni* initium, discipu- „ lis vero continuationem, & complementum „ operis acceptum ferant. Dignus est, qui le- „ gatur, locus *Iuchasin* latine conversus: *Co-* „ *gnominaverunt* (librum Zohar) *De nomine e-* „ *ius*, (*Simeon Iochai*, pro quo apud *Morinum* „ p. 359. Exercit. Biblic. typographi errore „ legitur *Simeon Iarchi*) *licet illum non compo-* „ *suerit*, *sed discipuli eius*, *& filius eius* (E- „ liezer) *ut discipuli discipulorum eius compo-* „ *suerunt eum iuxta id*, *quod ab eo exceperant*. „ *Sicut diximus de libris* Misnaioth, Siphrà, „ *&* Siphrè, *&* Tosaphtà, *qui omnes facti* „ *sunt iuxta mentem* Akibae, *licet illi libri fa-* „ *cti sint ex ipsius dictatis*, *plusquam annis* 60. „ *post ipsius mortem*. Nihilominus tamen tam „ remotae antiquitatis liber demum post *R.* „ *Mosen bar Nachman*, & *R. Ascher*, i. e. post „ saeculum XIII. innotuit, ceu diserte scribit „ *Iuchasin* l. c. neutri horum visum esse te- „ status „ De Auctore vero idem *Wolfius* l. c. haec habet „ ר׳ שמעון בן יוחאי *R. Schimon* „ *ben Iochai*, sive *Iochaides*, Cabbalistarum ex „ Iudaeorum sententia, princeps, interdum „ simpliciter *R. Schimon*, *ut* & המאור הגדול „ *lumen magnum*, item ניצוץ למשה *Scintilla* „ *Mosis Prophetae*, & per literas initiales רשבי „ [*Rasbi*] vocatus, ex Chronologorum Iudaeo- „ rum testimonio *R. Akibae* discipulus, circa „ A. C. 120. in quem belli ab *Akiba* moti fi- „ nis ab iis referri solet, vixit. V. ibi quae se- „ quuntur. In hoc ipso Pluteo, in Cod. XVIII. XXXVIII. XLVIII. & LIII. aliquas huiusce libri partes reperies, omnes MSS. Nonnulla mihi modo dicenda supersunt circa huius operis editiones. Nostra, ut supra dictum est in *Catalogo Montfauc.* est Cremonensis A. M. 5319. C. 1559. quae omnium antiquissima, a *Wolfio* Vol. I. p. 1141. ubi quinque editiones commemorat, ac sextam in notis, quam haud facile credit exstitisse, sc. Venetam ex *Bartoloccio*, praetermittitur. Inter eas tamen editiones secundo loco *Cremonensem* enumerat A. M. 320. C. 1560. factam, h. e. anno huic nostrae posteriori. De ea, ut puto, Vol. IV. *Accessiones & Emendationes* suae Bibliothecae complectente, p. 1000, haec profert „ Cremonensem libri *Sohar* edi- „ tionem mendis refertissimam esse *B. Wagen-* „ *seilius* in Supplementis suis ad *Buxtorfii* Bi- „ bliothecam Rabbinicam MSS. profitetur, „ eadem opera monens, non aliud *Sohar* a- „ pud Iudaeos in pretio esse, nisi quod manu „ viri alicuius docti sit correctum, quale exem- „ plum sibi quoque obvenerit „ Quare si MSS. exemplaribus opus sit, ad huius operis emendationem; quatuor, ut dictum est, in hoc Pluteo adservantur. In fine nostri Codicis impresa legitur haec Superiorum Permissio.

„ Reverendus I. V. Doct. Dom. *Decius Al-* „ *berius* Vicarius Episcopalis Cremonae, & *R.* „ *P. Io: Baptista Clarinus*, sacrae Theol. Doctor „ Ord. Praed. Inquisitor Generalis in Domi- „ nio Mediol. auct. Apost. deputatus. Viso „ praesenti libro, illum imprimi permittunt, „ & licentiam quod imprimatur concedunt. „ Dat. Cremonae die quinto Augusti MDLVIII.

Cod. Hebr. chart. impr. Cremonae apud *Vincentium Contium* A. M. 319. (C. 1559.) charactere Rabbinico, in fol.

CODEX III.

ספר מקור חיים

Origo Vitae.

„ 3. Machor Chaiim. *Fons vitae*. Com- „ ment. in Pentat. *Langius*.

„ III. מקור חיים Mekòr Chaim. *Fons vi-* „ *tae*. Author *R. Samuel aben Sena*, seu *Samuel* „ *aben Zartsa*; utrumque enim nomen usur- „ pat. Est Supercommentarius Expositionis „ *Abanezrae* in Pentateuchum. Locupletatur „ Animadversionibus, seu Glossariis. *Rabbà* (in „ (edit. *R. Abba*) quo nomine ex initialibus con- „ flato, intelligitur *R. Abraham ben Ascer Gali-* „ *laeus* de urbe *Saphet*, qui in primos libros „ *Rabbòt*, idest *Geneseos*, & *Exodi* scribit: item „ *R. Samuelis aben Tybbon Granatensis*, Philo- „ sophi Peripatetici, & *R. Scem Tov ben Pal-* „ *kera*. Cod. Hebr. impr. Mantuae anno 366. „ min. supput. Chr. 1606. studio & cura *R.* „ *Samuelis Caziz*. *Catal. Montf. ex aut.* Annus editionis corrigendus est, ut infra dicetur.

מקור חיים Mechòr chaim. *Fons vitae*. Commentarius in Commentarium *Abenezrae* super Pentateuchum seu Legem: ubi Praeceptorum rationes explicantur, secundum *Maimonidem*, *Abenezram*, & *Nachmanidem*: quibus variae animadversiones, & additiones *R. Abraham ben Ascer*, *R. Samuelis aben Tibbon*, & *R. Scem Tov ben Palkera* accesserunt. Auctor est *R. Samuel Sirsa*, aut *Sarsa*, vel *Zarza*, qui cognomen habuit *Abensena*, & floruit A. M. 252. C. 1492. Post finem operis exstat *Epistola R. Isaaci Al-* „ *cadeph* ad *Samuelem* nostrum, qua doctrina eius, & scripta impense laudantur. Et haec ex *Wolfio* Vol. I. p. 1113. sq. ubi tantum nostra editio Mantuana recensetur.

Cod. Hebr. chart. impr. Mantuae apud *Meir ben Ephraim Patavinum*, & *Iacobum ben Nephtalì Choèn e Gazolo*, A. M. 319. C. 1559. in fol correctus a *Samuele* קזיס *Chazès*, ben *Mosce*.

CO-

CODEX IV.

חזות קשה

VISIO DVRA.

„ 4. „ SEpher Chasùth Kafcha, five *Vifio dura R. Ifaach Arama*. Ebr. „ 4. impr. varias quaeftiones philofophicas „ tractat. Eodem volumine Commentarius in „ Comment. *Salomonis Iarchì* in Legem. Com- „ ment. in Legem *R. Iacob Baal Haturim F.* „ *Hafcher*, concernens Maforam, & alia eius „ generis. Ebr. impr. 4. *Langius*.

„ IV. חזות קשה Cazùd Kafcè. *Vifio dura*. „ Liber damnatae lectionis *R. Ifahak* fil. *Moy-* „ *fis f. Meir*, impr. Sabionetae anno Iudaico „ 312. min. fupp. noftro 1590. in 4. apud „ *Tobiam Phoà* (in edit. *Tob. Roach*.) Agit de „ creatione hominis. Philofophum adfectat. „ & Philofophiam laudat, *Rambàm* fequutus, „ Chriftianis & Mahometanis aeque infenfus, „ in utrofque infurgit. *Catal. Montf. ex autogr.* Annus Chriftianus corrigendus, ut infra.

Tres diverfos libros impreffos in hoc Codice fimul habebis compactos: quorum quidem meminit *Langius*; fed duo pofteriores in *Catal. Montfaucon.* praetermittuntur.

I. ספר חזות קשה Sepher Chazùth Cafcià. *Liber Vifionis durae*. De hoc opere *Wolfius* Vol. I. p. 687. In eo continentur „ Commen- „ tationes parabolicae, & fubtiliores, fpe- „ ciatimque paucis & fobrie philofophandum „ effe oftenditur, ne Philofophia fraudi fit: „ prod. Venet. in 8. & Sabionetae 312. Chr. „ 1552. apud *Tob. Pua*. At *Bartoloccius* poft „ *Plantavitium* num. 194. tradit, agi ibi de „ creatione hominis, interdum etiam contra „ Chriftianos & Turcas difputari. *Bartoloccius* „ editionem Sabionetenfem anni 350 C. 1590. „ 4. priori adiungit, quam non habet Auctor „ ש״י (i. *Siphtè jefcenìm*, *Labia dormientium*, Bibliotheca fc. Rabbinica *Sciabathai b. Iofeph*.) „ ficut *Bartoloccius* Venetam neglexit. Auctor eft *R Ifaac ben R. Mofis b. R. Meir Arama* Hifpanus Zamorenfis, qui floruit prope finem faec. XV. nam anno 1492. eiectus fuit cum ceteris Iudaeis ex Hifpania, ut idem *Wolfius* l. c. p. 686. refert.

Lib. impr. Sabionetae apud *Tobiam Phoa* A. M. 312. C. 1552 in 4. min. Aliud exemplar eiufdem editionis habetur infra in hoc Pluteo Cod. L.

II. ביאורים על פירוש רש״י Biurìm ñgal Pirùfc Rafcì. *Expofitiones in Commentarium Rafcì*, h. e. *R. Salomonis Ishakì* fuper Pentateuchum. Auctore *R. Ifraël Ifarlàn* Germano ex *Auftria*, qui floruit A. M. 5230. C. 1470. De eo, eiufdemque operibus *Wolfius* loquitur Vol. I. p. 709 & feq. editionemque huius libri commemorat, apud *Iuftinianum* recufi, at anno pofteriore, ac noftro, fc. 1546. ut modo patebit.

Lib. impr. Venetiis apud *Antonium Iuftinianum* A. M. 305. C. 1545. in 4. min.

III. פירוש התורה Pirùfc attorà. *Commentarius in Legem*. Notulae funt marginales in Pentateuchum. Sub hoc titulo בעל הטורים Bañgal atturìm: *Auctor Ordinum*. Hoc enim nomen fufcepit Auctor, qui fuit *R. Iacob ben Afcer b. Iechiel*, eo quod magnum opus elaboraverit ארבעה טורים Arbañgà Turìm. *Quatuor Ordines* titulo infignitum: de quo, fequentibus duobus Codicibus expeditis, verba faciemus. Hic Auctor fuit Germanus, qui A. M. 5100. C. 1340. ex patria in Hifpan. tranfgreffus, Toleti fcribebat. De eo, & fuis operibus *Wolfius* Vol. I. p. 582. & feqq. Vol. III. p. 442. & feqq. & Vol. IV. p. 864. feq. agit; fed de hoc opufculo tractat eodem Vol. III. p. 450. ubi de noftra editione nil penitus.

Lib. impr. Venetiis apud *Ioannem de Pari* & *Fratres* A. M. 304. C. 1544. in 4. min.

CODEX V.

שערי אורה

PORTA LVCIS.

„ 5. „ LIber fine nomine, Cabbaliftica, & Philofophica tractans. Ebr. MS. „ 4. Infcriptio eft appofita: *Porta lucis*, ne- „ fcio qua ratione. *Langius*.

„ V. שערי אורה Sañgarè Orà, *Porta lucis*: „ *Harrig*, ideft *R. Iofeph Gigatella* ab Orien- „ talibus vulgo *Hammekubal*, feu *Cabalifta* di- „ ctus. Scripfit hunc Tractatum, in quo o- „ mnia fere Iudaeorum Theologiae arcana ex- „ plicuit. Multa hic habes de divinis attri- „ butis, de nominibus Dei, eiufdemque Se- „ phiròth. Nofter Cod. eft MS. in 4. fed o- „ lim iam editus faepe Mantuae, Venetiis, „ Ripae Tridenti, & alibi, tefte *Hamezoner* „ de *Praga*. Liber minime fallens lectorem, & „ dignus qui a *Paulo Riccio* Latine redderetur. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Ex opufculis, ac quibufdam fragmentis, quae in hoc Codice continentur, praeter primum, reliqua omnia ab aliis Bibliographis praetermiffa fuere; itaque ipfum fic defcribemus.

I. pag. 1. שערי אורה Sciañgarè Orà. *Portae lucis*. Quae in *Catal. Montf.* leguntur, fatis fuperque funt ad huius operis intelligentiam. Eademque fere habet *Wolfius* Vol. 1. p. 525. De Auctore autem haec refert pagina 523. „ *R. Iofeph Gecatilia* (vel, ut alii, fpeciatim- „ que *Hottingerus* faec. XII. Hiftoriae Ecclef. „ N. T. p. 257. vocat *Gictilia*, vel ut *Bar-* „ *toloccius*, *Gigatella*) per compendium הר״י „ *Harrig* dictus, *Hifpanus*, unde *Kirchero* fim- „ pliciter vocatur *Iofephus Caftilienfis* in Oe- „ dipo T. I. p. 173. & alibi. Exul vixit fae-

 cu-

„ culo xv. extremo, quem in Gemara, & Cabbala ad miraculum usque versatum fuisse, ait „ *Schalscheleth* pag 63. *b.* l. 2. unde & plerumque vocatur המקובל האלהי *Cabbalista* „ *divinus*: miraculis quoque inter suos illustris, quia in *Iuchasin* dicitur בעל חנסים i. „ θαυματοῦργος. Quod ad editionem eiusdem Libri asserit idem *Wolfius* pag. 525. citata „ Pars libri Latine reddita exstat ex *Pauli* „ *Riccii* versione libro iv. de coelesti Agricultura inter Scriptores Cabbalisticos *Ioannis Pistorii* p. 138. sq. Totus vero conversus legitur T. I. Kabbalae denudatae. Confer Praefationem ad illum Tomum, ubi „ haec legas; *Schaare Ora a Riccio quondam carptim translatus hic exhibetur, quantum fieri ob infinitas repetitiones potuit, integer & correctior, sed ordine alphabetico ob* „ *commoditatem inquirendi*. In hoc nostro Cod. nomen Auctoris non apparet. Inc. שאלת ורב שלום בניך def. ממני ידיד נפשי

II. p. 105. שערי צדק Sciañgarè Zedech. *Portae Iustitiae*. Tractatus Cabbalisticus, in x. capita distinctus, in quo differitur de x. Sephiròth. Auctor est, ut hic in fronte praefigitur. *R. Ioseph ben Ghenichel ben R. Abraham*. Eiusdem tituli liber, duobus diversis Auctoribus a *Wolfio* tribuitur, Vol. I. p. 500. sq. & p. 563. sq. Primo loco defertur „ *R. Iosepho*, F. „ *R. Abraham*, F. *Deth*, vel *Dajith*, qui saeculo xvi. ineunte floruit, teste *Schalscheleth* p. 63. *b.* l. 14. scripsitque שערי צדק „ *Portae Iustitiae*, ex Ps. cxviii. 19. cuius argumentum tacetur. *R. Schabtai* in ש׳׳ duplicem huius tituli librum memorat, alterum Cabbalisticum Anonymi: alterum itidem Cabbalisticum a *R. Ioseph Karnitol*, exaratum, & editum *Rivae Tridenti* 321. C. „ 1561. 4. Vter horum cum nostro sit comparandus, vix dixerim. Secundo vero loco, praedicto *R. Iosepho Karnitol* defertur, ubi, postquam adfirmavit, huiusmodi librum introductionem esse in Cabbalam, ibique de divinis nominibus, & de x. Sephiròth pertractari, subdit „ *Andreas Masius* in Indice librorum Hebraic. qui subiunctus est Commentario eius in *Iosuam*, de hoc libro ita; „ *Liber prorsus cabbalisticus, in quo ea doctrina, quae in* Porta lucis [שערי אורה] *de quo libro supra dixi, veluti inchoata erat, absolvitur. Est autem utriusque libri idem Auctor*, R. Ioseph *cognomento* Nyctelo: *cuius etiam pauca quaedam Cabbalistico more scripta, de notis vocalibus Nominis divini apud me* „ *sunt*. Vbi nescio, cur *Masius* libri Auctorem vocet *Ios. Nyctelo*, quem omnes Bibliothecarum Rabbinicarum Scriptores, & „ cum iis ש׳׳ *Karnitoli* cognomine appellant, „ sicut liber שערי אורה non huius *Iosephi*, „ quod idem sibi persuadet, sed *Ios. Gecatiliae* est, ut supra ostendimus. Ex quibus argui potest, propter quandam similitudinem inter *Ghenichel*, *Karnitol*, & *Nyctel*, alia pro aliis usurpata fuisse haec nomina. Verum quum *ex Masio* secundus liber, i. *Portae iustitiae*, sit veluti complementum primi, sc. *Portae lucis*, & utriusque unum eumdemque Auctorem fuisse adfirmaverit: ac insuper in nostro Codice unum post alium amanuensis exscripserit, ad veritatis perquisitionem, tum hoc MS. exemplar, tum editiones omnes, quas *Wolfius* refert, inspicere simul operae pretium esset. At quum nulla earum mihi sit ad manum; sicuti neque superioris libri; ideo huiusce nostri MS. archoteleiam subiiciam. Inc. תשמע ממני בעה׳ def. שאלת ממני ידיד נפשי

III. p. 170. אגרת חמודות Ighereth Chamudòth. *Epistola de rebus desiderabilibus*, seu *pretiosis* h. e. cabbalisticis, de quibus in ea differitur. Auctor est *R. David ben R. Beniamin* de *Monte Alcinoo*. Inc. מאז גלית def. נפלאות מתורתו. Deinde legitur *Elias Haim*, *q. Beniamin*, forte is est, ad quem Epistola mittitur. Demum subditur haec Scriptoris nota. „ אני רפאל רבינו בכמ׳ר יהודה יצ׳׳א אכ׳׳ר „ ל׳׳א תם ונשלם שבח לבורא עולם שנת „ ש׳׳ג פרשת יברכך יאר ישא אכ׳׳ר Ego *Raphael Rabbini ben Leonis Rabbini*. Dictiones „ compendiariae sic leguntur יראה זרע יאריך „ ימים אמן, אמן כן יהי רצון, לברכה יהי אמן „ h. e. *videat filios, producat dies. Amen.* „ *Amen sic sit beneplacitum* [*sc. Domino*] *Ad* „ *benedictionem sit. Amen. Explicit, & completum est, laus* (*Deo*) *creatori Mundi,* „ *anno a Mundi creatione* 5313. (*Chr.* 1553.] „ *currente lectione* Benedicat tibi. Ostendat, „ & convertat (quae verba sunt initia versuum 24. 25. & 26. cap. vi. Numerorum: qui legi solent mense Maio.)

IV. p. 202. Fragmentum Cabbalisticum de x. Sephiròth. Incerto Auctore.

V. p. 204. *b.* ספר הבהיר Sepher Abbaìr *Liber illustris* seu *lucidus*: iuxta *Juchasin* est Elucidarium Cabbalisticum: ubi de Cabbala, & de divinis nominibus profundissime exponitur. Auctor est *R. Nechonìa ben Ackanà*, quem vixisse ferunt Iudaei A. M. 3720. ideoque ante Christi Nativitatem ann. circiter 40. de his vide *Wolfium* Vol. I. p. 905. & seqq. qui p. 907. in fine, exemplaria MSS. ènumerans hoc praetermittit, & aliud refert, hoc eodem Pl. in Cod. liii, adservatum. Pag. vero 925. in Notis ad libri titulum ex *Job* desumtum cap. xxxvii. 21. haec addit „ Ad hunc locum *Iobi* „ provocatur statim in limine libri Bahir his „ verbis אמר ר׳ נחוניה בן הקנה כתוב אחד „ אמר ועתה לא ראו אור בהיר בשחקים h. e. „ *Dixit* R. Nechonia *f.* Kana: *Scriptura alicubi* „ *dicit; & nunc non vident lucem splendidam in* „ *nubibus*. Idem initium noster Codex habet. Inc. enim אמר רבי נחוניא בן הקנה def. בעצבון גדול Habetur item in hoc Pluteo Cod. xxxii. aliud opus sub eodem titulo, sed diversum est, ut ibi dicetur.

VI. p. 219. כתר שם טוב Keter Scem Tov *Corona nominis boni*, seu *bonae famae*. Tractatus brevis cabbalisticus de *Nomine Tetragrammato*. Auctor est incertus, & ex nostro exemplare non adparet. Verum eiusdem tituli libelli Hebraicam versionem *Wolf.* Vol. I. n. 144. p. 99. sq. tribuit R. *Abrahamo Coloniensi*, his verbis „ כתר שם טוב *Corona bonae famae* Hebr.

, Hebr. scriptum, Latine convertit, quam versionem in Vaticana MS. exstare testatur *Bartoloccius*. Liber ipse agit cabbalistice de *Nomine Tetragrammato*. Deinde post pauca addit: *B. Groddeckius* in Theatro Plac- „ ciano p. 700. *a*. testatur, se illius tituli librum MS. vidisse in Biblioth. R. *C*. n. 125. „ An. 120. C. 1360 exaratum, qui constet „ foliis 9. & iterum in 4. n. 194. sex foliis „ absolutum. Nullus horum Auctorem commemorat, quem crediderim esse R. *Iacob ben Ascher*; *Labbaeus* enim in Biblioth. Nova MS. p. 290. huius libri titulum illi tribuit, argumento tamen non commemorato. Ex his itaque, quum & opusculi titulus, & materies, ac moles cum hoc nostro concordent; credo equidem adfirmari posse, eumdem esse, ac superiores a *Wolfio* relatos. Adiiciam igitur archoteleian, ut eruditis & curiosis viris magis satisfiat. Inc. בזאת יבא הארם des. יתברך ויתעלה שמו

VII. p. 225. *b*. Fragmentum *de decem Sephiroth*, Auctore Anonymo.

VIII. p. 227. ספר יצירה Sepher Iezirà. *Liber Creationis*. De hoc opere vide quae diximus supra Pl. I. C. LXI. n. IV. pag. 61.

IX. p. 230. Fragmentum operis *ben Sirà* de rebus cabbalisticis. Incerto Auctore.

X. Ibi. Expositio Cabbalistica litterarum Alphabeti, Auct. Anonymo. Inc. זה השער בעזרת השם יתברך בפירוש האותיות des.

XI. p. 237. *Explicatio septuaginta nominum, quae supremo Angelorum tribuuntur*, Auct. Anonymo. Inc. אלו הם ע׳ שמות des. אין עוד מלבדו

XII. p. 250. *Regulae de vita bene gerenda*, Incerto Auctore. Inc. כשאדם קם des. שאינו ממטבע חכמים

XIII. p. 293. *Regulae circa Fidem, cum Praeceptorum Expositione*. Auct. Anonymo. Inc. מצוה לידע des. ימין ושמאל

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. XVI. post dimidium, a duobus amanuensibus, quorum primus explevit scriptionem in p. 246. alter vero produxit usque ad finem. Est in 4. min. & constat foliis 318. inter quae folia 165. 166. 167. 168. 169. 201. *b*. 202. *a*. 246. *b*. 247. 248. 249. 291. & 292. sunt vacua.

CODEX VI.

באור התפילות

EXPOSITIO OFFICII DIVINI.

„ 6. Biur attephillòth, sive *Expositio precum ordinariarum Judaicarum*. „ R. *Iehudah* fil. R. *Moseh*. Ebr. MS. fol. *Lang*.

„ VI. באור התפילות *Elucidatio Precum*. „ Multarum aliarum elucubrationum Auctor „ R. *Iehuda ben Moysis ben Danielis* Philosophus, & celebris Scripturarum Scholiastes „ scripsit hunc Commentarium in Preces Iudaicas, quas in Slichòt, & Bakkesciòt dividit, & erudite exponit. Porro quum varii sint, pro varietate regionum precandi ritus, & formulae; noster Auctor Hispanum Machazor Cyclum, seu εὐχολόγιον sequitur. Nectitur his, in eodem compactum volumine, volumen alterum, cui titulus est *Commentarium in Hexameron*. Huius operis Auctorem facit *Bartoloccius* eumdem *Iehudam* [in edit. *Schudam*, & sic infra] sed fallitur; quum se, non Auctorem, sed interpretem idem *Iehudas* ad calcem commentarii fateatur. Hanc lucubrationem in Indicibus Bibliothecae Vaticanae inter MSS. legi, nec alibi editionis locus adparet; quare inedita merito censeri potest, quod vix dubitare possumus de altera Expositione precum, quam ante attigimus; quum illa Censoribus Codicum Hebraicorum *Buxtorfio* inquam, *Plantavitio*. *Hammezorer* (in edit. *Hammester*) *de Praga*, & aliis omnibus omnino incognita sit, quod evidens etiam raritatis nostri Codicis est argumentum. Cod. Hebr. MS. in fol. Inc. אמר יהודה המפרש des. והוא גלי עמיקתא *Catal. Montfauc. ex aut*.

Duas diversas *Expositiones* continet hic Codex, quibus adnectitur quidam Tractatus Philosophicus, ut infra dicemus. *Langius* primae tantum mentionem facit: *Catal. Montf.* ambarum: Tractatus vero ab utroque praetermittitur. Itaque sic expendendus pro nostro Catal.

I. pag. 1. באור התפילות Biùr attephillòth. *Expositio precum*. (sc. *Iudaicarum*). Auctore „ *R. Iehuda ben Mosis ben Danielis* Romano. Hoc opus relatum fuit ex nostro Cod. a *Wolfio*, sicut ipse illud excepit a dicto *Langio*, V. I. p. 448. ubi hic noster Codex enunciatur. V. quae de hoc ipso Auctore, ac suis operibus diximus supra pag. 16. ad num. VII. VIII. & IX. Cod. XXI. Pl. I. Hic est addendum circa Auctorem, *Iudam f. Mosis, f. Danielis* Philosophi Romani, tam ibi memoratum, quam hoc loco, unum, eumdemque esse Scriptorem, ut affirmat *Wolfius* l. c. contra *Bartoloccium*, qui duos eiusdem nominis Scriptores enumerat. Atque id coniicitur ex proprio patris nomine, ex patria, & ex professione. In hoc tamen Cod. discrepatio quaedam adparet, quod in sequenti titulo nomen avi *Danielis*, in *Iecuthielis* immutatum est; at hoc ex mendo, quod inibi referemus, evenisse probabile est. Inc. Praefatio אמר יהודה המפרש Opus vero להיות סבות המאמרים des. והוא גלי עמיקתא

II. p. 65. ביאור מעשה בראשית לר׳ יהודה בר׳ משה בר׳ יקותיאל נע׳ הפילוסוף מרומה יצ׳ Biùr Mangasè Berescìth le-Rabbì *Iehuda ben* R. *Mosce bar Iecuthièl* nang appilosòph Mi-Roma *Iezù*. *Commentarius in historiam Creationis*. R. Iudae *f*. R. Mosis *fil*. Iecuthièl *bonae memoriae Romani*. *Deus eum salvet*. Titulus hic, eo quod superior margo primi huius operis folii abscissus fuerit in fronte, novo chartae frag-

fragmento aptato, recentiori manu repositus fuit charactere valde informi; quare ut supra indicavi, forte pro *Daniele* scriptum fuit *Iecuthiel*. Inc. בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ אמר יהודה להיות היבור ספר אחר def. ואכל וחי לעולם

III. p. 81.*b*. מאמר ההוויה ההקשים הפשוטה והמעורבת בכל תמונה חיבור חאח הנכבד העתקת ר׳ יהודה בר׳ משה בר׳ נתנאל דניאל מלשון נצריה ללשון עבריה Maamàr haavajà aecchefcìm appefciuthà veameñgureveth becòl themunà, chibbùr aach anichbàd, añgthakàth *R. Iehuda b. R. Moscè b. R. Nathanel Daniel* milasciòn Nozrià lelasciòn Ngivriàh. *Tractatus de essentia similitudinum simplicium & mixtarum in omni figura, opus nobilis Fratris* (Aegidii, *de quo* V. supra, Pl. I. C. 22.) *Interpretatio* R. Iudae f. R. Mosis f. R. Nathanel Danielis. *e lingua Christianorum* (sc. *Latina*) in *Hebraicam*. Ex hoc titulo habemus veram denominationem praefati *R. Iudae*, atque arguitur, supradictum *Iecuthielem*, eius avum, nova manu exaratum, pro *Nathanele* fuisse repositum. Brevissimum opusculum, quatuor paginis non completis absolutum. Nomen autem Auctoris in inscriptione post finem exprimitur, ubi sic legitur „ נשלם מאמר הווית ההקשים הפשוטה „ והמעורבת כל תמונת חיבור האח הנכבד אח „ אידיאוס העתקת ר׳ יהודה בר׳ משה בר׳ דניאל „ מלשון נצרית ללשון עברית *Explicit Tractatus Essentiae similitudinum simplicium, & mixtarum in omni figura. Opus nobilis fratris* „ Aegidii: *interpretatio* R. Iudae f. R. Mosis „ f. R. Danielis *e lingua Christianorum in Hebraicam*. Inc. אמר יהודה המעתיק def. ומלמד לאנוש בינה

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. xv. in fol. min. Constat foliis 83.

CODEX VII.

אורח חיים מהקארו

VIA VITAE.

„ 7. ORach Chaiim, Semita Vitae R. „ *Iacob* filii *Ascher*, qui & *Baal* „ *Haturim* dicitur. Omnes ritus & ceremo- „ nias Iudaicas explicat. Ebr. impr. fol. cum „ Comment. *Langius*.

„ VII. טור ארח חיים Thur orach chaiim. „ *Semita vitae*. Huius Codicis Auctor est *Io-* „ *seph Karo b. Ephraim Hispanus* insignis I. C. „ & Synagogae Sapheth (in edit. *Iaphet*) cum „ olim floreret, Archisynagogus, qui audire „ meruit apud suos *Mophèt Haddòr*, *Aevi Mi-* „ *raculum*, quod *Nicolai Damasceni* olim fuit „ elogium. Scripserat antea R. *Iacob bar A-* „ *scèr* quatuor libros טורים Turìm, nempe „ *Ordinum* titulo insignitos, quibus totam Iu- „ daici Juris (in edit. ritus) summam comple- „ xus fuerat. Hanc eandem methodum se- „ quutus noster *Ioseph Karo* totidem volumi- „ na edidit in idem argumentum cum scho- „ liis, & animadversionibus in textum eiusdem „ *R. Iacob*. Titulus itaque primi voluminis „ *Semita vitae*, quem hic notamus, reliquos „ inferius suo loco, in subsequentibus Codici- „ bus habes. In hac parte prima sui operis „ ea omnia persequitur, quae ad Ritus sacros „ spectant, videlicet benedictiones, preces, „ lectiones, solemnitates, Neomeniae, ieiu- „ nia, & quaecumque alia ad עטרת Coronam „ legis, & sacerdotii attinent, ut Hebraei Do- „ ctores loquuntur. Haec omnia partim ex „ traditione *Chenesèt Haghedolà* Synagogae „ magnae, partim ex utraque Gemara, alia „ denique ex משנה Mischnà idest, summa „ *R. Hakkadòsc*, & antiquis Iurisconsultis Iu- „ daeis consarcinavit, pleraque superstitiosa, „ & sacro textui contraria. Cod. impr. Vene- „ tiis in aedibus Bragadini anno 324. min. „ supput. in folio magno apud *Iohannem de* „ *Gara* characteribus Bombergianis. *Catal.* „ *Montfauc. ex autogr.*

Titulus exterior huius Codicis, sicuti & aliorum trium sequentium: in quibus male adpositus fuit מהקארו meakaro, i. τȣ̃ *Karo*, omnino corrigendus, ne opera in ipsis inclusa, alterius Auctoris esse credantur, ut *Catal. Montfauconiani* Concinnatores existimarunt. Titulus igitur proprius hic esto. אורח חיים ר׳ יעקב אשר עם פירוש מהקארו: *Semita vitae* R. Iacob *f.* R. Ascèr, *cum Commentario* τȣ̃ Karo. Titulus interior est טור אורח חיים חברו רבינו יעקב אשר הנקרא בעל הטורים ועליו הביאור הגדול מאי״ר כאורים ותומים יחדיו יהיו תמים אשר חברו הגאון כמהר״ר יוסף קארו יצ״ו Tur Orach Chaìm chibberò Rabenu Iañgacòb ben Ascèr anicrà Bañgàl Atturìm veñgalàu abbiùr aggadòl meìr caurìm vetumìm jachdàu jejù thamìm ascèr chibberò aggaòn chemoaràr *Ioseph Karo* iezù. *Ordo semitae vitae, opus* R. Iacob f. Ascer, *qui vocatur* Auctor Ordinum, *& super eo Commentarius magnus, refulgens sicut* Vrìm, *&* Thumìm, *qui una* (opus sc. & Commentarius) *perfecerunt, elaboratus a magno Doctore* R. Ioseph Karo. *Sospitet eum Deus.* Vrìm; *&* Thumìm *Pectoralis ornamenta*: iuxta Iudaeorum opinionem dicuntur fuisse, opus quoddam caeleste, aut mysterium divinum, *Mosi* traditum & litteris exaratum. In vulgata editione Levit. cap. VIII. v. 8. haec duo verba interpretantur *Doctrina* & *Veritas*; at in Caldaica Paraphrasi totus versus 8. sic legitur. „ Et posuit super eum rationale, & „ posuit in rationale *Vrìm*, & *Thumìm*. Sciendum itaque est, in hoc Codice contineri quidem opus supra in interiori titulo enunciatum; at eiusdem Auctorem non esse *Rab. Ioseph Karo*, ut superius dictum est. Res igitur ita se habet „ *Rabb. Iacob filius A-* „ *scèr*, *filius Iechièl* Germanus, egregium „ opus elucubravit, & ארבעה טורים Arbañgà Turìm, *Quatuor Ordines* titulo insignivit; propereaque ipse Auctor בעל הטורים

Bañ-

Bañgal Atturìm, *Auctor Ordinum*; per antonomasiam nuncupatus fuit. Hoc opus deinde luculentissimis Commentariis illustravit *R. Ioseph Karo*, *filius Ephraim Hispanus*, Rector Academiae in urbe *Saphèth* superioris Galileae, qui obiit anno Christi 1575. & apud suos fuit in tanto pretio, ut מופת הדור Mophèt haddòr, *Portentum saeculi* diceretur, sic refert *Bartoloccius* P. III. pag. 819. & *Wolfius* Vol. I, p. 557. Haec autem pars, quae praedictorum *Quatuor Ordinum* prima est, constat (ut idem *Wolfius* p. 582. adfirmat) „ Constitutionibus 27. & partibus tribus, quarum „ I. praecipit, quomodo homo inde a tempore, quo lectum reliquit, usque ad tempus, quo eundem repetit, gerere se debeat. „ II. ritus, & leges ad Sabbatum pertinentes, „ cum benedictionibus, & precationibus per totum diem perficiendis exponit. III. Instituta ad Novilunium & Festa per totum annum celebranda pertinentia explicat. Huius Ordinis epitomam exactius, & curiosius *Bartoloccius* protulit T. III. p. 838. quam in medium iterum afferre non piget. „ Primus „ ordo vocatur אורח חיים Orach Chaìm „ *Semita vitae* ex Psalmo xvi. 11. complectitur omnia, quae ad ritus sacros spectant, „ puta ad benedictiones, preces, lectiones doctrinales, seu decisiones de Sabbato, & de „ aliis solemnitatibus anni, uti de Neomeniis, Ieiuniis, Thekuphis, seu de ingressu „ Solis in quatuor puncta cardinalia Zodiaci. „ Nam Iudaei nimis superstitiose huiusmedi „ Solis ingresum observant. Dicunt, quod „ in Tekuphà mensis *Nisan*, *Martii*, Verno „ aequinoctiali aquae in Aegypto conversae „ fuerint in sanguinem: in solstitio *Iunii* percussam fuisse petram a *Mose*, cum illam „ alloqui debuisset, ideoque pro aqua sanguinem fudisse: in Aequinoctio Autumnali, „ quod in eo gladius *Abrahae*, quo immolaturus erat *Isaacum*, sanguinem stillaverit: in „ Solstitio Brumali, quod in eo filia *Iephte* „ a patre immolata, ac illius sanguine aquae „ omnes redditae sint immundae, ut ipsi credunt. Volunt etiam, ut singulis annis in „ praedictis momentis, aquae omnes inficiantur; quod si quis ex aquis eo instanti biberit, in hydropisim, aut alios graviores „ morbos incidet. Ideo die Sabbathi antecedentis, Rabbinus alta voce in Synagoga inclamat hisce fere verbis: *Tali die, & hora* „ *sequentis hebdomadae erit* תקופה *Tekuphà* „ idest *Solis ingressus in primum punctum A-* „ *rietis, Cancri, Librae, vel Capricorni*; *i-* „ *deo cavetote, ne tali instanti aquam bibatis, alioquin in morbum hydropisis incidetis*. „ Quare adveniente die Tekuphae, aquas, „ quas domi quisque habet proiicit, ne inopinato de ea aliquis bibat. Et haec superstitio ab omnibus Iudaeis ubique locorum „ exacte servatur. Et haec de hoc Auctore, eiusdemque Ordine I. de Commentatore vero, suoque Commentario in hoc opus satis supra dictum est; & videri poterunt ll. cc. praedicti *Bartoloccius*, & *Wolfius*.

Cod Hebr. chart. impr. Ven. apud *Iohannem de Gara*, characteribus Bombergianis, quod ad textum, quadratis sine punctis, Rabbinicis quod ad Commentarium. A. M. 324. Chr. 1564. in fol. min.

CODEX VIII.

יורה דעה מהקארו

DOCENS SCIENTIAM.

„ 8. IOreh Daath. Docens scientiam Comment in Halacoth, sive Traditiones „ Rabbinicas impr. fol. Ebr.. *Langius*. Sub num. XLVIII. Pl. I.

„ VIII. יורה דעה *Docens scientiam*. Commentarius in Halacòth, seu Constitutiones „ Iuris usu receptas: titulus desumtus ex Isa. „ XXVIII. 9. (hoc deest in edit.) Hic est Tomus secundus Decisionum *R. Iacob bar Ascer Germani*, in quo agit de vetitis, & licitis, quae pertinent ad cibum, & potum: „ ubi de iugulatione Animalium, de inspectione „ viscerum, de Idololatria, de Balneis, de „ Muliere menstruata, de Vino Libaminum, „ Funerum luctu, omnia illustrantur luculento Commentario *R. Ioseph Karo* (quae sequuntur desunt in edit.) Cod. Hebr. impr. „ Ven. A. M. 5324 in 4. *Catal. Montf. ex aut.*

Hic est Codex, quem ex Pl. I. n. XLVIII. in hunc transtuli, ut totum opus legale *R. Iacob Ascer* simul unirem. Titulus exterior esto יורה דעה ר׳ יעקב בר׳ אשר עם פירוש מהקארו Docens scientiam R. *Iacob f.* R. *Ascer* cum Commentario Tõ Karo. Interior vero יורה דעה עם פירושי וחדושי החכם השלם ריש מתיבתא בקרית צפת הגאון כמהר״ר יוסף קארו יז״א Iorè Deñgà ñgim pirusce vecchidusce accacàm ascialèm resc Metivathà bechiriàth Saphèth aggaòn chemaràr *Ioseph Karo*, jaziià. *Docens scientiam cum Commentariis, & novellis Expositionibus Doctoris perfecti Capitis Academ. urbis* Saphèt *Excellentis Rabbini* Ioseph Karo: *videbit semen longaevum, Amen*. Ex Isaia c. 53. v. 10.

Secundus hic Ordo ea continet, quae *Catal. Montfauc.* supra relatus, enunciavit: & ea quidem accepta fuerunt a *Bartoloccio* T. III. p. 838. Ad ea tamen addendum, quae dicit *Wolf.* Vol. I. p. 582. „ Ordo II. *Iorè Deà*, constans 31. „ Constitutionibus, rationem omnium rituum „ hac aetate receptorum, ex fundamentis suis „ deducit: speciatimque constitutiones de cibis licitis & illicitis explanat.

Cod. Hebr. chart. impr. Venet. charact. quadr. sine punctis quod ad textum, Rabbinico quod ad Commentarium, apud *Iohannem Gryphium* A. M. 324. C. 1564. in fol.

CO-

C O D E X IX.

אבן העזר מהקארו

LAPIS ADIUTORII.

„ 9. EBen Efer. Lapis Adiutorii, *Io-* „ *feph Karo* : impr. Ebr. fol. Iuri- „ dica tractat ficut prior. *Langius*.

„ IX. אבן העזר Even añgazar. Lapis adiu- „ torii, Volumen tertium *Iofeph Karo*. Ti- „ tulus ex cap. VII. 12. Lib I. Regum, con- „ gruit argumento libri, in quo agitur de u- „ xore, quae viri adjutorium eft. Gen. Cap. „ II. ubi de Matrimoniis, de Inftrumento Do- „ tali, de repudio, de lege fratria [in edit. „ *fratris defuncti fine liberis*) de Votis, Na- „ zareatu (in edit. de Votis Nazareatus) &c. „ Venet. A. 202. min. fupput. eodem *Iofeph* „ Auctore vivente, in folio magno. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Titulus exterior reponendus אבן העזר &c. ut in duobus Codicibus praecedentibus. At interior hic eft אבן העזר עם פירושי וחדושי פאר הדור החכם השלם ריש מתיבתא בקרית צפת הלא הוא הגאון כמהר״ר יוסף קארו י״ץ Even añgezer ñgim pirufcè vekidufcè Peèr addòr acachàm afcialèm refc Methivathà bekirìath Saphèt alò hù aggaòn chemaaràr *Iofeph Karo* ièz. h. e. *Lapis adiutorii cum Commentariis, & adnotationibus. Gloriae faeculi, Doctoris perfecti Capitis, Academiae in civitate* Saphèt, *hic eft magnus Doctor* R. Iofeph Karo, *Deus eum fofpitet*.

Quae in *Catal. Montfauc.* circa hunc Ordinem III. referuntur, ex *Bartoloccio* l. c. defumta funt. Ex *Wolfio* autem, loco citato, addendus eft numerus Conftitutionum, quas hic Ordo continet, quae funt quinque tantum: atque etiam morem calcei exuendi, Leviratus jus violanti: necnon ritus de Sponfalibus, ac de litteris Contractus matrimonialis.

Cod. Hebr. chart. impr. Venetiis in aedibus *Georgii Caballi* in fol. A. M. 325. C. 1565. non, ut *Catal. Montf.* habet, 202. qui effet Chr. 1442. quo certe anno ars impreffsoria vix, ac forte ne vix quidem innotuerat. Huius Editionis verus annus deducitur a Typoghaphi fubfcriptione in fronte libri fub fuo figno, quae fic legitur שנת רב לנו עוד יוסף קארו חי fcilicet, *fufficit nobis, quod adhuc* Iofeph Karo *vivit*. Verba רב & יוסף cum accentibus Commentatoris nomen exprimunt, *Rab* enim *Iofeph*, fc. *Magifter Iofeph* קארו חי Karo vivit, maiori charactere expreffus, abfque dubio annum editionis indicat, i. 325. C. 1565. quo quidem tempore Scriptor vivebat; quum decem poft annis obierit, ut fupra in Cod. VII. dictum eft, pag. 68. col. 2. Et ea verba Hebraeorum more accepta fuerunt ex v. 28. cap. XLV. Genefeos, ubi *Iacob* de filio fuo ait: *fufficit mihi, fi adhuc* Iofeph *filius meus vivit*.

C O D E X X.

חשן משפט מהקארו

PECTUS IVSTITIAE.

„ 10. CHofchen hamifchpat, Pectorale „ Iudicum *R. Iofeph Karo* Comment. Iuridicus in Talmud. impr. fol. Ebr. *Langius*.

„ חשן המשפט Cofcen amifcpàth *Pectorale Iudicis*. Pars altera operis *Iofeph Karo* Volu- „ men quartum: in quo agitur de iis omni- „ bus, quae ad iudicia, & forum contentio- „ fum fpectant, puta *de Iuramento, de Tefti-* „ *bus, de Contradictorio, de Mandato procuran-* „ *di, de Contractibus emptionis, venditionis,* „ *&c.* ubi plura *de folemnitatibus Contractuum,* „ *aliifque ritibus*, quae lectori legere grave „ minime fit, & adducta a noftris Auctoribus „ inveniet. Cod. impr. Sabionetae An. Mundi „ 319. min. fupput. in fol. magno apud *Tob.* „ *Phoab*. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

חשן המשפט Chofcen amifcpàth, *Pectorale Iudicii*. Item in titulo exteriore, τῦ *Karo* immutandus, ut in praeteritis Codicibes, & ea ponenda, quae inibi dicta funt: ficuti in praec. Codicibus dictum eft. En Tit. interiorem חשן המשפט עם פירושי וחדושי הגאון עיני העדה ריש מתיבתא בקרית צפת כמהר״ר יוסף קארו יצ״ו Chofcen amifcpàt ñgim pirufcè vechidufcè aggaòn ñgenè añgedà refc Methivathà bechirìath Saphèt chemaaràr *Iofeph Karo* jezù. *Pectorale iuftitiae cum Commentar. & Adnot. magni Doct. Oculorum Congregationis, Capitis Academiae civitatis* Saphèt *Rabbini* Iofeph Karo. *Deus eum fofpitet, & vivere faciat*. Hic eft IV. & ultimus Ordo, in quo ea continentur, quae in *Catal. Montfauc.* iam fupra relata funt; pariter ex *Bartoloccio* delecta: quibus quaedam univerfalis notitia ab eo p. 839. col. 2. adiicitur, quae mihi non videtur reticenda, videlicet,

„ His quatuor טורים *Turim*, five Ordi- „ nibus explicantur omnia praecepta Legis „ Mofaicae, tam 248. affirmativa, quam 365. „ negativa, quae omnia in unum funt 613. „ Hic Auctor (i. *R. Iacob Afcer*) imitatur *R.* „ *Mofen bar Maijmonis*, feu *Aegyptium*, qui „ fuam quoque, fed multo antea, compila- „ vit fummam Talmudicam. fub nomine משנה „ תורה *Mifcnè Torà*, *Repetionis Legis*, & „ יד החזקה *Iad hachazakà Manus valida*; fed „ magna eft differentia inter utrumque Au- „ ctorem. *Mofes* enim *Aegyptius* magis magi- „ ftraliter loquitur; hic enim refolvit quae- „ ftiones, nulla facta mentione alicuius Au- „ ctoris; at Rabbenu *Iacob*, uti recentior, loqui-

„ quitur ex ſententia antiquorum, quos etiam „ frequenter citat. Secundo *Moſes Aegyptius* „ tractat indifferenter de omnibus 613. praeceptis, tam de iis, quae jam obliterata ſunt, „ & amplius non ſervantur, ut ſunt praecepta de primitiis, de immunditiis, & purificationibus aliquorum vaſorum; at Rabbenu *Iacob*, licet dicatur, quod tractat de „ 613. praeceptis; hoc tamen pacto intelligendum eſt, quod de iis tantum tractet, „ quae modo ſunt in uſu, vel ab eis frequentantur per illorum obſervantiam. Deinde ſequitur alia notitia circa huius Operis aetatem, ſc. „ Huiuſmodi autem Opus fuit compoſitum anno Mundi 5100. Chr. 1340. ut „ apparet הלכות ראש חדש in Tractatu de „ Neomeniis, num. 428. טור *Tur* primo: ex „ computo vero *Algazael* anno mundi 5090. „ Chr. 1330. Poſtremo indicantur editiones. tam ſine Commentario, quam cum eo.

Cod. Hebr. chart. impr. Sabionetae apud *Tobiam Lazari Phoah* A. M. 319. C. 1559. in fol. magno.

CODEX XI.

פירוש על המורה

EXPOSITIO SUPER RABBI MOYSE.

„ 11. BIur alhamoreh. Expoſitio in Doctorem [hoc eſt *R. Moſeh ben* „ *Majemon*, qui ſcripſit Morè Nebuchìm, Doctorem dubitantium] *R. Moſeh fil. Salomonis*, qui ſcripſit ſuper duas partes, & *Ieſaiah* fil. eius ſuper tres, qui etiam opus „ exſcripſit. MS. Ebr. in fol. *Langius*.

„ xi. באור על חלק ראשון ושני מהרמבם „ Biur ñgal chelàh reſciòn veſcenì miarambàm. *Commentarius in primam, & ſecundam partem* Moyſis bar Majemon. Codex „ eleganter ſcriptus, & rarus; ſed in ſecunda „ Parte deſunt capita XLIV. Auctor huius Commentarii *Salomon ben Moyſis ben Salomonis* „ Bibliographis incognitus, quod evidens eſt „ indicium raritatis. In Prooemio haec habes. *Expoſitio*, quam fecit ſapiens perfectus [haec adduntur in edit.] *R. Moſes bar Salomonis in unam, & alteram partem Doctoris* Perplexorum Rambam, *& illam deſcripſit Iſaias* filius eius, *quum tertiam partem non potuiſſet perficere, morte praeventus*. Liber Maiemonidis, quem hic Commentator ſuſcepit exponendum, eſt, ut habes ex „ modo dictis, celebris *Doctor Perplexorum*, „ qui ab Auctore Arabice ſcriptus, Hebraice „ & Latine redditus utriuſque nationis ingenia „ exercuit, quorum ſtudio, & labore saepius „ prodiit in lucem, doctis locupletatus adnotationibus; ſed quum in nulla editione appareat noſter Commentator, ineditum ſuſpicor. In Commentario huius primae Partis, „ cum Auctore Commentator tractat de nominibus analogis, & aequivocis, quae recurrunt in ſacris litteris, & praeſertim apud „ Prophetas: locus ſane perutilis. His diſputationem innectit de Prophetia, de Caelo, „ Mundo, & Angelis. Secunda pars periit, „ exceptis quatuor primis Capitulis: ubi de „ Deo creatore, & motore. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Titulus exterior פירוש על המורה Pirùſc. ñgal ammorè *Commentarius in Doctorem. Doctoris*, uti pronomen abſolute prolatus, *R. Moſi ben Maimonis* communiter tribui ſolet. Ita *Wolfius* Vol. I. p. 834. ubi de huius Auctoris varia denominatione „ ab aliis etiam dictus ר׳ מורה i. e. *Doctor*, tum a doctrina, „ tum a libri *Morè Nevochìm* titulo: qui interpretatur *Doctor Perplexorum*.

Titulus interior ביאור שעשה החכם השלם ר׳ משה בר׳ שלמה מסלירא על ב׳ חלקים המורה שחבר החכם הגדול רבי משה ז״ל ונכתבו ע״י ישעיה בנו ונפטר קודם השלימו השלישי Biur ſceñgaſsà ahachàm aſcialèm Rabbì Moſcè bar Rabbì Scelomò Mi-Salera ñgal ſcenè chelachìm ammorè, ſcechibèr ahachàm aggadòl Rabbenu Moſcè zal. Venichtàu ñgal jedè, Ieſciañgià benò, veniphtàr kodem aſclimò aſceliſcì. *Commentarius elaboratus a Doctore Rabbì Moyſe f R.* Salomonis *de Salera ſuper duas Partes Directoris* (ſubintellige *Perplexorum*) *compoſitus a magno Doctore* R. Moyſe *felicis recordationis: & ſcriptus fuit manu* Iſaiae *f. eius: & obiit* (*idem Auctor*) *antequam tertiam partem expleſſet*. Ex titulo, a me ſuperius adlato, deprehenditur quidem, *Iſaiam* filium *R. Moyſis* exſcripſiſſe parentis opus, non autem ſuper tres partes ſcripſiſſe; quare in hoc corrigendus eſt *Langius*: & itidem *Wolf.* qui ex eo Vol. I. p. 897. num. 1654. *Iſaiam* filium in tertiam Partem ſuam operam praeſtitiſſe tradidit, & hunc noſtrum Codicem indicat. In Vol. autem III. p. 816. num. 1654. addit eidem *Moſi* f. *Salomonis* hoc opus eiuſdem tituli, ſc. „ Commentarius in *Morè Nevochìm*, una cum libro שערי אורה exſtat „ MS. in Biblioth. *Oppenheimeri*, volumine „ quatuor digitos lato. Ibi noſter vocatur „ *Moſche b. Schelomo* מסילתו quod *de Seltho*, „ vulgo *Seltz*, v. *Saletio* interpretatur: & eſt „ oppidum apud Rhenum in Alſatia. Verum, ni forte amanuenſis erraverit, in noſtro Cod. clariſſime legitur מסלירא Mi-Salera, *de Salera*, quod eſt oppidum Africae a *Scipione* occupatum: teſte *Livio*. non מסילתו meſeltho, *de Seltho*, ut ſupra dictum eſt. Ceterum neſcio, quomodo *Catalogi Montfauconiani Concinnatores* hallucinati ſunt, quando dixerunt in ſecunda parte XLIV. capita deeſse, itemque in noſtro Codice *ſecundam Partem periiſſe, exceptis quatuor primis capitulis, ubi de Deo Creatore & motore*; quum, ne verbum quidem in noſtro MS. ſecundae Partis exſtet, ſed tantummodo LXXIV. primae Partis capita,

ta, ultimo non completo. Quod caput, in quo agitur *An Mundus ſit ab aeterno, vel creatus*, quum in varia Argumenta vel Sectiones dividatur: adeoque veluti quaedam initia capitum ex hoc adpareant; hinc, cauſam erroris exortam eſſe iudico. Vnde vero arguatur XLVIII. capitibus conſtare ſecundam partem, haud equidem ominor. Incipit ביאור שמות deſ. מן המקרים deinde ponitur initium ſequentis paginae, ſcilicet שאינן

Cod. Hebr. Chart. MS. charactere Rabbinico elegante in 4. mai. Conſtat foliis 131. Advertendum eſt tamen, a folio 107. ad 120. hunc Codicem male compactum fuiſſe; quare, ne ipſum diſſuerem, errorem per numerationem correxi, quam legentes ſequantur oportet.

CODEX XII.

חמש מגלות

QVINQVE HISTORIAE.

„ 12. PSalterium Ebraic. MS. (primum, „ & ſecundum Pſalmum pro uno „ habet, ideoque 149. tantum Pſalmos nume- „ rat. Poſt 26. vel 27. Multa deſunt uſque „ ad finem 97. numeri 98. in Pſalm. 118. vul- „ go 119. unum deeſt folium: ſequuntur *Iob*, „ *Proverbia*, *Eccleſiaſtes*, *Cant. Cant. Threni*, „ *Eſther* (deeſt aliquid in principio) *Eſdras*, „ *Nehemiae* liber unus, *Chronicor.* primus, „ ex quo multa deſunt, & ſecundus, qui non „ finit. Folia ex Codice antiquo ſunt, qui- „ bus alius alicubi nova inſeruit pro iis, quae „ aberant, alicubi loca vacua reliquit. MS, „ Ebr. in fol. *Langius*.

„ XII. כתובים *Hagiographi*. Codex in per- „ gameno ſcriptus optimae notae, & anti- „ quitatis non contemnendae, etſi nonnulla de- „ ſiderentur in fine, f. min. *Cat. Montf. ex aut.*

חמש מגלות Chamèſc Megillòth. *Quinque volumina*; ſed potius inſcribendus erat hic Codex כתובים Chetubìm, *Agiographi*; in eo enim ſunt ſequentes ſacri Libri, videlicet.

1. Pſalmi.
2. Iob.
3. Proverbia.
4. Eccleſiaſtes.
5. Canticum Canticorum.
6. Threni.
7. Eſther.
8. Ezra.
9. Paralipomenon.

Verum, quum aliquot folia perierint, vel ante ipſiuſmet Codicis compactionem, unde nonnullae lacunae devenerunt, eas ad exactiorem eiuſdem Cod. notitiam, indicare mens eſt. In Libro itaque Pſalmorum [in quo primus & ſecundus unum tantum Pſalmum efficiunt: atque adeo reliqui Pſalmi uno numero praecedunt, ac in vulgatis editionibus: quam enumerationem in huiuſce Codicis deſcriptione ſecuti ſumus] ſecundum folium eſt diſciſſum, ita ut pauciſſima verba adpareant: & haec ſunt a v. 6. Pſalmi 2. ad v. 13. Pſ. 6. Quae autem infra indicabo, univerſa deſiderantur; videlicet. Poſt folium 8. a v. 11. Pſ. 26. ad v. 8. Pſ. 97. poſt fol. 16. in Pſ. 118. decem litterae Alphabeti, ſc. a ו ad ע, poſt fol. 21. a v. 5. Pſ. 140. ad v. 8. Pſ. 144. in lib. *Iob*, poſt fol. 35. a v. 15. cap. 28. ad v. 13. c. 30. In libro *Eſther* poſt fol. 75. ab initio, ad v. 14. cap. 2. In libro I. *Ezrae*. poſt fol. 82. a v. 5. cap. 3. ad v. 30. c. 8. & in lib. II. poſt fol. 85. a v. 5. cap. 2. uſque ad finem. In *Paralipomenon* libro I. poſt fol. 86. initium habetur in medio v. 12. cap. 11. poſt fol. 96. a v. 6. cap. 24. ad v. 14. cap. 26. & poſt fol. 99. a v. 20. cap. 28. ad v. 8. cap. 18. libri II. poſt folium 201. a dimidio v. 14. cap. 20. ad dimidium v. 20. c. 24. ac denique deſinit in dimidio v. 10. cap. 26. Horum defectuum partem advertit *Langius*, atque ſuum de hoc Codice iudicium adiecit, quod ſupra relatum eſt in ſua recenſione.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere quadrato cum punctis, ſaec. circiter XIII. Et eſt quidem optimae notae, & antiquitatis non contemnendae, ut *Catal. Montfaucon.* teſtatur. in 4. mai. Conſtat foliis 103.

CODEX XIII.

פירוש תהלים

EXPOSITIO SVPER PSALMOS.

„ 13. COmmentarius Literalis in Pſal- „ mos MS. Ebr. fol. ſatis anti- „ quus. *Langius*.

„ XIII. פירוש התהלים Expoſitio litteralis „ Pſalmorum. Codex Hebr. MS. in mem- „ branis in 4. Anonymi, charactere Rabbini- „ co Hiſpano. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

פירוש תהלים Pirùſc Theilìm. *Commentarius in Pſalmos*: At titulus interior hic eſt. מדרש שוחר טוב Medràſc Sciochèr Tov, *Expoſitio quaerentis bona*, ex cap. 11. v. 27. Proverbiorum. Hic Commentarius eſt litteralis, & eius Auctor Anonymus. Inc. אשרי האיש deſ. וצדיק באמונתו יחיה Codex hic ſcriptus fuit a quodam *Moſe*, qui ex charactere Hiſpanus fuiſſe diiudicatur. Is adiecit in fine hoc teſtimonium: נשלם תלים תהלה לגבוה מכל גבוהים אדון האדונים ברוך העוזר למשה עבדו *Expliciunt Pſalmi. Laus Deo alto, altiſſimo, Domino Dominorum. Benedictus, qui auxiliatur Moyſi ſervo ſuo.*

Cod.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico-Hispano in 4. saec. ut coniicio, circiter XIII. Constat foliis 167.

CODEX XIV.

מבחר הפנינים

FLOS GEMMARUM.

„ 14. Michar Hapeninim. *Flos Gem-* „ *marum. Sententiae Sapientum*, impr. Ebr. 4. *Langius*.

„ XIV. מבחר הפנינים Mivkàr Apeninìm. „ *Selectae Margaritae*. Liber Ethicus: com- „ plectitur apophtegmata, & sententias, ex „ Arabum, atque Graecorum libris decer- „ ptas. Titulus Arabici commatis Arabem „ Auctorem indicat. Hic est *R. Salomon ben* „ *Ghebiròl*, qui hanc Collectionem Arabice „ scripsit: quam Arabes hoc titulo celebrant מכתאר אלגואהר Machtàr alguahàr. Hanc deinde celebris Arabicorum librorum inter- „ pres *R. Moses Aben Tybbun*, sive *Tabbun* „ Granatensis Hebraice reddidit. Cod. Hebr. „ impr. Cremonae anno 318. min. supput. [C. „ 1558.] in 4. apud *Vincentium Contium*. „ *Catal. Montfauc. ex autogr.*

„ Liber moralis (verba sunt *Wolfii* Vol. I. p. 403.) „ magni apud Iudaeos pretii, qui prae- „ cepta morum varia ex veteribus Graeco- „ rum Philosophis collecta, & Arabica lin- „ gua ab Auctore primum descripta: deinde „ vero a *R. Iuda Aben Tibbon* Hebraice con- „ versa exhibet. Liber ipse, in certas Sectio- „ nes distinctus, Textus loco, varia brevia & „ obscuriora apophtegmata exhibet, quae de- „ inceps subiecto ampliori Commentario illu- „ strantur. Sectio I. inscribitur *de Sapientia*, „ de *unitate Dei*: & sic Sectionibus LXIV. ab- „ solvitur. Huius Libri Auctor creditur esse *R. Iedaias Happenini F. Abraham*, *Bedersensis*, qui illum scripsit Arabice: & in Hebraicum vertisse *R. Mosen aben Tybbun* vel *Tibbon*, sive *Tabbun*, *f. R. Samuelis*, *Granatensem*, Hispanum; ut habet *Bartoloccius* T. IV. p. 242. At idem *Bartoloccius* Tom. cit. p. 371. facit Auctorem *R. Salomonem ben Gebiròl*: ubi adfirmat vocasse illum Arabice מכתאר אלגואהר *Machtàr alguahàr*. Sed circa hoc observat idem *Wolfius* Vol. cit. p. 404. in notis, quod in editionibus, ab se postea recensendis „ nec Col- „ lector, nec Interpres, nec Commentator memoratur. Titulus enim ita est conceptus. „ הא לך ספר מבחר הפנינים במליצת החכמים „ הקדמונים ומשלי פילוסופים הראשונים „ ומוסרם ומצותם וחידותם בכל ענין שאדם „ צריך אליו בחכמה וביראה ובמוסר ובדרך „ ארץ מסודר לשערים בכל ענינים עם „ פירוש *En tibi delectum margaritarum ex di-* „ *ctis sententiosis Sapientum veterum, & pro-* „ *verbiis Philosophorum antiquorum, admonitio-* „ *nibusque, praeceptis, & aenigmaticis eo-* „ *rum de omni argumento, quo opus est ho-* „ *mini ad sapientiam, timorem, correctionem,* „ *& decorum, distinctum in sectiones certas,* „ *cum expositione*. In eadem autem pagina differte ipse *Wolfius* differit, cui ex praedictis duobus Auctoribus hoc opus tribuendum sit, pro unoquoque rationes validas in medium proferens, denique concludit his verbis. „ Ex his itaque intelligitur, alterutrum „ esse admittendum, & vel *Jedaiam* alium no- „ stro antiquiorem pro scriptore huius libri „ habendum esse, vel *Salomoni ben Gavirol* „ vindicari debere: quod certe malim, cum „ id idoneo Metaphrastae satis antiqui testi- „ monio innitatur. Forte ipse titulus מבחר „ הפנינים effecit, ut *Jedaiae Happennini* tri- „ bueretur. Demum iterum audiendus *Wolfius*, qui Vol. IV p. 1023. n. XIX. haec ad rem nostram adauget. „ מבחר הפנינים *Sele-* „ *ctus margaritarum*. Liber, vel inde notis- „ simus, quod eum fere integrum *libro A-* „ *pophtegmatum Hebraeorum*, *& Arabum* in- „ seruerit *Ianus Drusius*. Auctorem illius *Bux-* „ *torfius* nominat *R. Salomonem ben Gavirol*, „ a quo lingua Arabica collectum, inde in „ Hebraicam translatum fuisse notat per *R. Ie-* „ *hudam Aben Tybbon*. Sed Auctor libri שפתי „ ישנים eum *R. Iedaiae* adscribit. Prodiit a- „ pud Soncinum A. 244. & Cremonae A. 318. „ in 8. *Bartoloccius* tantum MS. affert Biblio- „ th. Vaticanae, & complecti ait Collectanea „ Proverbiorum, Castigationum, Eruditionum, „ Aenigmatum, & Praeceptorum priscorum „ Philosophorum Gentilium. *V. eius Bibl. Magn. Rabbin. Part. IV. fol.* 317. ac etiam ipsum *Wolf.* Vol. II p. 1324. num. 316. inter Anonym.

Cod. Hebr. chart. impr. Cremonae charactere, quod ad textum, quadrato: quod ad Commentarium, Rabbinico, *apud Vincentium Contium* A. M. 318. C. 1558. in 4. min. Habemus infra hoc eod. Pl. in Cod. XXXIV. idem opus MS. & in Cod. XLIV. n. I. editum Venet. A. 1546.

CODEX XV.

מעיין החכמה

FONS SAPIENTIAE.

„ 15. Sephèr Meen hachochmà. Liber „ ex fonte Sapientiae *Rabb. Ioseph* „ *Gikitiel*. MS. 4. Ebr. *Langius*.

„ XV. מעיין החכמה Manghiian Achochmà. „ *Fons sapientiae*. Codex in officina Kabali- „ starum elaboratus, solemni deinde menda- „ cio Archangelo Michaëli inscriptus. Hic est „ liber [inquit impostor in proemio.] quem „ tradidit *Angelus Michaël Angelo Iophie-* „ *li*, & *Angelus Iophiel* (in edit. *Sophie-* „ *li*, & *Sophiel*) *Moysi*. Agit de Nomine Dei „ ineffabili tetragrammato, methodo Kabali-

li-

„ liſticis involucris inextricabili. Liber proſcri-
„ ptus, & tenebris damnatus, quem nondum
„ vidiſſe lucem puto. In Indicibus Vaticanae
„ Bibliothecae habetur alterum huius operis
„ exemplar MS. Huic nectitur in eodem vo-
„ lumine גנת עדן *Paradiſus Heden*, *R. Ioſeph*
„ *Gigatella*, quem ſequitur ספר אמונה *Liber*
„ *Fidei R. Scem Tou* Lugdunenſis. Cod. Hebr.
„ MS. in 4. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

„ Quae continentur in hoc Cod. opuſcula,
„ ac fragmenta, maiori ex parte a noſtris Bi-
„ bliographis minime inſpecta, ea cum aliis
„ mihi recenſenda ſuperſunt, ut infra.

I. pag. 1. ספר מעין החכמה Sepher Mañgiàn achochmà. *Liber Fontis ſapientiae*. Opuſculum hoc, quod in quinque tantum foliis non completis, continetur, a *Bartoloccio* T. III. p. 938. *R. Iſſachar Baàr* (i. e. *Stupido*) *ben R. Petachià Moſis* tribuitur; qui poſtquam retulit eiuſdem librum, qui inſcribitur ספר אמרי בינה Sepher Imrè Binà, *Liber eloquiorum intelligentiae*. ubi haec ſubiicit „ Alter liber
„ ipſi adiunctus eſt, eius quaſi altera pars,
„ cui titulus מקור חכמה Mekòr Chochmà.
„ *Fons Sapientiae*, in quo breviter, & perſpicue
„ explicat פשטי הזהר *ſenſum litteralem rerum,*
„ *quae in Zohar tractantur*. *Wolf.* autem Vol.
„ III. p. 638. *Bartoloccium* ſequutus eundem titulum retinet; addit tamen libellum hunc foliis 38. abſolvi, & editum fuiſſe *Berolini* 1711. 4 ac Vol. I. p. 525. de R. *Ioſeph Gecatilia* differens, de hoc noſtro Codice dicit „ Vi-
„ deo in Catalogo Bibl. Mediceae (i. *Langii*)
„ laudato Pl. II. n. 15. & 18. afferri ſub no-
„ ſtri (ſc. Auctoris) nomine מעין החכמה *Fons*
„ *ſapientiae*, neſcio quam recte. Veruntamen ut certior fias de iis, quae hunc ipſum libellum reſpiciunt, en tibi quae luculenter idem *Wolfius* tradidit Vol. I. p. 874. quum de *Moyſe* Propheta verba facit. „ מעין החכמה
„ (inquit ille) *Fons ſapientiae*, libellus cab-
„ baliſticus de nomine Tetragrammato, eiuſ-
„ que myſteriis, tribus in quatuor pagellis
„ comprehenſus, quae prodierunt tum in col-
„ lectione variorum opuſculorum, quae ſub
„ titulo ארזי לבנון *Cedri Libani* ex Pſ. CIV.
„ 17. prodierunt Ven. 361. Chriſti 1601. &
„ *Cracov.* 408 C. 1648. 4. tum cum libro
„ בהיר *Amſtelod.* 411. C. 1651. & *Berolini*
„ 466. C. 1706. 4. Initium libelli ita habet:
„ זה הספר מעין החכמה שנתן מיכאל לפאלי
„ ופאלי למרעה ומרעה גילוהו להתחכם בו.
„ לדורות h. e. *Hic Liber* Fons ſapientiae,
„ *quem edidit Michael* פאלי *&* פאלי Moſi *Do-*
„ *ctori noſtro p. m. &* Moſes *revelavit eum*,
„ *ut ſapientes redderet poſteros*. Suppoſitam
„ eſſe hanc ſcriptionem vel ex eo, ut cetera
„ taceam, patet; quod in ipſo contextu pa-
„ raphraſis Ionathanis, quem Iudaei ipſi in
„ aetatem, ſervatore noſtro paulo ſuperiorem,
„ referunt, allegatur; ne dicam de luſibus li-
„ terarum Cabbaliſticis, aetatem longe recen-
„ tiorem ſapientibus. Nihilominus tamen *Neph-*
„ *tali Hirtz* in praef. ad *Emeck Hamelech* p.
„ 5. col. 4. *Moſi* tribuit, & profundiſſimae
„ doctrinae appellat. Ex his dignoſcitur ob libri molem idem eſſe hunc noſtrum, cum eo, qui a *Wolfio* modo relatus eſt: non vero cum ſuperiore ab eodem enarrato, qui foliis 38. continebatur. Praeterea titulus eſt fere idem, nonnullis tamen verbis immutatis, ut infra dicemus. Circa Auctorem vero, ſciendum eſt in fronte huiuſce opuſculi alia manu, quam quae textus, attamen antiqua, legi ר׳ יוסף ג׳קיטיליא *R. Ioſeph Gikitiliia*. Verum a *Bartoloccio* P. IV. p. 522. tribuitur *Pelonì Almonì*, i. *Innominato Auctori*; ibique de hoc opere dicitur „ מעין החכמה Maiàn hachoch-
„ mah. *Fons Sapientiae*. Eſt Expoſitio Cabali-
„ ſtica ſuper nomen Dei *τετράγραμματον*, A-
„ nonymi Auctoris, & ſolemni mendacio tri-
„ buitur Angelo Michaëli, quia in fronte li-
„ bri legitur: Iſte liber *Fons Sapientiae &c.*
„ ut modo reponitur. Titulus enim in noſtro Codice hic eſt. ספר מעין החכמה שנתן מיכאל לפאלי ופאלי למשה ומשה גלהו להתחכם בו לדורות Sepher Mañgiàn achochmà ſcenathàn Michaël lephaëli uphaëli le-Moſcè: umoſcè ghillàu leitchacchèm bo ledoròth. *Liber Fons Sapientiae, quem dedit* Michaël Phaëli & Phaëeli Moſi, & Moſes *revelavit eum, ut ſapientes redderet poſteros*. Inc. opus זה הוא ועל זה נקרא רוח הקדש def. תקון וצירוף

II. p. 6 ספר היחוד האמתי Sepher aichùd aamithì. *Liber verae unitatis Dei*, Tractatus Cabbaliſticus de Dei Vnitate, Auctore Anonymo. Inc. הקבה נקרא בשם הגדול def. וזהו הסדר להה״ר אליעזר מגרמיזא זצ״ל.

III. p. 8. Tractatus brevis Cabbaliſticus, abſque titulo, & nomine Auctoris. Inc. ראיתי אשרי מי שוכה לעלות במעלתם def. להעתיק

Hoc idem opuſculum habetur etiam infra in Cod. XVIII. ſub num. XIII. a p. 107. ad p. 109. in margine.

IV. p 10. Caput quoddam Cabbaliſticum, ſine titulo, atque Auctoris nomine. Inc. אמרו ר״ל הוא עשך ויכוננך def. כמנין השם הנעלם במילואו

V. p. 11. Caput aliud cabbaliſticum, ut ſupra. Inc. על כן יאמרו def. כל יומא דעלמא המושלים בואו חשבון

VI. p. 18. Caput item aliud cabbaliſticum, ut ſupra. Inc. אמרו על שם יה def. נא אחד Hoc caput eſt etiam in Cod. XVIII. ſub num. XI. pag. 105. & 106. in margine.

VII. p. 20. סוד החשמל Sod achasmàl *Myſterium Achaſmàl*, Tractatus cabbaliſticus: in quo introducitur Angelus Achaſmàl, in *Ezechielis* viſione nominatus, cap. I. ſub ſpecie *Electri*. Auctor eſt *R. Ioſeph Gecatilia* Hiſpanus, qui floruit ſaec. XV. inclinante: de quo V. *Wolfium* Vol. I. p. 523. pag. vero ſequenti, n. 7. haec habet de hoc opuſculo,
„ שער הנקוד *Porta punctationis*, ubi de vo-
„ calibus cabbaliſtice agitur, una cum סוד
„ החשמל Ezech. I. 4. in libro ארזי לבנון p.
„ 33. 41. exſtant, auctore *Gecatilia* noſtro. Inc. ומתוכה כעין החשמל def. וששון ושמחה

VIII. p. 24. Quaeſtio breviſſima ſuper quadam

cum fententia Rabbinorum circa methodum, qua Rex *Ezechias* in oratione quotidiana utebatur. Inc. מה ששאלת def. לעולם שכולו ארוך Haec eadem quaeftio habetur etiam infra in Cod. 18. p. 97.

IX. p. 25. Quaedam de Anima. Inc. הנה דעת הכמינו def. וזל fed imperfecte; dicit tamen amanuenfis, fe velle tranfcribere verba *R. Simeonis ben Iochai*; quod deinde non exequitur. In laudato Cod. 18. p. 124. hacc eadem funt in margine.

X. p. 27. סוד הנפש Sod annephefc. *Myfteria Animae*. Tractatus Cabbalifticus de Anima. Auctore Anonymo. Inc. כבר התעוררנו def. ואין מבקש

XI. p. 28. *b.* סוד יסוד הגן עדן Sod Iefòd aggàn Ngheden. *Myfterium Fundamenti Horti voluptatis* (*Paradifi*) Auctore Anonymo. Inc. והנני כקרים לך def. בשנת היובל הזאת וגו׳.

XII. p. 32. Excerpta quaedam ex magno Cabbalifta, cum notis marginalibus in fol. 37. & 38. Incerto Auctore. Inc. דע ידיעה ברורה def. והבן את זה

XIII. p. 39. מדברי החסיד הקדוש ר׳ שם טוב בספר האמונות. Middivrè achafsìd akadòfc R. Scem Tov. befepher aëmunòth. *E verbis pii, fanctique* R. *Scem Tov in libro Aëmunòth*, h. e. *Fidei*. Excerpta funt ex illo libro „ ubi (inquit *Wolfius* Vol. I. pag. 1127. „ n. 2156. de articulis Fidei, philofophice „ Auctor differit per undecim fectiones, & „ capita varia. Prodiit Ferrariae A. 316. C. „ 1556. 4. Cumque in hoc libro varia contra „ *Abenezram*, *Maimonidem*. & *Ralbag* (h. „ e. R. *Levi* fil. *Gerfonis*) fcripfiffet, adverfa„ rium nactus eft R. *Mofen Alafchkar*. Hunc „ librum *Bartoloccius* tribuit cuidam R. *Schem* „ *Tov*, fimpliciter, nec illi praeterea ullum a„ lium adfcribit; unde factum eft, ut reli„ quos duos acceptos ferret aliis huius no„ minis, quibus non debentur. Auctor igitur fuit enunciati *Libri Fidei* R. *Scem Tov* F. R. *Iofeph Scem Tov*; qui floruit A. M. 5090. C. 1430. *In Catal, Montfauc.* dicitur hic Auctor *Lugdunenfis*; at nil de patria refert *Wolfius*: qui tamen de R. *Scem Tov Hifpano Legionenfe* p. 1128. differit: & oftendit, urbem *Legionem* a litterarum Hebraicarum imperitis ufurpatam fuiffe pro *Lugduno*: ac deinde unum pro alio Scriptore a *Bartoloccio* confufum. Praeterea, in eodem Catalogo, *Exfcerptum* pro ipfo *Libro Fidei* fupponitur: quod ex titulo falfum adparet: ac etiam ex ipfius excerpti brevitate; quum tres tantum pagellas cum dimidio occupet. Inc. כבר כתבתי def. ואחר שליחותו פושטו

XIV. p. 42. *Fragmentum Cabbalifticum* Auctore Anonymo. Inc. זה הכח כסא def. שמות ל״ב נתיבות

XV. p. 42. *b*, *Nomina* xxxii. *Angelorum*. Primus eft ינפיאל ultimus שרביאל

Circa Opufcula ac Fragmenta Cabbaliftica, quae in hoc Codice, ac in fubfequenti xviii. continentur, locum adferam ex *Wolfio* Vol. IV. num. 874. pag. 850. per quem ex octo opufculis ibi relatis, quorum nonnulli aliquam habent coherentiam cum noftris, pro temporis opportunitate collatione facta, examinandi, ut eorum dignofci poffint & Auctores & tituli. Locus itaque eft „ ס׳ הכבוד huic (fc. „ *R. Iofeph Gikitilia*) a nonnullis tribui Vol. I. „ p. 524. admonitum eft. Iam huius tituli li„ brum recentiffima manu defcriptum vidi in „ Bibliotheca *Oppenheimeri* in folio, volumine „ ampliffimo exaratum. Eo vero continentur. „ 1.) ס׳ הכבוד 2.) ס׳ הנעלם 3.) שער סמוכים 4.) „ ס׳ מלאכים 5.) ס׳ חגי 6.) ס׳ פסק 7.) ס׳ הקולות „ 8.) שער חסוד והאמונה In fine dicitur, to„ tam hanc commentationem ס׳ הכבוד appella„ ri. Initium eft: ס׳ הכבוד ה׳ כי מי שנעלם שם „ שמחה בלבו ואל יחשוב אדם לומר שזה עסק „ העולם הוא עסק שלו לבד Argumenti eft „ Cabbaliftici, nec dubito, eumdem effe, qui *Gecatiliae* tribui folet.

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico, in 4. Conftat foliis 42. In fronte primae paginae legitur בה׳צוא יום ו׳ י״ד יוניי״ו שט״ו לי״א ר׳ יוסף גיקיטילייא *In Nomine Dei. Die fexto*, 14. *Iunii* 315 (C.1555.) י״ד יוניי״ו לי״א h. e. לברכה יהי אמן *in benedictionem fit. Amen.* *R. Iofeph Gikitilia.*

CODEX XVI.

סדור תפילות

OFFICII DIVINI.

„ 16. SEder Tephilloth. *Liber precum* „ *Iudaicarum* MS. 16. Ebr. Tracta„ tus de ratione Annor. Iudaicor. tam Lu„ narium, quam Solarium. Impr. Ebr. *Langius*:

„ xvi. סדר תפילות Seder Tephillòth. *Li*„ *ber Precum Iudaicarum*, quem excipit Tra„ ctatus de ratione Annorum Iudaicorum tam „ Lunarium, quam Solarium, Cod. Hebr. „ impr. Venetiis anno 327. min. fupput. C. „ 1557. in 4. *Catal. Montfaucon. ex autogr.* (Haec defcriptio in editione defideratur.)

I. p. 1. סדור תפילות Siddùr Thephillòth. *Rituale precum*, i. *Iudaicarum*, orationibus, & Canticis rhythmicis permixtum. Auctore Anonymo. Inc. מפעלות האל def. רצה י״י אלהינו.

II. p. 136. *Tabella Curfus lunaris* [vulgo *Lunario*] *pro A.* 327. C. 1567 cum principio fequentis. Impr. Venetiis abfque alia nota: & conftat foliis 15.

Cod. Hebr. chart. MS: quod ad Rituale, charactere Rabbinico, faec. xvi. in 24. & illud conftat in totum foliis 134.

CODEX XVII.

אבן בוחן

LAPIS DISCERNENS.

„ 17. EBen bochen. *Lapis discernens* R. „ *Isaach Schem Tob*, scriptus a „ Iudaeo 5145. hoc est nostro 1385 in Tor- „ tona ab *Obadia Amathia*. MS. Ebr. in 4. „ In eodem volumine *Explicatio super libros* „ *sacros*. MS. Ebr. in 4. Alius Tractatus, sive „ Commentarius in Prophetas MS. Aliquid in fine deest. *Langius*.

„ XVII. אבן בוחן Even bochan. *Lapis Lydius*. „ Auctor R. *Scem Tov* F. R. *Isahak*, de civita- „ te Tatila, (hoc comma deest in edit.) a- „ cerrimus nostrae Religionis hostis, qui prae- „ ter alios libros, contra Christianorum fidem „ elaboratos, hunc etiam scripsit, quem in „ XVIII (in edit. suppresso numero, *in aliquot*) „ Tractatus partitus est: atque in hoc Iudaeis „ suis notas exhibere se iactat, quibus, velut „ Lapide Lydio, veram a falsa religione di- „ scernere queant. Huc pertinent ea, quae „ de Adventu Messiae congerit ex Scriptu- „ ris, quod praecipuum huius operis argu- „ mentum videtur; ut inde Christianos er- „ roris redarguat: & Iudaeorum, alterum „ Messiam expectantium, persuasionem sta- „ tuat. His subiicit Apologiam pro *Iosepho* „ *Chimchi*, contra quendam *Magistrum Al-* „ *phonsum*, quem אוסר Religionis desertorem „ per ludibrium vocat. Hic impugnaverat li- „ brum מלחמות ה׳ (sc. *Bellorum Domini*) ab „ eodem *Iosepho* contra Religionem Chri- „ stianam conscriptum. Eius itaque πρόμα- „ χον in hoc opere se sistit *Scem Tov*, Scri- „ ptor flammis adiudicandus. Nonnulla in „ fine exciderunt. *Obadias Amathiae* scripsit „ in urbe Tortonae anno Iud. 5145. nostro „ 1385. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Rectius expenditur hoc opus a *Wolfio* Vol. I. p. 1127 n. 2157. (advertendum, in editione repetitum esse numerum pag. 1127. ideoque quae citantur, in priori loco esse inquirenda) tali pacto „ אבן בוחן *Lapis Lydius*, ex „ *Ies.* XXVIII. 16. Liber Polemicus contra „ Christianos, in quo inter Iudaeum & Chri- „ stianum de Lege, Prophetis, & Evangelio „ disputatur: quorum prior nomen habet מיחד „ i. e. *Unitarius*, posterior משלש *Trinita-* „ *rius*. Liber ipse in XVI. Sectiones distin- „ ctus est, quae singulae certis constant ca- „ pitibus: in eodem variae leguntur animad- „ versiones in *Kimchii* librum, quem dicit „ ס׳ מלחמות יהוה quippe qui nostro non vi- „ detur Christianis recte, & ut par erat, oc- „ currisse. In calce agitur de decem condi- „ tionibus, & momentis, quae diebus Messiae „ impleri debent. Ita codicem describit ש׳ „ seque eum vidisse testatur MS. in Biblio- „ theca Leidensi, qui procul dubio is est, qui „ inter Codd. Warnerianos illius Bibliothecae „ p. 284. n. 18. Catalogi ita recensetur: *La-* „ *pis Lydius Schem Tov contra Christianos: i-* „ *tem eiusdem Evangelium Christianorum, unde* „ *loca quaedam citata refellit; item decem con-* „ *ditiones implendae tempore Messiae*, Exstat e- „ tiam MS. in Bibliotheca Medicea Pl. II. „ exaratum in Tortona an. 5145. C. 1385. ab „ *Obadia Amathia*, qui proxime ad aetatem „ Scriptoris accedit. Habet quoque MS. *Op-* „ *penheimerus*, & legitur in Biblioth. Collegii „ Neophytorum Romani in 4. ex quo Codi- „ ce *Bartoloccius* ita recenset, ut dicat opus „ in XIV. Tractatus divisum, quorum I. ca- „ pitibus 16. (capitum numerum in uno- „ quoque Tractatu praetergrediuntur, ambo „ *Bartoloccius*, *&* *Wolfius*) omnes Fidei Chri- „ stianae Articulos adgreditur. II. capp. 17. „ agit de lege *Mosis*. III. capp. 8. contra SS. „ Trinitatem disputat ex *Psalmis*. IV. capp. 2. „ ex *Proverbiis*. V. capp. 3. ex *Daniele*. „ VI. capp. 2. ex *Iobo*. VII. capp 6. ex *Ie-* „ *remia*. VIII. cap. 26. ex *Iesaia*. IX. capp. 3. „ ex *Ezechiele*. X. capp. 13. ex duodecim „ Prophetis. XI. capp. 23. ex historiis my- „ sticis Talmudicis. XII. capp. 116. ex Para- „ phrasi *Onkelosi*. (errat, ut infra patebit) „ XIII. cap. 5. disquirit de resurrectione mor- „ tuorum, & XIV. capp. 4. de notis Messiae. „ Addit idem, singulis capitibus subiungi „ argumentum contra Evangelium, ac tan- „ dem succedere Tractatum XV. contra *Ma-* „ *gistrum Alphonsum* ex-Iudaeo Christianum qui „ scripserat contra *Kimchii* librum מלחמות Qua „ in relatione, ut nonnulla aliter quam in ש׳ „ traduntur; ita minus recte subiungitur, li- „ brum prodiisse *Paris.* 1555. 12. nam lucem „ is, quod quidem sciam, numquam vidit. „ Quando *Bartoloccius* T. I. p. 12. Evangelium „ *Matthaei*, barbare, & inepte in Hebrai- „ cam linguam translatum, seu potius de- „ pravatum ab impio quodam Iudaeo, vel „ Athaeo, MS. inter opera nostri *Schem Tov* „ reperiri, & seorsim etiam in Biblioth. Va- „ ticana MS. papyr. in 4. legi adfirmat; prius „ illud de hoc opere polemico putem intelli- „ gendum: unde & idem Tom. IV. p. 408. „ ait, R. *Schem Tov* transtulisse Evangelium „ *Matthaei* Hebr. & vocasse *Lapidem Lydium*, „ phrasi inelegante, rudi, ac barbara. Cete- „ rum librum hunc *Iuchasin*. p. 133. 6. & „ *Ganzius* ad an 5135. tribuunt R. *Isaac Sprot*, „ MSS. vero, & eorum fide ש׳ ac *Bartoloc-* „ *cius* R. *Schem Tov* filio *Isaaci*, unde & ש׳ „ diserte reprehendit *Ganzium*, quod alium „ fecerit auctorem. Propterea & *Bartoloccius* „ sub *Isaaco* שפרוט Iudaeos illos ex laudato „ MS. corrigit, ac praeterea monet, in eius „ calce legi, scriptum esse ab Auctore hunc „ librum *Turiesi*, veteris Castiliae urbe, an- „ no 5000. C. 1240. quo ipso, nisi in numero „ erratum sit, Scriptoris huius aetas ad re- mo-

„ motius saeculum referenda esset. Cl. *Iac.* „ *Basnage* Hist. Iud. Tom. V. pag. 1789. ad „ *Bartoloccium* provocans, annum composi- „ tionis facit 1340. pro 1240. Idemque li- „ brum contra Christianos scriptum, *Isaaco* „ *Sproth* tribuit: & ab eo distinguit אבן בוחן „ quem adscribit filio eius R *Schem Tov ben* „ *Isaac Sprot*, tanquam talem, quo Evange- „ lium *Matthaei* Hebr. conversum exhibea- „ tur. Enimvero ex dictis patet, librum אבן „ בוחן esse una cum versione Evangelii huic „ *Schem Tov* acceptum ferendum. Praeter hanc prolixiorem enarrationem, duo notatu digna addit idem *Wolfius* ad paginarum calcem in Notis, quae mihi omittenda non videntur. Et primum quidem, *ubi Magister* Alphonsus *memoratur, est quaedam de eod.* Alphonso *divinatio, ubi de eo disserit, dicens*: „ Quis „ hic *Alphonsus* sit, non satis constat; forte „ is est *Petrus Alphonsus* Ex-Iudaeus, quem „ supra suo loco [h. e. p. 970. n. 1824.] sub „ פ ostendimus saeculo XII. singularem li- „ brum contra Iudaeos exarasse. Alterum vero ad ea, quae superius adlata sunt: Propterea & *Bartoloccius* &c. subdit in Adnotatione: „ Vide eum Tomo III. pag. 927. ubi „ initium Codicis hoc esse ait: אמר המחבר „ שם טוב בן ר׳ יצחק בן שפרוט i. e. *Di-* „ *xit Auctor Schem Tov. f. R. Isaaci f. Schprotb*: „ In calce vero idem legi adfirmat: *Et hoc* „ *ipso absolutum est illud, quod intendi hoc li-* „ *bro, quem vocavi* Even Bochan, *mense* „ *Ijar* (Aprili) *anno* 5000. *a creatione, Chr.* „ 1240. *in Urbe* Tarasona. *Benedictus Deus,* „ *qui dedit robur* Obadiae *ben R.* Amathiae. „ *Auctor est* Schem Tov, *ben* R. Isaac, *ben* „ Sprot. Si his verbis, ac speciatim nota „ temporis, ibi definita, standum est, *Schem* „ *Tov* noster ad ann. 1240. referri deberet; „ quod verisimile videri poterat, cum sic ad „ R. *Ios. Kimchii*, qui floruit saec. XII. medio, „ aetatem propius accedat, in cuius librum „ animadversiones scripsit. Et fieri sane po- „ tuit, ut Iudaeorum Chronologi, qui & in „ nomine auctoris ipso lapsi sunt, annum de- „ scriptionis ab *Obadia* factae, qui fuit Chr. „ 1385. ut ex Codice MS. Mediceo monui- „ mus, confunderent cum anno scriptionis. „ At enimvero communis ille Iudaeorum cal- „ culus bene habet, cum *Bartoloccius* teste- „ tur, se in *R. Schem Tov* nostri libro, „ quem contra Articulos Fidei scripsit, men- „ tionem invenisse *Nicolai Lyrani*, cuius ae- „ tas, cum in saeculum XIV. nempe anno „ 1330. incidat, consequitur, nostrum eo po- „ steriorem vixisse. Insuper ex his omnibus; haec alia ex ipso *Wolfio* Vol. III. pag. 1135. num. 2157. addere libet „ R. *Schem Tov.* fil. „ *Isaac Sprot*, Tudlensis, אבן בוחן MS. est „ in Biblioth. Leidensi hodie num. XXVIII. & „ constat pp. 411. dimidis. Incipit ita אמר „ ר׳ שם טוב בר יצחק נר״ו בן שפרוט מעיר „ קטילה בראותי אני הצעיר בחכמה ובשנים „ צרות הזמן ושבעוונותינו רבו בינינו מאנשי „ בריתנו אשר יצאו מכללנו רודפים אחרינו „ להתחנן בעיני הנוצרים: i. e. *Dicit R. Schem* „ *Tov ben Isaac ben Sprot*, *ex urbe* קטילה „ (ibi librarius scribere forte voluit תודילה „ *Todela*, quam testibus Iudaeis patriam habuit „ noster) *Cum parvus ego sapientia, & annis* „ *viderem temporis nostri calamitates, quod-* „ *que ob peccata nostra inter nos multi sint,* „ *qui olim foederis nostri socii a principiis fi-* „ *dei nostrae declinantes, ad captandam Chri-* „ *stianorum gratiam nos insectantur &c.* Tra- „ ctationi huic subiunguntur decem conditio- „ nes, quae a Messia sint implendae. Eun- „ dem librum MS. habet R. *Iacob Aboab* Ra- „ binus Venetus nostrae aetatis, quod ipse „ per literas *B. Ungerus* testatus est. *Io: Ba-* „ *ptista Ionas*, Ex-Iudaeus, in praefatione, „ quam praemisit versioni suae IV. Evange- „ liorum Hebraice Romae 1668. fol. editae, „ meminit versionis Evangelii S. *Matthaei* a „ Iudaeo *Sem Tov Sphruth* barbara dictione „ sub titulo אבן בוחן (*Lapis Lydius*) factae, „ in qua singulis capitibus subiunctae sint ex- „ ceptiones contra Evangelium, eodem mo- „ do, quo leguntur in edit. Evangelii *Mat-* „ *thaei* Hebraici *Paris.* 1555. curata. Haec re- „ ferens *Rich. Simon.* in Historia Critica de „ versionibus N. T. pag 234. *b.* suspicatur „ MS. illud *R. Schem Tov*, scilicet quod ad „ versionem Evangelii *Matthaei* non esse di- „ versum ab illa *Tillii* editione. Confer nos „ P. II huius Biblioth. p. 417. Hic velim no- „ tes, *Bartoloccium* Tomo II. p. 52. auctorem „ animadversionum illarum minus recte *Chaii-* „ *mum Ciprut*, Rabbinum Posnaniensem, ap- „ pellare. Circa vero patriam *R. Scem Tov*, quae in hac *Wolfii* animadversione *Todela* nuncupanda videtur; in sequenti autem ipsius Auctoris subscriptione *Tarasona* vocatur; haec mihi ex *Bartoloccio* T. III pagina 927. enuncianda supersunt „ טראסונא *Ta-* „ *rasona*, *Turiasso* Plinio, urbs est Hispaniae „ Tarraconensis, apud fines Castellae vete- „ ris, & Navarrae inter *Caesaraugustam*, & „ *Numantiam*, aut *Soriam* urbem Castellae, & „ *Tutelam* urbem Navarrae; ex Ferrario. His necessario praemissis, duo errata, non parvi quidem momenti, advertenda sunt, ad veritatem exscerpendam: quorum primum est illud, ubi *Bartoloccius*, in huius operis Tractatuum recensione, argumentum Tr. XII. dicit esse ex *Paraphrasi Onkelosi*, quum foret dicendum *ex Evangelio*. Clare enim in nostro Cod. scriptum inspicitur אונגיליוש non אנקלוס sed propter quandam litterarum, utramque dictionem componentium, concurrentiam, vel forte ob exscriptoris citati Codicis Neophytorum Romani aut imperitiam, aut informem characterum formam, unum pro altero verbo usurpatum fuit. Et quum Tractatus ille circa *Evangelium Matthaei* tantummodo versetur; post enim ipsius universale examen proponitur tantum initium Evangelii *Marci*; hinc deduci posse videtur, illius Evangelii versionem, forte nil aliud esse, quam hunc Tractatum in *Matthaeum*. Alterius errati

cor-

correctio ex vera subscriptione in operis calce exspiscanda est, ex qua videbitur, perperam *Bartoloccium*, & alios eam interpretasse; ibi enim legitur pag. 171. *b.* ובזה נשלם מה שכונתיו בזה הספר קראתיו אבן בחן בחדש אייר שנת חמשת אלפים ומאה וארבעים וחמשה ליצירה בעיר טרסונה : בריך דיהב חילא לעבדיה בר אמתיה המחבר שם טוב בר יצחק נר״ו בן שפרוט ושערי הספר ארבעה עשר ומנינם היתה עלי יד יי ב״לאו תם תל אמן. *Et hoc ipso absolutum est illud, quod intendi hoc libro, quem vocavi* Even bochen *mense Ijar* (idest Aprili) *anno* 5145. (C. 1385.) *in Vrbe Tarasona. Benedictus Deus, qui dedit virtutem servo suo, filio ancillae suae* (ex Ps. 115.) *auctori* Schem Tov, *f.* R. Isaac (*Deus eum salvet*) *f.* Sprot. *Et tractatus libri sunt quatuordecim: & illorum signum: Facta est super me* MANVS *Domini* (*ex Ezechielis v. 1. cap. 37.*) *Benedictus Dominus in aeternum: Fiat fiat.* [ex Ps. 82. v. ult.] *Explicit. Laus Deo, Amen.* Ex quibus clarissime patet, haec omnia dicta esse ab Auctore, non ab Amanuense: adeoque non interpretandum fuisse לעבדיה בר אמתיה *Obadia ben R. Amathia*, quasi nomen proprium alicuius Scriptoris; sed *servo suo f. ancillae suae*, ut dictum est; quum de se ipso Auctor protulerit, immediate subiungendo: *Auctori Scem Tov* &c. ubi vox בר Chaldaice male vertitur *ben R.* quae vertenda erat *Filius* Patet etiam, non XVIII. huius operis esse Tractatus, *ut Catalogi Montfauconiani* Compilatores adfirmant; sed tantum XIV. Incipit Praefatio בראותי אני Opus vero לקבלה האמתית Des. אמר המיחד pag. 172. Sequitur Tractatus in Magistrum *Alphonsum*, qui sic inscribitur. השער החמשה עשר בסתירת דעות מאישטרי אלפונסו המומר *Tractatus XV. in confutationem opinionum Magistri* Alphonsi. Hic dividitur in VIII. capita, in quibus adducuntur argumenta, in I. ex *Proverbiis*, in II. ex *Iob*, in III ex *Iesaia*, in IV. ex *Ezechiele*, in V. ex *duodecim Prophetis minoribus*, in VI. *Ex Evangelio*, in VII. agitur de *Resurrectione mortuorum*, & in VIII. de *Adventu Messiae*. In hoc Tractatu nonnulla desunt, puto quatuor folia, h. e. a 189. ad 194. & ultimus. Inc. Praef. אחרי ימים רבים Opus vero קול קורא אליו שחוט def. אמר המשלש

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. circiter XVI. in fol. min. Constat fol. 199.

C O D E X XVIII.

פירוש המרכבה

EXPOSITIO VISIONIS ZACHIELIS.

„ 18. EXplicatio super Prophetias *Ezechielis* MS. 4. deest aliquid. Liber ex fonte sapientiae MS. 4. Ebr. min. „ lit. R. *Ioseph Gikitiliae*. Est idem cum priore num. 15. *Langius*.

„ XVIII. פירוש המרכבה של יחזקאל *Expositio litteralis Currus Ezechielis*. Cod. Hebraic. MS. in 4. In eod. compactus Volumine מעיין החכמה Manghiian acokmà. *Fons Sapientiae*, de quo supra num. 15. Huic nectitur in idem argumentum Tractatus *R. Simeonis* . . . . in quo de futura felicitate, & restitutione Indaeorum plura. Opus MS. sed olim impressum cum sex aliis Tractatibus de Kabala. *Catal. Montfauc. ex autog.*

Varia opuscula, ac fragmenta, quae in hoc Codice continentur, praeter duo, vel tria, ab aliis huius Bibliothecae Bibliographis omissa, hoc ordine sunt expendenda.

I. p. 1. פירוש המרכבה של יחזקאל Pirùsc amercabà scel Iechezchèl. *Commentarius in Quadrigam Ezechielis*. Auct. Anonymo. Inc. Textus Prophetae ויהי בשלשים שנה Commentarius vero כתוב זה def. p. 74. *b.* בלב השכל qui tamen finis, quum in hoc Cod. coopertus sit ab alio folio superposito, ex Codice XXV. inferius p. 39. exceptus est. In margine huius Commentarii adposita fuit Dissertatio quaedam Cabbalistica, eidem visioni respondens: quae tamen per saltum procedit, videlicet: eius initium est in folio 2. & prosequitur ad totum fol. 28. in cuius fine indicatur processus operis in fol. 66. quo completo, item in fol. 71. & 72. *a.* progreditur, deinde in 75. *a.* ac in 78. *a.* Et haec Dissertatio inc. תנינא ברזא des. incomplete in pag. 78. לזה כונו

II. p. 74. *b.* *Quaestio facta R. Hai Gaon a R. Palthoi circa* X. *Sephiroth*; Inc. ילמדנו רבינו des. לאחר לא אתן

III. P. 80. שער הכונה Sciañgar accavanà. *Porta intentionis*. Opusculum Cabbalisticum incerto Auctore; at tantummodo primum folium habetur cum quadam notula in prima pagina; abscissa enim fuerunt duo folia usque ab antiquis temporibus, sicuti adparet ex numeratione, quae inverso Codice ab ignaro Scriba facta fuit. Inc. כל הקובע דבר des. שוחר טוב

IV. p. 81. מעין החכמה Mañgan achochmà. *Fons Sapientiae*. V. quae supra diximus in Cod. XV. num. I. huius Plutei; est enim idem opusculum; additis tamen adnotationibus in margine inferiori: atque in fine amanuensis subscriptio, quae sic se habet נכתב ע׳ יעקב מקורינאלדו יצ״ו ט׳ אדר רס״ח לפ״ק פה פיראר״א *Scriptum fuit manu* Iacob Korinaldi, *sospitet eum Deus*, die IX. Adar (i. Februarii) 268. *minoris supputatationis* (C. 1508.) *hic Ferrariae*.

V. p. 83. *b.* ספר היחוד האמתי Sepher aichùd aamithì. *Liber verae Vnitatis Dei*. V. in eod. Cod. V. num. II. at hic habentur adnotationes in inferiore margine.

VI. p. 85. ספר הזהר Sepher azoar. *Liber Splendoris*. Tractatus Cabbalisticus super cap.

XXXII

xxxii. Deuteronomii: & eſt Pars aliqua magni Operis huiuſce Tituli, de quo ſupra C. II. cuius Auctor eſt R. *Simeon f. Iochai*: quod nomen ponitur in *Catal. Montfauc.* ſed libri titulus reticetur: hic vero marginali Commentario inluſtratur, Auct. Anonymo. Initium autem huius opuſculi poſitum eſt poſt finem, i. p. 94. *b.* & eſt hoc ר׳ יהודה פתח def. מטרוניתא ſed finis deſideratur.

VII. p. 95. *b.* סוד החשמל Sod achaſmàl. *Myſterium Achaſmalis*. Idem opuſculum, ac in Cod. xv. n. vii. ubi vide; at in hoc Cod. ad finem ſequentis pag. *b.* ſuſpenſum remanet: proſequitur tamen in folio 107. ut ex altero memorato exemplari dignoſcitur.

VIII. p. 97. *Quaeſtio breviſſima circa Regis Ezechiae quotidianam Orationem*. Eadem, quae in Cod. xv. n. viii.

IX. Ibid *Excerpta quaedam ex illuſtri quodam Cabaliſta*. Haec eadem habentur in Cod. xv. n. xii.

X. p. 103. *b.* סוד הנפש Sod anepheſc. *Myſteria animae*. Idem Opuſculum ac in Cod. xv. num. x.

XI. p. 104. סוד יסוד הגן עדן Sod iesòd aggàn ñgeden. *Myſterium fundamenti Horti Heden*. Idem ac in Cod. xv. n. xi. At in huius opuſculi margine inferiore exſcriptum fuit Caput idem cabbaliſticum, quod ſupra relatum eſt in Cod. xv. num. vi.

XII. p. 106. *b.* *Fragmentum Cabbaliſticum*. Inc. דע כי יש def. והמבין יבין

XIII. p. 107. Quaedam ſuper *Ezechielis* viſione in ea verba כמראה הבזק Inc. הוצרך לומר def. ושמחה ויש שון In margine vero huius opuſculi reponitur idem Tractatus, qui in Cod. xv. n. iii.

XIV. p. 108. ווי העמורים Vavè añgamudìm. *Capita Columnarum*. A *Wolf.* Vol. I. p. 1029. n. 1933. hoc opus *R. Schabtai Scaphtel ben Ieſaiae Levitae Horvvitz*, qui floruit ſaec. xvii. ineunte, ac de hac ſua elucubratione ſic ait „ ס׳ ווי
„ העמורים *Clavi Columnarum*, ex Exod. xxvii.
„ v. 5. quo libro compraehenduntur ſermones
„ egregii, ex Iudaeorum iudicio, & variorum
„ locorum Gemarae expoſitiones: totum o-
„ pus ſuperſtructum eſt ſex columnis, nempe
„ *Legis, Cultus divini, Eleemoſinae, Iudicii, Ve-*
„ *ritatis, & Pacis*: ſingulis columnis certa ca-
„ pita ſunt deſtinata. Prodiit cum patris eius
„ opere maiore, quod dicitur שני לוחות הברית
„ *Duae Tabulae foederis*, ex Exod. xxxi. 18. *Am-*
„ *ſtelod.* 408. C. 1648. fol. pp. 48. auctor pro
„ Praefatione operis paterni haberi vult. *Capita Columnarum*. Tractatus Cabbaliſticus, cum Praefatione. *Auct. Anonymo*. Incip. Praef. הא האנא ספרא דצניעותא דאמינא Opus vero def. לבדו ביום ההוא Ad marginem huius opuſculi habetur idem Caput Cabbaliſticum, in Codice xv. num. iv. exaratum: & in fine ſunt quaedam Cabbaliſticae Adnotatiunculae.

XV. p. 111. Fragmentum Cabbaliſticum, abſque titulo, principio, & fine.

XVI. p. 112. Tractatus Cabbaliſticus ſine titulo, ac principio, Auct. *R. Simeon ben Iochai*: forte eſt pars aliqua *Libri Splendoris*, de quo V. *Wolfium* Vol. I. p. 1134. Inc. תניא אמר ר׳ שמעון def. ובעלמא דאתי Adiuncta ſunt quaedam ſcholia marginalia Incerto Auct.

XVII. p. 124. Fragmentum Cabbaliſticum ſine titulo & principio, ac Auctoris nomine. Inc. תפוחין קדישין def. ולא עפוי In marg. vero repoſita ſunt quaedam *de Anima*, quae inſpicere eſt in Cod. xv. num. ix. De hoc opuſculo *Wolfius* Vol. III. pag. 1133. lin. 14. ſeqq. ubi cuidam *R. Scem Tov* libellus quidam ſimilis tituli tribuitur.

XVIII. p. 139. Opuſculum Cabbaliſticum de *myſteriis accentuum* ſeu *linearum*. Auct. Anonymo. Inc. בסוד שעטנז גץ def. ומתקבצים אליה

XIX. p. 140. *b.* *Explicatio de octodecim benedictionibus orationis quotidianae*, in quantum relationem habent ad *Annae, Samuelis* matris, orationem. Inc. פירוש שמנה עשרה ברכות def. עושה שלום

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico varia manu ſaec. xvi. in 4. min. Conſtat foliis 140. praetermiſſis duobus primis ante primi opuſculi principium, in quibus adnotata quaedam parvi momenti leguntur.

CODEX XIX.

תרגום

EXPOSITIO CHALDAEA.

„ 19. TArgum in Legem, ab initio deeſt
„ fol. & ad finem plura. MS. Chald. *Langius*.

„ xix. Targum Chaldaicum *Onkeloſi* in
„ Pentateuchum, eleganter ſcriptum in mem-
„ branis. Exſciderunt capita xxii. ex Geneſi,
„ & folium primum. Cod. MS. Chaldaice in
„ 4. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

תרגום Targùm. *Verſio* ſeu *Interpretatio*. Sub hoc nomine intelligitur *Translatio*, & *Paraphraſis Veteris Teſtamenti e lingua Hebraica in Chaldaicam*. V. quae dicta ſunt ad Codicem xxxii. Pl. I. p. ſupra 26. col. 1. & p. 27. col. 2. In hoc Codice continetur tantum *Pentateuchus* & quidem mutilus (vacat enim ab initio Geneſis uſque ad medium verſum 17. capitis xxx. & in *Deuteronomio* poſt verſum 16. capitis xxiii. reliqua deſiderantur. Auctor huius Paraphraſis eſt *Onkelos*; de qua re V. *Wolfium* Vol. II. p. 1135 & ſeqq.

Cod. Chald. membr. MS. charactere Rabbinico, ſaeculo circiter xiv. in 4. min. quadrato. Conſtat foliis 189.

CODEX XX.

אור השכל

LVX INTELLECTVS.

„ 20. SEpher Haſſechel. *Liber Intelle-* „ *ctus* MS. Ebr. 4. Eod. Vol. Com- „ ment. in Paraſchas legis *Schem Tob.* fil. *A-* „ *braham* MS. 4. Ebr. Comment. alter Ano- „ nymi in Paraſchas. MS. Ebr. in 4. *Langius.*

„ xx. אור השכל Hor aſekel. *Lumen Intel-* „ *lectus.* Auctor *R. Abraham Hiſpanus*, qui „ inter Arabes verſatus, Arabicum cogno- „ men *Abulaphia*, invenit, celeberrimus Ka- „ baliſta. imo famoſus impoſtor. Vide di- „ cenda inferius, ubi de eiuſdem Commenta- „ tore (in edit. Commentatione) nobis ſer- „ mo recurret. Quod attinet ad praeſentem „ Tractatum, is fuit a ſuis, maxima cum ad- „ miratione exceptus, & elaboratis Com- „ mentariis illuſtratus. Agit de Nomine Dei, „ quod ineffabile dicunt, conſueta Cabaliſta- „ rum methodo, quae unice fortaſſe diſpli- „ cebit, reliqua lectorem non male occupa- „ verint. Codex MS. in 4. Hebr. cuius al- „ terum exemplar invenio in ſaepe laudatis „ Indicibus Bibliothecae Vaticanae. Habes „ in eodem Volumine ספר האחד Liber u- „ nius R. *Abrah. b. Meir Abenezrae*. Tractat de „ virtute numerorum ab uno ad decem Se- „ quitur כתר שם טוב *Corona nominis boni*. „ Dividunt Hebraei totum Pentateuchum in „ LIV. Paraſchas, ſeu ſectiones, ex quibus „ Capitula decernunt, ſingulis anni ſabbatis „ legenda in Synagogis. In haec capitula „ ſcribit ſtylo oratorio, & eleganti Commen- „ taria, ſeu Homilias noſter Auctor *Scem* „ *Tov bar Abraham, bar Iehuſcak, bar Sciaul* (in edit. *Icaul*) *bar Moſcèh, bar David, bar* „ *Abraham, bar Gebon*, Cod. MS. Hebr. in 4. „ ſed olim editus fuit Venetiis, A. C. 1601. „ Huic praemittitur Tractatus eod. tit. inſignis „ in x. Sephiroth, ſeu perfectiones divinas ex „ penu Cabaliſtarum, a quodam Anonymo e- „ rutus. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Sex Opuſculorum, quae hic complectitur Codex, tria tantum enumerat *Langius*, primum videlicet, quintum, ac ſextum; quatuor vero *Catal. Montfaucon.* duobus praetermiſſis ut infra videbimus. Itaque ea omnia ſunt.

I. p. 1. אור השכל Or aſcekel. *Lux intellectus*, ubi nomen Tetragrammaton Cabbaliſtice explicatur, MS. in Vatic. Hebr. 8. inquit *Wolfius* Vol. I. p. 30. & *Abrahamum Abulhaphiam* Hiſpanum Auctorem enunciat. Praeter ea: quae habentur in *Catal. Montfauc.* addi poteſt. patrem Auctoris adpellatum fuiſſe *Samuelem*: uti ex colophone noſtri Cod. adparet p. 60, *b.* Inc. Praef. בהיות המחשבה Opus vero צורת הנבואה def. תחלת מדרגות

II. p. 61. *b.* יסוד השם Ieſod Aſcèm. *Fundamentum Nominis Dei.* Dialogus Cabbaliſticus inter virum & uxorem, in quo diſſeritur de Dei nomine. Titulus autem legitur in principio ſequentis paginae; at Auctoris nomen nullibi enunciatur: neque hoc opuſculum ab ullo ex Hebraicis Bibliographis memoratur. Inc. Praef. אני האיש Opus vero ואחריה תפארת בשעיפים מחזיונות לילה def. ſenſus tamen remanet heic detruncatus: & Scriptor quidem adnotavit in margine p. 71. *b.* ſe reliqua non inveniſſe, ideoque ulterius non exſcripſiſſe.

III. p. 72. ספר היחוד Sepher aichùd. *Liber unitatis*, ſc. *Dei.* Auctor eſt Anonymus. Huius opuſculi, quod in hoc Cod. quatuor tantum foliis comprehenditur, aliud exemplar reperies infra in hoc Pluteo, Cod. LIII. p. 31. Heic tamen advertendum, a manu indicante, in marg p. 73. *b.* huius Codicis delineata, uſque ad finem huiuſce libelli, differre ab exemplari praedicti Cod. LIII. p. ibi 32. itidem in reliquis, quae poſt ſimilem ſignum indicantis manus ſuccedunt. Praeterea ſciendum etiam, hoc opuſculum in *Catal. Montf.* perperam expoſitum fuiſſe, quum ibi legatur: „ Liber unius *R. Abr. b. Meir Abenezrae*. Tra- „ ctat de virtute numerorum ab uno ad decem; quum tantum circa Dei unitatem verſetur. Inc. זה ספר היחוד def. לא נקבל deinde ſubditur brevis eiuſdem Operis Epilogus.

IV. p. 82. כתר שם טוב Chether Scem Tov. *Corona bonae famae*, ſeu *boni nominis*. Huius tituli libri in Bibliothecis Hebraicis plures occurrunt: & equidem diverſa tractantes, atque a diverſis Auctoribus elaborati. In *Bartoloccii Bibliotheca Rabbinica*, ſex ad minus reperies; videlicet Part. I. pag. 51. Par. III. p. 784. P. IV. p. 312. 405. 406. 522. Noſter, eo quod in eius fronte legatur epigraphe, quam ſubdimus: & ſit eadem, quam idem *Bartoloccius* refert, P. tamen IV. p. 406. certos nos facit eiuſdemmet Auctoris, atque eorum, quae in ipſius opere continentur. Ea enim epigraphe eſt אמר שם טוב בֿר אברהם בֿר יהושע בֿר שאול בֿר משה בֿר דוד בֿר אברהם בן גאון ſc. *Dixit Scem Tov bar R Abraham, bar R. Iehuſciang bar Sciaul bar Moſcè bar David bar Abraham ben Gabon*. Nota, quod בֿר דוד *ben R. David* repoſitus fuit alia recentiori manu. Hanc adpellationem, prout iacet, protulit *Bartoloccius* loco citato, ſed Latine tantum: eidemque haec ſubiecit: „ ſcri- „ pſit librum, quem vocavit כתר שם טוב „ Cheter Scem Tov. *Corona boni nominis*. Eſt „ Expoſitio in Legem, tranſcripta a D. *Gri-* „ *mano*, Bibliothecae Vaticanae Scriptore He- „ braico, Anno D. 1658. Quarto Pontificatus „ *Alexandri* PP. VII. iuſſu D. *Lucae Holſtenii*, „ eiuſd. Bibliothecae Praefecti. Ad haec, quae *Wolf.* repoſuit Vol. III. p. 1131. ſq. n. 2150. adnectere perutile diiudico; habet enim „ *R. Schem*

Tov

„ *Tov ben Abraham*, qui in Codice MS. Pari-
„ fienfi libri כתר שם טוב de quo mox voca-
„ tur *R. Schem Tov, ben Abraham, ben R. Io-*
„ *fua, ben R. Schaul*, vel forte *Schemuel, ben*
„ *Mofche*. Vixit *Saphetae* an. 5085. C. 1325.
„ & praeceptorem habuit R. *Schelomo ben A-*
„ *braham Adrath* &c. deinde fequitur „ כתר
„ שם טוב feu *Conciones in Legem*, Vene-
„ tiis 361. Chrifti 1601. fol. apud *Math. Sane-*
„ *ti* [Zaneti] foliis 153. prodiit. Exftat MS.
„ in Biblioth. Collegii Societatis Iefu Parifien-
„ fis in fol. num. 3. fub titulo ספר שם טוב
„ & in Catalogo vocatur *Commentarius in Le-*
„ *gem Cabbalifticus*, Hierofolymis, ut in fron-
„ te libri manu viri docti adnotatum eft, al-
„ latus. Sub eodem titulo שם טוב exftat *Com-*
„ *ment. in Legem* MS. in 4. Codice unum di-
„ gitum lato, qui forte partem noftri illius
„ Commentarii exhibet. Vidi quoque in Ca-
„ talogo MSS. Biblioth. Reg. Parif. manu exa-
„ rato *R. Schem Tov* Commentarium in Pen-
„ tateuchum afferri. Hanc adpellationem,
prout iacet retulit *Wolfius* Vol I. pag. 1124.
poftquam hunc ipfum Codicem ex *Langio* retulit fub titulo *Concionum in Legem*; quum tamen ipfe *Langius* in fuo Catalogo *Commentarium in Parafchas Legis* eum vocaverit. Aliud eiufdem tituli opus relatum fuit fuperius in Codice V. num. VI. fed eft ab hoc omnino diverfum. Inc. אברך את יי אשר יעצני ex Pfal. XV. Hebr. XVI. v. 7. def. וישם לך שלום

V. p. 140. Dubia quaedam circa praecedentem Commentarium, cum fuis folutionibus. Inc. שאלתי את פי מורי def. תבין זה

VI. p. 144 *Commentarius in Parafchas*, h. e. LIV. Pentateuchi Sectiones: de quibus V. fupra, quae dicta funt in *Catal. Montf.* Titulo & Auctoris nomine caret. Inc. בראשית def. תורתו התמימה אמן

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico, a pag. 82 ad finem ufque, maioris formae, ac alterius manus, faec. XV. in 4. min. Conftat foliis 254. inter quae fol. 76. cum quinque fequentibus vacuum eft: & in folio 143. *b.* quaedam parvi momenti alia manu exarata fuerunt.

CODEX XXI.

שׁת רבינו נסים

VARIA QVAESITA.

„ 21. SChaalòth vetefchubòth. *Interrogationes, & Refponfiones*. Varia „ dubia explicata a R. *Nifim* MS. 4. Ebr. *Langius*.

„ XXI. שאלות ותשובות הרן Schaalloth vetefchuboth. *Quaeftiones & Refponfa*. *Nifim* „ *F. Ruben Gerundenfis*, de ratione bene vi- „ vendi (haec defunt in edit.) Cod. Hebr. MS. „ in 4. anno 5222. a Creat. fed olim excufus „ Romae, & Conftantinopoli *Selimo* Imperatore [reliqua in edit. omittuntur] Huic nectitur libellus de eadem re, Auctore *R.* „ *Meir b. Baruck*. *Catal. Montfaucon. ex autogr.*

Duo eiufdem tituli Libri, fed non eiufdem Auctoris, in hoc Codice continentur: quorum fecundus tum in *Langii*, tum in *Montfauc. Catalogis* reticetur. Primum itaque eft.

I. p. 1. שאלות ותשובות למרנא ורבנא הרב הגדול רבינו נסים זצל גירונדי Sceelòth uthfciuvòth lemarana verabbana arrav agghadòl Rabbenu Nifsìm Zazàl Ghirondi. *Quaefita & Refponfa noftri Magiftri & Domini Rabbini magni R. Nifim felicis recordationis Gerundenfis*. Opus hoc verfatur circa rationem bene vivendi. Auctor vero R. *Nifsim ben Ruben* fuit *Gerundenfis*, & floruit A. M. 528. C. 1268. de quo, & de ipfo opere V. *Wolf.* Vol. I. p. 915. & feq. ubi variae ipfius editiones commemorantur. Inc. שאלת זה כמה שנים def. בשביל זה Hoc idem Opus habemus impreffum Pl. III. Cod. IX.

II. p. 69. שאלות ותשובות מהר מאיר בכר ברוך זצל מספר משפטים Sceelòth utfciuvòth mearrav Rabbì Meìr ben Chevòd R. Barùch zazàl mifepher Mifcpatìm. *Quaefita & refponfa Doct. R. Meir, ben honorabilis R. Baruch bonae memoriae in lib. Iudiciorum*. *Wolf.* Vol. I. p. 746. adfirmat, Auctorem hunc effe Germanum, ac obiiffe A. M. 5070. C. 1310. ex *Iuchafin* teftimonio; atque aliud huius operis exemplar ex *Bartoloccio* in Vaticana adfervari; quare huiufce noftri notitia nunc primum prodiit in lucem. Inc. כתב ראביה def. מאד הטרחת בי deinde tempus tranfcriptionis indicatur his verbis: תמו ונשלמו תשובות ושאלות תהלה לאל רב התושבחות בראשון שני לחמשי ולראשון שני מאתים ועשרים ושנים אחר החמשי. *Expleta & completa Refponfa & Quaefita, Laus Deo magno in primo fecundo ad quintum, & primo fecundo* 222. *poft quintum*. Ex quibus verbis indicatur [ut puto] A. M. 5222. qui eft C. 1462.

Cod. Hebr. chart. MS. anno, ut fupra, in 4. Conftat foliis 122.

CODEX XXII.

מאזני צדק

LANCES IVSTITIAE.

„ 22. MOfene Sedek. *Lances Iuftitiae* „ *R. Abraham fil. Samuel Levitae fil. Chafdai*. 8. MS. Ebr. *Langius*.

„ XXII. מאזני צדק Mofnè Sedek. *Lances* „ *Iuftitiae*, feu *Statera iufta*. Liber Ethicus, „ ex Arabico in Hebraicum fermonem con- „ verfus a celebri Codicum Arabicorum inter-

„ terprete *R. Abraham b. Samuelis bar Chasdai Levì*. Auctor Arabs *Abu Achmad Algazelus*, de quo supra . . . . Dividitur „ in xxxii. sectiones: argumenta moralia tractat, & multa in sapientiae laudem congerit, quam esse definit ultimam hominis felicitatem: paucis deinde ad fidei articulos „ digreditur. (reliqua desunt in edit.) Hunc „ librum dono dedere heredes D. *Samuelis* „ *Magobii Iosepho* filio *Beniamin* Pisano coram D. *Mardokeo Saltiel* de Fuligno. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

מאזני צדק Mozenè Zedek *Bilances iustae*, vertit *Bartoloccius* P. I. pag. 27. additque „ Est „ liber moralis, & ethicus, cuius auctor est „ אלוומאת אלגזל ערבי *Aluamàt Algazèl Arabs*; at superius dixerat, R. *Abraham bar Chasdai* transtulisse hunc librum ex Arabico in Hebraicum. Qua de causa a *Bartoloccio Abu Achmèd* in *Aluamàt* fuerit immutatus, haud facile divinarem, quum nullibi huiusmodi nomen apud alios Scriptores invenerim: & ipse *Bartoloccius* hunc ipsum librum P. I. p. 3. *Abù Achmàd Algozalì* (sic enim ibi legitur pro *Algazeli*) tribuerit. Et quidem hoc sphalma etiam *Wolfius* observavit; sed quum ipsius censura post hanc meam animadversionem se mihi videndam praebuerit: ac inter utriusque relationem nonnulla diversitas intercedat; ideo Cl. Viri verba iterum publici iuris facere non dedignor. Hic Vol. I. p. 3. & seq. circa hunc librum, suumque Auctorem tali pacto suam aperit mentem „ ספר המדות *liber de moribus* a R. *Abrahamo ben Chasdai* Levita Hebr. conversus, sed ab interprete interpolatus in Biblioth. Vindob. exstat: vide *Nesselium* p. 149. *R. Schabtai* illum librum adpellat מאזני צדק ex Lev. xix. 36. *bilances* „ *iustitiae*, eumque commentario *R. Zaid b. Zaid* illustratum, sed MS. ait. Idem *Bartoloccius* p. 131. n. 192. [sc. Part. I.] huius „ libri occasione novùm fingit *Algazelem*, „ quem vocat אלוואמאת אלגזל eumque ait „ scripsisse Arab. lib. moralem מאזני צדק, „ non memor se superius de *Algazele* egisse, „ & eumdem librum sub tit. ס׳ מדות laudasse. „ Idem obvius est in Biblioth. Amplis. Senatoris Lipsiensis, quod constat ex Cl. *Goetzii* programmate, qua illa aperienda indicitur p. 21. confer *R. Abraham bar Chasdai*. Nomen proprium interpretis legitur in fronte Praefationis, ubi sic exprimitur מאר Titulus autem legitur in fine sub his verbis נשלם ספר מאזני צדק *Lances iustitiae*. Inc. Praef. אמר אברהם בר׳ שמואל הלוי בן חסדאי Opus vero מפני שהצלחה Des. גדול דעה In folio vacuo, ante Libri principium, sequens monumentum positum fuit; quod quidem in autographo *Montf. Catal.* enunciatum videtur, sed incomplete, ac mendose: in editione autem fuit omnino praetermissum הספר הזה נתנוהו במתנה גמורה יורשי כמ׳ר שמואל ז׳ל מאגוביאו לי אני יוסף בן כמ׳ר בנימן יצ׳ו מפישא במעמד כמה׳ר מרדכי שאלתיאל יצ׳ו מפולינייו Hunc librum dono absoluto dederunt heredes Domini *Samuelis*, bonae memoriae, *Eugubini*, mihi *Iosepho* filio Domini *Beniamini*, sospitet eum Deus. *Pisaurensi*, praesente *R. Mardochaeo Salathiel*, quem salvet Deus, de *Fulgineo*.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico bonae notae. saec. xiv. in 4. min. Constat foliis 122.

CODEX XXIII.

ספר יצרה

LIBER GENERATIONIS.

„ 23. SEpher Iezirah. Liber Cabbalisticus, quem Ebraei quidam ab „ Abrahamo Patriarcha scriptum volunt. Impr. Ebr. 4. *Langius*.

„ 24. ספר יצירה Sepher Iezirà. *Liber Creationis*. mas escuro que las soledades de „ Gongora, & ob suam obscuritatem אוצר „ בלום (forte סתום) Sedùm *Thesaurus clausus* „ a suis admiratoribus adpellatus. Auctor „ est *R. Akiba*, iuxta saniorem sententiam; „ etsi Patriarchae *Abrahamo* ab imperita Iudaeorum schola tribuatur. Ex libris *Iezirà* (in edit. *Sezira*, sic infra) & *Zoar*, „ quotquot de Kabbala scripserunt (quorum „ plurimi in hoc Catalogo recensentur) tamquam ex turbido fonte, biberunt Theologiam suam: ad quam lectores suos ducere contendit Auctor xxxii. semitis, quas in „ xxii. litteris Alphabeti Hebraici, & in x. „ sephiroth constituit. Saepius editus, & quidem in Parisiensi editione Hebraice & Latine, opera & studio *Guillelmi Postelli*. Nostra editio locupletissima, in qua, ultra „ ipsum textum *Iezirà*, habes eiusdem quinque Commentatores, scilicet *Harravad*, h. „ e. *R. Abraham ben David* (adde sive *Dior*) „ *Harramav*, h. e. *R. Moisen Botrel* [seu *Bottarellum*; incostans enim est scriptum) qui & ipse brevem adiecit Praefationem, *Harramban*, h. e. *R. Moisen bar Nachman*. *R. Eleazarum de Garmisa*, & *R. Sahadiam Agaon*; cum „ duplici Praefatione, altera *Harravàd*, altera *Arramàv* in 4. apud *Iacobum Choen*. „ Mantuae anno 5322. [locus, & annus deest „ in edit.) *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Reliqua quae ad hunc librum spectant. V. supra in Pl. I. Cod. lxi. num. iv. pag. 61.

Nostra editio rarior est, unde minus obvia, ut *Wolfio* placet, qui videndus est Vol. I. p. 23. & seqq.

Cod. Hebr. chart. impr. Mantuae apud *Iacobum Cohen e Gazolo*, A. M. 5322. C. 1562. in 4. min. Vterque textus quadratis: Commentarii Rabbinicis litteris sunt expressi.

CO-

CODEX XXIV.

פי׳ נביאים

EXPOSITIO PROPHETARVM.

„ 24. EXpoſitio in Haphtharoth, ſeu „ Lectiones Propheticas, quae „ poſt Paraſchas in Synagogis Iudaeorum, „ feſtis diebus & Sabbatis leguntur. MS. Ebr. 4. *Langius*.

„ XXIV. פירוש נביאים אחרונים Expoſitio- „ nes litterales in Prophetas poſteriores: nem- „ pe *Iſaiam*, *Ieremiam*, *Ezehielem*, XII. *mino-* „ *res*, & in libros *Iob*, *Samuelis*, & *Regum*, „ omnes ſine nomine Auctoris. Sed Expoſi- „ tio in *Ieremiam & Ezechielem* eſt *R. Salo-* „ *monis*, etſi eiuſdem nomen non praeferat: „ illa in *Samuelem*, omnino non eſt *Raſcì*, „ ſed alterius, eodem poſterioris; quum i- „ dem citetur in prohoemio. Sub initium ha- „ bet fragmentum Commentarii in libr. *Iudi-* „ *cum*. Liber *Iob*, qui ultimus eſt in Codice, „ abſolvitur his verbis . . . . Cod. He- „ br. MS. antiq. in pergameno in 4. *Ca-* „ *tal. Mortfauc. ex autogr.*

Quum in tres claſſes dividantur XXIV. Libri Veteris Teſtamenti, ideſt תורה *Legem*, נביאים *Prophetas*, & כתובים *Scripturas*, a Graecis ἁγιόγραφα nuncupatas, h. e. *Sancta Scripta*; *Prophetae* in tres alias identidem claſſes ſubdividuntur; videlicet in *Priores*, *Poſteriores*, & *Minores*. Priores ſunt libri *Ioſue*, *Iudicum*, *Samuelis*, ſeu primus & ſecundus *Regum*, & *Melachim*, ſc. tertius & quartus eorumdem *Regum*; *Poſteriores*, *Eſaias*, *Ieremias*, & *Ezechiel*: *Duodecim Prophetae*, qui *Minores* appellantur, quorum nomina in deſcriptione Codicis I. Plutei I. reperies. Codex autem hic inſcribitur; פירוש נביאים Pirùſc Nevìm, *Expoſitio in Prophetas*: & eſt literalis, atque in omnes harum trium claſſium Prophetarum excurrit, & inſuper in *Iob*, & *Eccleſiaſten*, qui item inter *Agiographa* ſunt.

Quum hic Codex ſit mancus, & aliud eiuſdem Expoſitionis exemplar in Cod. VIII. ſequentis Plutei contineatur; in ipſius deſcriptione, quae notatu digna videbuntur, proferentur. Heic tantummodo ordinem librorum, ipſorumque locum in Codice ſubbiiciemus, praemittentes tamen, Expoſitionem in *Ioſue* deſiderari.

I. p. 1. Expoſitio in librum *Iudicum*, quae principio caret; incipit enim a v. 11. cap. VI.

II. p. 4. in *primum & ſecundum Samuelis*, qui a nobis primus & ſecundus *Regum* dicuntur.

III. p. 34. *b.* in *Melachim*, qui nobis *Tertius* & *Quartus Regum* eſt.

IV. p. 51. *b.* in *Ieſaiam*.

V. p. 87. *b.* in *Ieremiam*.

VI. p. 110. in *Ezechielem*. Et hic deficit Expoſitio a capite circiter XL. uſque ad finem.

VII. p. 145. in *Duodecim Prophetas minores*, quorum Expoſitio eſt *R. Ioſeph Karo*.

VIII. p. 180. in *Iob*.

IX. pag. 217. *b.* in *Eccleſiaſten*, cuius Expoſitio ultra v 14. cap. II. non procedit.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico perdiligenti, saec. circites XIV. in 4. Conſtat foliis 218.

CODEX XXV.

פי׳ מרכבת יחזקאל

EXPOSITIO VISIONIS EZECHIELIS.

„ 25. COmment. in viſionem *Ezechielis* „ Prophetae. Ebr. MS. 4. *Langius*.

„ XXV. פירוש המרכבה Expoſitio litteralis „ Currus *Ezechielis*, prolixo Commentario il- „ luſtratur primum cap. eiuſdem Prophetae. „ Sequitur aliud opuſculum *R Abraham Baghal* „ *angacbedà*, cuius titulus העצמים לראב״ע „ ñghazamìm lerabañg *le Rabbì Abraham ben* „ *ñgezra*, in quo de ſitu, ſubſtantia, nomi- „ ne & virtute Angelorum. Finis deſidera- „ tur. [Tota haec periodus reticetur in edit.) Succedunt binae Diſſertationes breviſſi- „ mae, altera in Iſagogen *Porphyrii*, altera „ in *Ariſtotelis* Categorias, ubi de Praedica- „ mento ſubſtantiae tantum. Cod. Hebr. MS. „ in 4. a quodam Iudaeo nomine *Abraham* „ *b. Emmanuelis de Ceſena* anno 5282. a C. „ M. noſtro 1522. die 2. Iulii in Caſtello. (Haec item notitia de ſcriptore deeſt in edit.) *Catal. Montf. ex autogr.* ubi corrigendus annorum numerus, ut infra.

I. p. 1. פירוש מרכבת יחזקאל Pirùſc Merchevet Iechezchel. *Commentarius*, ſeu *Expoſitio in quadrigam Ezechielis*. Eadem eſt, ac in Codice XVIII. huius Plutei; ideo, quae ibi dicta ſunt, videas; heic tamen Diſſertatio marginalis non habetur. Duo alia opuſcula ſequuntur in hoc Codice, videlicet.

II. p. 39. *b.* ספר העצמים לראב״ע Sepher añgazamìm lerabañg *R. Abraham b. ñgezrà*. *Liber ſubſtantiarum*, (i. caeleſtium) *R. Abraham b. Ezra*. Inc. האלוה ית def. incomplete ואלה הם כדמות

III. p. 43. ספר המבוא Sepher amavò. *Liber Introductionis*. Haec eſt Diſſertatio in Iſagogen *Porphyrii*, & in *Ariſtotelis* Categorias. Inc. יחנני בחסדו def. הכונה בזה המאמר deinde habetur Amanuenſis ſubſcriptio תם ונשלם שבח עולם פה קסטילו ב׳ לול״ו רצ״ב ע׳י הצעיר

אברהם בכמ' עמנואל רציסינא יצ״ו *Expletum & perfectum est. Laus Deo Mundi: hic in Castello, die* 11. *Iulii* 292. (C. 1532.) *manu minimi Abraham F. Imanuelis de Cesena. Deus illum sospitet.*

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbi„ nico in 4. Constat foliis 53.

C O D E X   XXVI.

אור עמים

LVX GENTIVM.

„ 26. OR Amim. *Lux Gentium R. Oba*„ *diae*. Impr. Ebr. 4. *Langius*.

„ XXVI. אור עמים Or ñgamim *Lex popu*„ *lorum*. Complectitur varias quaestiones „ philosophicas & theologicas, praecipue „ circa Dei providentiam adversus Epicu„ reos, & de Anima. Dividitur in XII. quae„ stiones. Auctor est *R. Abdias Sfurni*, seu „ *Siporni Bononiensis*. Codex excusus Bono„ niae anno 5327. a creatione M. Chr. 1588. „ in 4. (Hic annus corrigetur infra) Se„ quitur in eodem volumine Tractatus alter „ Theologicus, cuius titulus תורה אור Tho„ rà Or. *Lex lux*, eiusdem *R. David b. Ie*„ *chià*, (in edit. *Techna*) Agit de immorta„ litate Animae, & Vita beata, de Paradi„ so Terrestri: de Iustorum praemio, & ini„ quorum poena in saeculo futuro, capp. „ LXXVIII. Imolae scriptus, & Bononiae im„ pressus anno a C. M. 5298. nostro 1538. „ *Catal. Montf. ex autogr.*

Duo libri impressi in hoc Codice compacti sunt, quorum secundus *Langius* praetermisit. Sunt autem.

I. אור עמים Or Ngamim. *Lux populorum*. Praeter huius libri descriptionem, quae superius in *Catal. Montfauc.* legitur, aliam aliquantum diversam adiiciam ex *Wolfio*, qui Vol. I. p. 939 repetito libri titulo, subdit „ Vbi con„ futantur Epicurei, i. e. Gentiles, & Athei, „ doctrinam Legis negantes: praeterea vero „ philosophice de Anima, & similibus argu„ mentis disputatur, v. c. de Deo, eius „ unitate, essentia, utrum spiritus sit an cor„ pus, omnipotentia eius, & providentia. Auctor autem sic ab eo adpellatur „ *R. Oba*„ *dias ben Iacob Sphorno*, quem alii *Siphro*„ *nium*, *Siphronum*, *Ziphronaeum*, vel *Siphro*„ *nensem*; Cl. *Basnage* vero Tom. V. Hist. „ Iud p. 2068. *Abdi ben Iacob Spuon* vocant, „ Medicus Caesenatensis Italus, obiit anno „ 310. C. 1550. teste *Zemach David* ad hunc „ annum &c. At in fronte, & principio huius nostri exemplaris, quod vivente Auctore prodiit, nomen eius sic exprimitur ספורנו

Lib. Hebr. chart. impr. Bononiae charactere Rabbinico A. M. 5297. C. 1537. in 4. min. Hanc editionem idem *Wolfius* eadem p. memorari innuit ש״י at ex *Buxtorfio*, *Bartoloccio*, & *Catalogo Kinchelmanniano* aliam Bononiensem refert anno 310. C. 1550. quo Auctor mortuus est.

II. Liber alter, qui una cum antecedente compactus fuit in hoc Codice, est hic: תורה אור Thorà Or. *Lex lux*. Error in *Catalogo Montfaucon.* irrepsit; quum huius Operis non sit Auctor *R. David b. Iechiià*, sed *Iosepb* eius filius, ut infra dicetur. Erraverunt praeterea ipsiusmet Catalogi Concinnatores, quando adfirmarunt, hunc librum esse eiusdem *R. David b. Iechià*, quasi scriptor hic idem esset, ac R. *Abdias Sfurni* praecedentis Operis Auctor, ut ipsi confessi fuerunt. Reliqua circa idem opus, quae in praedicto *Catalogo* producuntur, ex *Bartoloccio* sunt, iisdemque usus est *Wolfius* Vol. I. p. 527. De hoc er„ go *Iosepho*, eiusdemque praesenti opere *Bartoloccius* audiendus, qui P. III. p. 802. col. 2. haec ait „ *R. Iosepb* ben Don *David* ben Don „ *Iosepb*, aben *Iachiià*, gente Lusitanus; *D.* „ *Iosepb* huius Auctoris avus, *Vlyssippone* e„ greditur cum magna substantia in Italiam „ venit: & obiit *Ferrariae* an. 1498. Post pa„ tris excessum, *David* eius filius relicta *Fer*„ *raria* abiit *Ravennam*, inde *Imolam*, postea „ in Regnum Neapolitanum, ubi per annos „ 22. permansit. Revertitur *Imolam* anno „ 1540. ubi decessit anno 1543. relicto filio „ *R. Iosepbo*, de quo modo nos loquimur. Hic „ admodum doctus evasit, composuitque di„ versos libros, quorum primus fuit תורה „ אור Thorà Or. *Lex Lux*. Tit. ex Prov. „ VI. 23. *De ultima beatitudine animae, de Pa*„ *radiso, Gebenna, & de saeculo futuro*. Ex„ cusus *Bononiae* anno צרח 298. min. supput. „ C. 1538. item *Ferrariae*, *Venetiis*, & *Lubli*„ *ni*. Liber hic in cap. LXXVIII. distribuitur, ac *Imolae* scriptus fuit, *Bononiae* vero impressus A. M. 298. Chr. 1538.

Cod. Hebr. chart. impr. ut supra in 4. min.

C O D E X   XXVII.

דגל אהבה

SIGNA AMORIS.

„ 27. DEgel Ahaba. *Signum Amoris*. impr. 8. Eod. vol. Tractatus „ numeralis MS. Ebr. 12. Tractatus alter impr. „ Anonymus. Ebr. 8. Tractatus tertius MS. „ Ebr. 12. Anonymus. *Langius*.

„ XXVII. דגל אהבה Deghel Ahavà. *Vexil*„ *lum Amoris*, cum Expositione *Anonymi*. „ Titulus desumtus ex Cant. II. 4. Putat „ *Bartoloccius* esse *R. Samuelis ben Helcanan* „ *de Arkavolti*. In editione tamen nostri Co„ dicis, quae Veneta est, Anni Iudaici 5311. C.

„ C. vero 1574. [hic error corrigetur] dicitur „ tantum hic liber inventus in Biblioth. eiusd. „ *Samuelis*, sine nomine Auctoris & Expositoris. Liber Ethicus de Contemptu Mundi „ eleganti stylo elaboratus. Hunc excipiunt „ הלכות שחיטה *Constitutiones usu receptae de* „ *Mactatione Animalium pro cibo*, Auctore *R.* „ *Meir* Rothemburgensi, impr. Ferrariae, *Catal. Montf. ex autogr.*

Quinque opuscula [quorum secundum & quintum manu exarata, reliqua impressa] in hoc Codice continentur. Ex his *Langius* quatuor tantum commemorat,sed jejune admodum: duo vero *Montfauc.* primum videlicet & tertium, ceteris praetermissis. Hoc igitur pacto indicanda mihi videntur.

Circa primum opusculum haec addimus ex *Wolf* Vol. I. pag 1087. דגל אהבה Deghel „ Ahabà. *Vexillum Amoris*, *Cantic.* II. 4. li„ ber moralis, quo animus hominis ab hu„ ius Mundi deliciis avocatur. *Venet.* cum „ commentario 311. C. 1551. 12. (at est in 8.) De Auctore vero dicit „ *R. Schemuel ben El*„ *chanan Iacob Arkevolti*, quem alii *Arcolti* „ vel *Arcavolti* vocant, Patavinus, floruit „ saec. XVI. medio. Lib. Hebr. impr. Venet. per *Danielem Adelkinad*, anno qui supra in 8.

II. p. 17. *Indiculus nonnullorum versuum Pentateuchi, a Rabbinis & Expositoribus relatorum.* Inc. prope Genesis finem, & desinit circa finem Numerorum. Hoc opusculum, quod male a *Langio Tractatus numeralis* nuncupatur, est MS. charactere Rabbinico in charta, in 8.

III. p. 38. הלכות שחיטה Ilcòth Sc.chithà. *de ritibus mactationis*, sc. *animalium*. Et

IV. p. 46. הלכות הראה Ilcòth hareà. *De ritibus pulmonis*, i. *ipsum inspiciendi*. Auctor est utriusque Tractatus *R. Meir ex familia Meir*. Non est *Rotenburgensis*, ut legitur in *Montfauc. Catalogo*. *Wolfius* Vol. III. p. 675. num. 1389. haec habet „ *R. Meir* ex domo, „ seu familia *Meir* שחיטה ובדיקה sive in„ stitutionum de ratione Iudaica animalia „ mactandi edidit *Sabionetae* ex officina *Tob.* „ *Pua* per *Cornel. Aldelkinad* an. 314. Chr. „ 1554. 8.

V. p. 54. Facultas duplex, data a *Gabriele* quodam (namque cognomen excidit) *Menachem ben Raphaelis Galligo* e Monte Politiano, exercendi tum mactationes, tum viscerum inspectiones praedictas, una cum precibus inter huiusmodi ritus dicendis. Liber est membranaceus MS. charactere Rabbinico saec. XVI. in 16.

Cod. Hebr. impr. & MS. ut supra, constat foliis 65.

CODEX XXVIII.

אגרת בעלי חיים

LITTERAE ANIMALIVM.

„ 28. Agarath Beale Chaiim. *R. Ka*„ *lonymi* impr. 8. Ebr. *Langius*.

„ XXVIII. אגרת בעלי חיים Ighereth bañga„ lè chaiìm. *Epistola Animalium*. *Kalonimo* ex „ familia *Kalonimi* interprete, qui ex Ara„ bico transtulit in Hebraicum: quem ex „ Graeco verterat in Arabicum *Abu Alapha* „ (in edit. *Alsapha*) & ex Arabico Turci„ cam fecerat *Amam* (in edit. *Amani*) Li„ ber Latinis non displicebit, qui tot natio„ nibus placuit, si accuratum interpretem in„ venerit. Excusus est *Mantuae* in 4. A. M. „ 5317. C. 1580. [errat in supputatione, „ quam corrigemus] Nota, quod in proe„ mio operis inquit Interpres: *Scias hanc esse* „ partem ex magno, & prolixo opere, quod „ Arabice dicitur *Epistolae Abual Zapha*: & „ adfirmat, se translationem absolvisse A. M. „ 576. C. 1337. (hic item error corrigendus.) *Catal. Montf. ex autogr.*

De ratione huius Epistolae haec refert *Wolfius* Vol. I. p. 1005. ubi prius de Auctore sic ait „ *R. Kalonymus* ex familia *Ka*„ *lonymi*, sive filius *Kalonymi*, quo nomine „ se ipse in calce libri *Even Bochen* appel„ lat „ Deinde n. 2. de hac Epistola ita loquitur: „ אגרת בעלי חיים *Epistola Anima*„ *lium*, quam ex Arabico Hebraicam fecit, „ dictione rhythmica eleganti: in qua varia „ animalium genera, homo, iumenta, be„ stiae, aves, & reptilia introducuntur lo„ quentia, & exponentia singula rationes suas, „ facultates, vires, ac naturae indolem, ita „ quidem, ut simul hominis prae ceteris o„ mnibus praerogativae eluceant. De versionibus vero huius operis, quae ibi referuntur, & Vol. II. & III. Anon. n. 9. illum videas.

Cod. Hebr. chart. impr. charactere Rabbinico. Mantuae A. M. 317. C. 1557. in aedibus *Venturini Rofinelli*, curante *Iosepho* quondam *Iacobi Patavini* in 8.

CODEX XXIX.

מען השואלים

TEMPLVM ORATORVM.

„ 29. Maon: *Il Tempio. Rime sacre in* „ *Ebreo, & Italiano*. MS. 8. *Langius*.

„ xxix. מעון השואלים Mañgon hasciva-„ lim, *Basilica Orantium*. Hymni Hebraici, „ ad ritus Iudaicos spectantes, cum interpre-„ tatione Italica *R. Samuelis* de *Castronovo*: „ quibus subiicitur *Supplicatio in die Circum-„ cisionis*, iuxta ritum Iudaeorum Romano-„ rum. In fine fragmentum *scutellae argen-„ teae*, *R. Samuelis*, quam integram habes „ inferius Cod. xxxxvi. n. iv. Codex Hebr. „ MS. in 8. olim excusus *Venetiis*. *Catal. „ Montfauc. ex autogr.*

Nobis hic Codex ita describendus videtur. I. p. 1. *b.* מעון השואלים Meñgon hascioalim. *Templum Oratorum*. Est oratio quaedam versibus expressa, qua Auctor confessionem suorum peccatorum praemittens, animam suam cohortatur, ut ad bonam redeat frugem: Deum orat, ut suis peccatis ignoscat, atque interim divinas enarrat laudes. Argumentum huius carminis videtur ab Auctore comprehensum fuisse in ternario vii. ubi sic legitur:

ואכתוב על לבב גם על ספר
מרוב עונותי מעט מוער
מרוב תהלתך אמרי שפר

Nel cuor mio scriverò, che un libro fia
De' miei peccati assai, e qualche sorta
Della tua laude con mia diceria.

Rhythmus hic habet ad latus versionem Italicam (paginae enim in columnas dividuntur) ac utriusque poëseos metrus est, qui ab Italis *Capitolo* nuncupatur, similem metrum, ac ὁμοιοτέλευτον habens, ternarios cxviii. complectitur. Prima huius carminis dictio (h. e. מעון) ponitur in medio, veluti pro epigraphe, sicut & eiusdem interpretatio TEMPIO, sed quum ambae dictiones sint primorum versuum initia, cum iisdem coniungendae sunt, ut inferius in exemplo primi ternarii videbimus. De hoc Carmine audiendus est *Wolfius*, qui Vol. I. p 1118. n. 2134. ait ר׳ שמואל „ מקאסטילנובו R. *Schemuel de Castronovo*, „ cui *Bartoloccius* tribuit מעון השואלים *Ha-„ bitaculum Postulantium*, quo libro continen-„ tur carmina ad ritus Hebraeorum spe-„ ctantia, cum versione Italica, & precatio-„ ne, tempore Circumcisionis recitanda, *Ve-„ net.* 369. C. 1609. 8. At enim vero iste „ supra hanc scriptionem tribuerat *R. Mosi* „ ריטה versionem vero Italicam *Deborae A-„ scarelli*; unde nescio, cur nunc *Samueli* ac-„ ceptam ferat, nisi forte versio Italica nova „ sit nostro. At vero idem Scriptor Vol. III. p. 814. & 815. num. 1651. *b.* haec subdit „ ר׳ משה ריטה *R. Mosche Rita*, vel rectius „ מריאיטי *de Riete*, (i. e. *Reatinus*) quem-„ admodum in titulo libri mox memorandi „ appellatur, qui sic omnino habet: מעון „ השואלים ר׳ (משה) ריאיטי נעתק מאליעזר „ מצליח כהן בן אברהם כהן מביתירבו (I-„ talice) *Il Tempio di M. Moise di Rieti tra-„ sportato in volgare Italiano da M. Lazaro „ da Viterbo*: i. e. Templum *R. Moysis Reati-„ ni* Italice conversum a *R. Lazaro Viterbien-„ si*. *Venet.* sine anno notato apud *Io. de Ga-„ ra* in 8. foliis 24. Ibi in altero latere le-„ guntur ternarii Hebraici, ab altero eo-„ rundem interpretatio itidem rhythmica; „ versus primus ita habet:

מעון השואלים תכלית חפץ

„ Vidi hanc editionem in Biblioth *Oppenhei-„ meri*, quam nec *Bartoloccius*, nec alius quis-„ quam memorat. Interpretatio illa Italica „ *Lazari Viterbiensis* procul dubio diversa „ est ab illa *Deborae Ascarelli*, de qua Vol. I. „ pag. 896. ex *Bartoloccio* mentionem feci. Deinde post pauca sequitur „ Ternarius pri-„ mus ita habet:

מעון
השואלים תכלית חפץ
כל מבקש חסד ורחמים
מעין ברכתך חיים הפץ

TEMPIO

d' orator desio grande
D' ognun che chiede pietà e favori
Tua fonte benedetta vita spande.

Circa hoc opusculum duo mihi animadvertenda supersunt. Primum, quod *Wolf.* Vol. I. p. 896. sub *R. Moyse Rita* duos libellos profert; alterum scilicet מעון השואלים. I. *Habitaculum petentium*, quem titulum mavult sic vertere, quam cum *Plantavitio*, *Habitaculum rerum petitarum*: alterum ברכי נפשי *Benedic anima mea*: ubi dicit priorem precationem esse *Mosis* nostri, posteriorem *R. Bechai* fil. *Ioseph*, & utramque a *Debora Ascarelli*, Italice conversam, prodiisse *Venetiis* 362. Ch. 1602. apud *Dan. Iuntam*, & ibidem 369. C. 1609. apud *Io. de Gara*, deindeque idem *Wolfius* Vol. III. l. cit. affirmavit Templum *R. Mosis* per *Io. de Gara* editum in 8. foliis 24. contineri. Hinc dubium oritur, quonam modo nostrum carmen, quod versibus 355. comprehenditur, eumdem vel aequalem locum occupet; quare dicendum videtur, hoc nostrum esse alterius synopsin, vel novam peryphrasim; quum revera non possit in dubium verti, quod materies, una, eademque amborum poëmatum sit. Secundum, quod advertendum remanet, est circa Italicam versionem, quae quidem tribuitur *Deborae* uxori *Isauci Ascarelli Romani*, quam idem *Wolfius* Vol. I. p. 287. feminam literarum Hebraicarum, & poëseos Italicae peritissimam fuisse fatetur; quum hoc nostrum Carmen nullatenus peritiam poëseos Italicae redoleat, ut ex adlatis exemplis fit manifestum. Praeterea *Bartoloccius* P. IV. p. 239. hoc poëmatis initium affert:

O Tempio di chi chiede un fin perfetto;

quod a nostro diversum plane dignoscitur; ergo nostra versio alterius interpretis est: & for-

forte *Lazari Viterbiensis* : qui item aliam versionem eiusdem libelli elaboravit, ut supra a *Wolfio* relatum est; eamque editam affirmat Venetiis sine anno notato apud *Io. de Gara* in 8. quamquam eiusdem moles, foliis 24. comprehensa, in dubium revocet, an sit eadem versio, ac nostra, quae, ut supra dictum est, versibus 355. constat.

En demum huius carminis coronis:

אמור גם לנפשי שלום שלום
ובסוף דתך סלה לא תכלם
יקרה היא מפז ויהלום
כדין מתלין מתליא בירושלם

Dirai all' alma mia pace pace,
Mai resta in tua legge in villania
Che più che gioie gli è cara, e piace:
Tale in Ierusalem proverbio sia.

Altera pars praesentis opusculi, quae ברכי נפשי Barechì Naphscì *Benedic anima mea* &c. nuncupatur, & quam unitam cum prima volunt *Bartoloccius* & *Wolfius*, in nostro Cod. desideratur. Sciendum denique est, nostram Italicam versionem nonnullis in locis alia manu correctam fuisse; unde cum alio exemplari collatam credendum est.

II. p. 7. כתר מלכות Cheter Malchùt. *Corona Regni* cum Italica versione ad latus. De hoc opusculo *Wolfius* ait Vol. I p. 1044. illud tribuens *R. Schelomò b. Gaviròl*, relato eodem titulo, id est „ *Cantica*, *&* *preces* „ *rhythmicae* in singulos dies, quae libris „ precum Synagogarum Germanicarum addi „ solent. Circa quod notandum est, non esse Cantica, sed tantum Preces absque metro, sed quae aliquarum vocum consonantias, seu ὁμοιοτέλευτον habent: & haec recitari solent a nostris Iudaeis Italis mense Septembri in Ieiunio magno; quamquam etiam eorum nonnulli easdem inter ipsorum quotidianas orationes reposuerint. Impressae inveniuntur in מחזור מימים נוראים qui liber multoties vidit lucem, ac etiam cum versionibus Latina & Germanica ex eiusdem *Wolfii* testimonio l. cit. nunquam autem cum Italica. Testatur quoque idem Scriptor, quod *Io. Bened Carpzov* in Introduct. in Theol. Iudaic p. 80. adfirmat, hoc libro agi de Deo, divinis attributis & operibus: in quo huic nostro adamussim respondet; ibi enim dividitur in xxxiv. capita, seu paragraphos: in primis quinque Orator per apostrophen ad Deum, eiusdem essentiam & adtributa persequitur: in sequentibus xv. per interrogationem divina opera admiratur, terrae & caeli, planetarum, signorum zodiaci, stellarum fixarum, & aliorum circulorum caelestium creationem, motus, & effectus enarrans: in reliquis ad altiora progrediens, Angelorum creationem, & officia [& hoc est ultimum caput in hoc Codice] percurrit, deindeque animae rationalis praestantiam, potentias, aeternitatem, humanique corporis dona animadvertit, ex quibus omnibus se ipsum, ac suum ingratum animum in Deum dignoscit: atque sua peccata confitetur, & divinam misericordiam, atque in mortis articulo protectionem exorat. Quare patet error in *Catal. Montf.* ubi haec oratio *Supplicatio in die Circumcisionis* nuncupatur, quod quidem mirum est; nam a quantumvis imperito Hebraicae linguae dignosci argumentum ex Italica versione potuisset. Auctor operis est ex *Wolfio* l. cit. & sicuti in editionibus indicatur, *R. Salomon ben Gavirol, ben Iehuda Hispanus, Malacensis*, qui floruit prope Caesaraugustam, A. M 4830. C. 1070. de quo *Wolf.* Vol. I. p. 1044. Versionis vero Auctor est *Anonymus*. Inc. נפלאים מעשיך *E' opere tue maravigliose*, prima dictio in utroque principio non adparet, quod Scriptor eam ornatam, superius ponendam in medio lineae decreverat. des.

ואנחנו עדיך
ne facciamo vera fede.

III. p. 14. קערת כסף Cañgaràth Chesèph *Scutella argentea*. De hoc opusculo dicemus inferius in Cod. xxxxvi. n. iv. nam hic non habetur nisi titulus & initium.

Cod Hebr. & Italic. membr. MS. quod ad Hebraicum, charactere quadrato, in primo opere cum punctis, sed non bene semper positis. saec. xvi. in 8. mai. Constat foliis 14.

CODEX XXX.

ספר ספרדי

Officium Hispanum.

„ 30. Sedèr Tephillòth Sepher Adam. „ *Preces Iudaeorum iuxta ritum* „ *Hispanicum*, impr. Ebr. 12. *Langius*.

„ xxxii. סדר תפילות Sedèr Thephillòth. „ *Ordo precum*, seu Εὐχολόγιον *Hispanum*. im- „ press. *Venetiis* in 16. anno Iudaico 1306. „ nostro 1549. *Catal. Montfauc. ex autogr.* (supputatio annorum corrigetur inferius)

סדר ספרדי Seder Sephardì *Ordo Hispanus*. Et hic est titulus exterior: interior vero sic se habet סדר תפלות מכל השנה כמנהג קק בני ספרד Sedèr thephillòth miccòl asciaǹà cheminag caal cadòsc benè sepharàd *Ordo precum totius anni iuxta ritum Synagogae Nationis Hispanae*.

Cod. Hebr. chart. impr. *Venetiis* charactere quadrato cum punctis: in aedibus oeconomi *Marci Antonii Iustiniani* A. M. 306. Chr. 1546. in 8.

CODEX XXXI.

שאלות ותשובות

INTERROGATIONES ET RESPONSIONES

„ 31. SChealòt vetefchubòth. *Interrogationes, & Refponfiones*. Varia dubia explicat *R. Meir.* impr. 4. Ebr. *Langius*.

„ xxxii. שׁת מהרֿם Scialòth, vethefciuvòth. „ *Quaefita & Refponfa legalia R. Meir b. Baruch*. Cod. Hebr. excufus *Venetiis* anno 316. „ min. fupp. (edit. error corrigetur infra) & alibi inter Commentarios in *Rau Alphes*, opera & ftudio *R. Mordakai*. Ex his, inquit titulus, excerpta funt magna ex parte הגהות מיימוניות Animadverfiones in libros הֿיד Haiad xiv. *R. Moyfis Aegyptii*, „ quas *R. Mehir Hacohen* tribuit Auctor *Iuchafin*. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Hic Auctor fuit Rotenburgenfis, Germanus, & traditur vixiffe A. M. 5046. C. 1286. V. *Wolfium* Vol. I. p. 754. & feq. Editio Veneta anni 316. huic fcriptori non innotuit; fed noftra tantum, quae eft, ut infra fit manifeftum.

Cod. Hebr. chart. impr. charactere Rabbinico *Cremonae* apud *Vincentium Contium*. A. M 317. C. 1557. in 4. min.

CODEX XXXII.

ספר הבהיר

LIBER SPLENDORIS.

„ 32. SEphèr Haberith *R. Eliezer*. *Liber Cabbaliflicus*, quem ficut & „ librum *Iohar* Ebraei ante Talmud confcriptum arbitrantur, quamvis ἀλόγως. MS. „ Ebr. 4. *Langius*.

„ xxxii. ספר הבהיר Sepher abheìr. *Liber candidus*, feu *illuftris*, vel *fplendidus*, „ hoc titulo nequaquam indignus, in quo plurima myfteria de Adventu Meffiae, aliifque „ Chriftianae veritatis articulis explanantur. „ Auctor eft *R. Nechonia ben Hakkanpa*, celebris inter Hebraeos Doctor. Hunc floruiffe nonnulli ferunt ante Chrifti Adventum: alii tamen eidem fuperftitem faciunt, & Apoftolo *Paulo* σύγχρονον. Ineditus eft „ (haec defunt in edit.) ex quo plurima a Cabbaliftis citata, & publicata reperies. Codex MS. in 4. cum Praefatione *R. Eliezer ben Orkanos*. *Catalogus Montfaucon. ex autogr.*

Numquam facilius peccatur in expendendis antiquis Codicibus, illis praecipue, qui titulo carent, quam quum in primo limine pedem figimus, aut fummis labiis eos delibamus, vel etiam perfunctorie percurrimus; aliud enim opus pro alio facillime obtruditur; atque ita Reip. litterariae inconfulto imponitur. Id vitii faepe in noftris Bibliographis animadvertimus, ac in illis primum, qui titulos noftris his Codicibus praefixerunt exteriores, ficuti iam vifum eft, atque deinceps videbitur. Erravit equidem *Langius*, quum pro הבהיר ut clare in exteriori titulo legitur, repofuit in fuo Catalogo הברית quare haec indicatio dubium indidit *Wolfio*, tum circa Auctorem, tum circa titulum libri; ait enim Vol. I. p. 171. num 268. „ ר׳ אליעזר *R. Eliefer*, nefcio „ quis, cuius ס׳ הברית *Liber foederis*, Cabbaliflicus MS. 4. memoratur in *Catal. B.* „ *Medic.* Plut. II. n. xxxii. ubi fimul monetur, eum ex Hebraeorum fententia ante „ Talmud fcriptum effe. Vereor vehementer, ne & in nomine, & in titulo mendum „ fit, ac forte pro ברית legi debeat בהיר, „ de quo (fc. Auctore) tale quid Iudaei produnt.

Titulus interior eft פירוש התפלות Pirùfc attephillòth. *Commentarius de orationibus*; & quidem cabbaliflicus, in quo, quia faepe aliqua fententia inducitur Sepher abaìr, *Libri fplendoris*, *R. Nechonìa ben Hakkanà* (quem inferius habemus in hoc Pluteo in Cod. LIII. p. 45.) & initium operis eft quoddam pronunciatum *R. Eliezer ben Orkanos*, ac in fronte primae paginae fcriptum fuit recentiori manu ר׳ אליעזר i. *R. Elingezer*; ideo hallucinati funt fupradicti Bibliographi, ea adferentes, quae modo retulimus. Igitur, ut puto, noftrum hoc opus eft incerti Auctoris, & nunquam lucem vidiffe crediderim, neque forfan alibi reperiri. Inc. בעזרת נורא תהילות deinde פתח ר׳ אליעזר בן הורקנוס def. חזקו ויאמץ לבבכם כל המיחלים לה׳

Codex Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico faec. xv. in 4. min. conftat foliis 43.

CODEX XXXIII.

אהל מועד

TABERNACVLVM.

„ 33. OHel moëd. *Tabernaculum Congregationis*. Dictionarium Ebr. „ *R. Salomonis* fil. *Aaron*, fil. *Samuelis*. impr. „ 4. Ebr. *Langius*.

„ אהל מועד Ohel monged. *Tabernaculum* „ *refugii*. Lexicon Synonymorum *Rabbi Samue-*

" muelis de *Vrbino*, excusus *Venetiis* in 4. " 5308. C. 1548. *Catal.Montf. ex autogr.*

Erravit ergo *Langius*, qui pro *Abraham* reposuit *Aaron*. Erravit quoque in tertio nomine *Wolf.* Vol. I. p. 1037 qui *Samuelem* in *Salomonem* commutavit. Huius Codicis descriptionem ex eod. *Wolf.* non erit abs re hic adiicere, quod breviter huius operis structuram exhibeat: ait enim „ אהל מועד *Tentorium Conventus* ex „ Exod. xxxiii. 7. Est dictionarium Hebraicum, quo comprehenduntur Sinonyma Hebraica. *Venet.* 308. C. 1548. 4. apud *Marcum Anton. Iustinianum* p. 117. (l. 118.) Methodus Auctoris haec est, ut circa quamcumque vocem primo loco formalem & generalem quamdam notionem adferat: hinc diversos eius significatus breviter memoret, additis ad singulos locis scripturae idoneis, iisque vocalibus instructis. Sub finem monet Auctor, se in primis consuluisse Targumim, & varios Interpretes, a quibus tamen subinde desertus, ad proprium se ingenium receperit. Singularum vocum explicatio incipit a phrasi המלה אשר הונחה להורות h.e. *vox haec adhibetur adsignificandum* quae voces per *Rasche Tevoth*, h. e. *litteris singularum initialibus coniunctis exprimuntur hoc modo* האהל. i. *Haohel*, qui cum sit ipsius libri titulus, patet, unde hic Auctori natus sit. In fine exstat series vocum omnium in libro ipso expositarum, una cum significatu formali. Absolvit illud Auctor 260. „ C. 1500. Deinde hunc nostrum Codicem enunciat, ex laudato *Langii Catal.* ut videtur; nam eiusdem verba superius adlata repetit.

Cod. Hebr. chart. impr. *Venet.* in aedibus Oeconomi *M. Ant. Iustiniani*, charactere quadrato in 4. min.

CODEX XXXIV.

מבחר הפנינים

FLOS GEMMARVM.

„ 34. TRactatus de Annis, mensibus, „ & Festis Iudaeorum. MS. 4. „ Ebr. *Langius*.

„ xxxiv. Tractatus de Festis Iudaeorum „ cum Tabula *Tekuphot* Anonymi, quem sequitur מבחר הפנינים *Gemmae electissimae*. „ de quo supra Cod. xiv. Cod. Hebr. MS. in „ 4. cuius initium, & finis desideratur. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Initium non deest, sed propter vetustatem Codicis difficulter intelligitur. Quae vero heic continentur, haec sunt.

I. p. 1. מבחר הפנינים Mivchàr appeninìm. *Selectus margaritarum*, cum Commentario. Idem est opus, ac supra positum in Cod. xiv. p. 73. Commentarius autem, seu scholia marginalia sunt diversa. V. quae l. c. dicta sunt. Initium non legitur. Des. ומי שמרבה בדבר נודע בו.

II. p. 14. *b.* Index cuiusdam Ritualis Hebraeorum.

III. p. 17. Tabulae II. perpetuae. I. pro computo annorum vii. simplicium, II. vii. embolismatum.

IV. p. 18. Tabella temporaria aurei numeri, seu cursus decennovalis. Incipit in anno 5036. C. 1276. pro annis 114. Notandum quod in hac Tabella numerus anni 270. effertur per litteras רסי quasi diceret *ducentesimus sexagesimus decimus*. Adnectitur in sequenti pagina Circulus Festorum cuiuslibet anni praedicti cursus decennovalis: & hic equidem Circulus incipit in anno 5042. qui est C. 1282. quare arguitur, hunc esse annum Scriptionis huius Codicis.

V. p. 20. *b.* ברכת הפירות והמצות Bircàt apperòt veamizvòth. *Benedictiones fructuum, ac praeceptorum*. Inc. על כל ירק des. sed imperfecte שק של שעורים Inter has Benedictiones interpositum fuit folium 25. in quo alia manu exscriptum est Fragmentum *de ritu mactandi animalia pro cibo*.

VI. p. 33. Fragmentum Commentarii in *Pirkè-Avòd.*

VII. p. 34 Tabula de Tekuphis pro annis xiv. incipiens ab anno 64 min. supp.

Cod. Hebr. membr MS. varia manu, a primo scilicet folio usque ad xxiv. saec. xiii. ut supra dictum est: alia saec. xiv. & xv. in 4. Constat foliis 34.

CODEX XXXV.

כתבים

VARIAE LITTERAE.

„ 35. LItterae familiares, aliaque eius „ generis *R. Immanuel*. *Lang.*

„ xxxv. פסקים וכתבים *Epistolae familiares* „ *variorum*. Insignis est Epistola *R. Israelis* „ *Hierosolymitani* ad *Abraham Perosa*: & ad „ eumdem altera *Raphaelis* ex eadem urbe. „ Cod. MS. in 4. *Catal. Montf. ex aut.*

In hoc Codice non continentur nisi Epistolae quaedam familiares: & quidem n. lxxxii. *R.* vero *Immanuel* quis unquam, & an unquam fuerit nescio; sed *Langius* hoc nomen adposuit, quod in secundo duorum foliorum vacuorum, libro praefixorum, scriptum charactere quadrato repererit עמנואל מנחם *Ngimanuèl Menachèm*; qui forte fuit Codicis possessor. Nos igitur in tres classes hasce Epistolas dividimus iuxta trium Amanuensium diversam exscriptionem: atque adeo hoc ordine Codicem hunc recensebimus.

I. p. 1. *Epistolae XXII. familiares*, incerti Auctoris, inter quas nonnullae filii ad patrem, indumenta, & alia sibi necessaria expostulantis.

II. p. 12. *Epistolae LIV. familiares* item incerti Auctoris.

III. p. 28. *Epistolae VI.* ex Hierosolymis, quarum duae primae sunt *R. Israelis* ad *Abraham Perusinum*; in quibus nonnulla enarrantur, quae in iis regionibus eo tempore acciderunt: tertia est *Raphaëlis Tarbeth*, ad eumdem *Abrahamum*: quarta *Incerti Auctoris* ad Vniversitatem Hebraeorum, *Tiferni* commorantium, quinta, & sexta item *Incerti Auctoris Venetias* missae, deinde *Tifernum*. Haec Epistolae exscriptae fuerunt a *Iuda Salomonis Blanes Tiferni*, seu in *civitate Castelli*, A. M. 283. C. 1523.

IV. p. 38. *Quaestiones legales IV.* cum fragmento *V.* In fine quartae se subscribit *R. Isahac* quondam *Abraham Choën Viterbiensis*. In prima' fit mentio expulsionis Iudaeorum e *Viterbio*, facta iussu *Pauli* (forte IV.) Summi Pontificis, & eorum reditus in eamdem urbem.

Cod. Hebr. chart. varia manu charactere Rabbinico exaratus, saec. XVI. in 4. Constat foliis 64. inter quae 11. 26. 34. *b.* 35. 36. & 37. vacua sunt.

CODEX XXXVI.

חובת הלבבות

OBLIGATIO CORDIVM.

„ 36. MEemor Haschebel. Instructio „ semitae, sive gressuum. Phi„ losophica tractat. Impr. 4. Ebr. *Langius*.

XXXVI. חובת הלבבות Maamar Asekel. *O„ bligatio cordium*, seu *Dictum Intellectus*. Au„ ctore *R. Bechai Haddaian*, Iudaeus Arabs, „ qui Arabice scripsit: ex Arabico *R. Iudas* „ *bar Saul aben Tybbun Granatensis* hanc He„ braicam editionem adornavit. Liber Theo„ logicus. In eo insignis locus de praestantia „ Animae rationalis, & alter de Mundi con„ temptu, & Amore Dei. Cod. Hebr. impr. „ *Cremonae* anno min. supp. 316. C. 1579. (error hic corrigetur infra) in 4. *Catalogus Montfauc. ex autogr.*

Quare huic Codici praefixus fuerit titulus חובת הלבבות Chovàth Hallevavòth *Obligatio, seu Officium cordium*: & cur hic titulus in suprad. *Catal. Montfauc.* lectus fuerit Maamàr Asekel, ac dupliciter interpretetur & *Obligatio Cordium*, & *Dictum Intellectus*; divinare haud valeo. Verum quidem est, exteriorem titulum interiori non respondere; ideoque gratis adpositum fuisse dicendum: itemque *Langium* male ipsum legisse. Sic enim se habet interior מאמר השכל Maamàr Asekel, non Meemor haschebel. h. e. *Dictum Intellectus*, non *Instructio semitae*, vel *gressuum*. At id etiam advertit *Wolfius*, qui Vol. I. p. 1096. haec scitu necessaria tradidit „ *R. Schemuel ben Iehuda*, scripsit מאמר „ השכל *Sermo Intellectus*, quo libro ad e„ xemplum libri חובת הלבבות (& hinc forsan erroris origo, in titulo nostro Codici prae„ fixo) „ in decem praecepta Decalogi ela„ borato, explicatur Decalogus, atque adeo „ Praecepta 613. omnia, additis singulorum „ rationibus cabbalistice, & philosophice. *Cre„ monae* 317. C. 1557. 4. pp. 54 litteris qua„ dratis, apud *Vinc. Conti*. Nomen Auctoris „ in calce expressum est, qui in Praefatione „ monet, se hunc in gratiam simpliciorum „ exarasse. *Plantavitius* n. 309. librum Con„ cionum esse ait, ex fide Catalogi Pragen„ sis, Auctoris nomine non memorato. Idem „ hic liber est, qui in *Catal. B. Medic. MS.* „ (lege impr.) exstare dicitur Pluteo II. n. „ XXXVI. qui tamen mendose vocatur *Mee„ mor Haschebel* מאמר השכל & vertitur *In„ structio semitae, seu gressuum philosophica tra„ ctatio*, impressa in 4. Auctor Catalogi (i. „ *Langius*) legit שבל obvio errore pro שכל „ & priorem vocem vertit per *semitam*, quia „ scilicet vox affinis שבול hanc habet no„ tionem. Parum abest, quin dicam ספר שכל „ qui in *Catalogo Mediceo* eodem Cod. XX. tan„ quam MS. recensetur 4. eumdem esse cum „ nostro hoc. Hic error dilutus fuit in illius Codicis recensione, quam V. supra pag. 80. unde dignoscitur praesens hoc Opus diversum plane ab illo esse. Opus autem, cui titulus חובת הלבבות Chovàth hallevavòth, *Obligatio* seu *Officium cordium* videre est infra in hoc Pluteo Cod. XXXXIV. n. 4. ubi Veneta impressio adservatur. Ceterum quod *R. Samuel F. Iudae* huius elucubrationis sit Auctor, nomenque eius in calce libri legatur expressum, id non est facile credendum; ibi enim hoc nomen legitur quidem, sed alterius est Auctoris, cuius sententia quaedam in medium adfertur, ad veri Auctoris opinionem confirmandam adducta. Haec eadem a me observata animadvertit etiam *Wolfius*, qui Vol. III. p. 1097. n. 2067. quod ad Auctorem, ad ea quae dixerat supra loc. cit. alia addit, vide„ licet: *R. Schemuel ben Iehuda*, cui Vol. I. „ p. 1096. tribui librum מאמר השכל ideo sci„ licet, quod in calce eius p. 53. *b.* recte ob„ servante *Schabtaeo* in *Siphte Ieschenìm* hoc „ nomen commemoretur. Locus ita habet ולמשכיל הר׳ שמואל בר׳ יהודה עוד פנים נאותים בקצת מלות פסוק זה והוא כי באלה חפצתי שב אל השכל וידוע אותי: Laudat ibi sapientem *R. Samuelem* f. *Iehudae*, tanquam qui voces textus illius, (*Ierem.* IX.24.) de quo commentatur, eleganter illustrarit. Inde vero non coniici potest, *Samuelem* libelli huius esse Auctorem, quippe qui tantum a Scriptore hoc loco allegatur. Latet igitur hactenus verus Auctor, qui nec in praefatione, nec alibi nomen suum expressit. Libellus ipse, litteris

non

non quadratis, sed rotundioribus Rabbinicis expressus, in decem capita pro numero decem Praeceptorum Decalogi distinctus est, ad quae omnia ea, quae 613. praeceptis Iudaicis comprehenduntur, ita revocantur, ut de vero singulorum sensu paucis constare possit.

Cod. Hebr. chart. impr charactere Rabbinico, *Cremonae* apud *Vincentium Conti*. A. M. 5317. C. 1557. in 4.

CODEX XXXVII.

ספר האורה

LIBER LVCIS.

„ 37. SEphèr Haorah. *Liber lucis*. Cab-
„ balistica tractat. MS. Ebr. 4.
Langius.

„ XXXVII. ספר האורה Sephèr Ahorà. *Li-*
„ *ber lucis*. Tractatus Kabbalisticus *Anony-*
„ *mi* nunquam excusus, inquit *Plantavitius*.
„ Codex MS. Hebr. in 4. in pergameno.
Catal. Montfauc. ex autogr.

Quae *Wolfius* habet de hoc libro, quem inter Anonymorum scripta reponit, Vol. II. pag. 1257. num. 38. adiiciam „ Hunc (inquit ille) *Plantavitius* num. 41. & ex eo
„ *Bartoloccius* Tom. II. num. 383. Cabbalisti-
„ cum esse ait, multas figuras complexum,
„ eumque ineditum, quem ipse MS. habe-
„ bat, forte idem est, qui *in Catalogo Bi-*
„ *bliothecae Mediceae* Pluteo II. num. XXXXI.
„ MS. recensetur, & de Nominibus Dei age-
„ re dicitur: nisi potius is sit, qui sub eo-
„ dem titulo ibidem num. XXXVII. tanquam
„ Cabbalisticus commemoratur. *Wolfii* dubium eluitur, quum ex ambobus Codicibus clare pateat, idem opus in iis contineri, quorum initium & finem, ut facilius, si quando opus fuerit, dignoscatur, adponimus. Incipit enim שאלת ממני ידיד נפשי des. ורב שלום בניך In membrana ad Codicis operimentum interius adfixa, haec leguntur: הגיע לחלק ירושת כמ״ר יואב ז״ל כשחלקו הספרים עם ירושת כמ״ר עמנואל ועם ירושת כמ״ר מרדכי זלה״ה מס׳ מניאטו *Pervenit in partem hereditatis quondam* Ioab, *quando diviserunt libros cum hereditate quondam* Imanuelis, *& cum hereditate quondam* Mardochei *felicis recordationis e* Sancto Miniate.

Cod. Hebr. chart. cuius primum, & ultimum folium cuiuslibet quaternionis ex membrana, MS. charactere Rabbinico perdifficili, saec. circiter XVI. in 4. min. Constat foliis 200.

CODEX XXXVIII.

חלק מהזוהר

PARS SPLENDORIS.

„ 38. TRactatus Cabbalisticus. pars li-
„ bri Sohar, cum alio quodam
„ Tractatu sine nomine eiusdem materiae.
„ MS 4. Ebr. *Langius*.

„ XXXVIII. ספר הזוהר Sephèr Zohar. *Liber*
„ *Splendidus*. Est pars secunda operis *Rasbì*.
„ Vide supra Cod II. In eod. volumine ספר
„ הסוד Sepher alod. *Liber Mysterii*. Tra-
„ ctatus Cabbalisticus *R. Raphaël ben Iacob*
„ *Rossèlli*, scriptus anno 5308. Sequitur aliud
„ opusculum Kabalisticum, explicans XIII. vir-
„ tutes sapientiae Cabalisticae, cuius finis de-
„ sideratur. Cod Hebr. MS. in 4 *Catalog.*
Montfaucon, ex autogr. At in edit. haec omnia per compendium, ac multa rescindendo absolvit.

Praeter hunc titulum nil pene in duobus laudatis nostris Catalogis relatum habemus de hoc Codice, quamvis in *Montfaucon. autographo* tria opuscula enumerentur; primum videlicet, tertium, & quintum, quod ultimum in editione praetermittitur; attamen vel decem, & quatuor (aliquibus comprehensis fragmentis) in eo Codice continentur, hoc ordine digesta.

I. p. 1. חלק מהזוהר Chelech meazoar. *Pars splendoris*, i. *Libri*, quem integrum habemus impressum in hoc eodem Pluteo Cod. II. ibique ipsum descripsimus. Pars autem ea est, quae inscribitur האדרא קדישא Adrà cadiscià. *Pullium sanctum*. quod est Commentarium in caput VI. Numerorum, de consecratione, & oblatione Nazareorum: ubi tamen advertendum est, amanuensem suam inchoasse scriptionem a dictione כך i. *id*, quae in praefata editione est ultima decimae lineae ante finem capitis antecedentis, in secunda columna paginae סא (61.) & est dictio detruncata; nam praetermissum fuit בגין *ob*, ut dicat *ob id*. Auctor est, ut loc. cit. diximus, *R. Simeon ben Iochai*. Nihil deest in p. 14. *b.* quamvis fere media vacua sit.

II. p. 38. Liber absque titulo; at in eo continentur *Explicationes quaedam Cabbalisticae circa varias Legis quaestiones*. Prima tamen est: Quid sit ספר הברית Sepher Abberith, *Liber foederis*, cuius fit mentio in Exodi cap. XXIV. 7. deinde aliae versantur circa benedictiones nuptiales, Mundi creationem, Animam, Dei Nomina, Divinum Iudicium, Mysteria futuri saeculi, Mortuorum Resurrectionem, Praecepta de ציצית & תפילין (i. e. *de peniculamentis sacris*, & *de phylacteriis*) Sab-

bati ſanctificationem, ſolemnitates ſeptimi menſis (i. e. Septembris, qui apud Iudaeos eſt primus) in quo recurrit initium anni, Expiationis feſtum, ac Tabernaculorum, ubi de praecepto Palmae, Circumciſionem, & denique nuptias uxoris fratris Defuncti vel celebrandas, vel cum alio permittendas. Auctor eſt *Anonymus*; dicit tamen ſe eſſe ſynchronum *R. Gegatiliae*. Inc. עניין יש אהבה עמו כביכול def. ספר הברית Deinde indicatur initium ſequentis paginae his verbis כמי שעושה quare reliqua deſiderantur.

III. p. 88. Tractatus Cabbaliſticus abſque titulo, & principio. Agitur in eo de x. Sephiroth. Auctoris nomen ſic profertur in fine נאם הגבר סתום עין השכליות צעיר ונבזה בעין כל חוזה מרדכי רפאל בן לאא כמה״ר יעקב רושילו יצ״ו שנת שח לפק *Dictum illius hominis, intellectu caeci minimi, & humilis coram videntibus illum*, Mordechai, *filii Domini Patris mei* Iacobi Roſſelli, *quem ſoſpitet Deus, anno* 308. *minoris ſupputationis* (qui eſt Chr. 1548.) Inc. כל מיני האצילות def. ובא לציון גואל

IV. p. 97. Tabula Nominis Dei יהוה oſtendens, illud XLIV. diverſis modis poſſe punctari, ac pronuntiari.

V. p. 98. אלו הם י״ג כוחות החכמה Ellu hem jod ghimel Chohòth ahochmà. *Haec ſunt XIII. virtutes ſapientiae*. Hic Tractatus eſt Cabbaliſticus; Auctor vero *Anonymus*. Inc. מבואר מקצת הקדמה לך י״י הגדולה def. בזה

VI p. 102. שמות עשר הספירות Scemòth ñgeser aſſephiròth. *Nomina decem Sephiroth*, h. e. *Attributorum Dei*. Auctore *Anonymo*. Inc. אהיה def. והוא האות י׳

VII. p. 103. Fragmentum Cabbaliſticum abſque titulo, principio, ac Auctoris nomine. In eo diſſeritur de Cabbala divina. Inc. ועל הפוך ואחר def. דרך זה

VIII. p. 112. פי׳ השם המפורש Pirùſc Aſcèm ammephoràs. *Explicatio ſacroſancti Nominis Dei*. Eſt Expoſitio Cabbaliſtica incerti Auctoris, cum multis rotarum figuris, ex characteribus compoſitis. Praemittitur rhythmus, qui incipit שלח Praefatio פירוש השם המפורש Opus vero אמתת הנבואה def. ישתבח לעד In fine adiicitur ultimus *Oſeae* verſus, qui Latine in vulgata verſione ſic redditur: *Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet haec? quia rectae viae Domini, & iuſti ambulabunt in eis: praevaricatores vero corruent in eis*.

IX. p. 150. *b*. Rhythmus Hebraìcus, vulgo *Sonetto*, qui inc. רוח נבואה Hunc ſequitur in eadem pagina figura quaedam cabbaliſtica, loca Angelorum coram Deo demonſtrans.

X. p. 151. סוד המרכבה Sod Amercavà. *Myſterium Quadrigae*. Tractatus cabbaliſticus, qui verſatur circa Dei nomen, & *Ezechielis* Quadrigam. Auctor eſt *Anonymus*. Inc יהו יה הוה def. אמן אמן סלה poſt quae, duo folia abſciſſa fuiſſe adparet, unde finis deſideratur.

XI. p. 153. Explicatio cuiuſdam loci *R. Abraham* [forte *Aben Ezra*] de Dei nominibus, numerice conſideratis, *Incerto* Auctore. Inc. גערת אחד def. אמר אברהם In fronte primae paginae legitur אין זה מקומו i. *Non eſt hic locus proprius*.

XII. p. 154. *b*. Myſteria Nominis Dei, ex diverſis punctationibus reſultantia. Fragmentum cabbaliſticum breviſſimum.

XIII. p. 155. *b*. Repetitio, ſeu fragmentum eorum, quae ſuperius exſcripta fuere a pag. 112. in principio, ad v. 12. pag 142. *b* multis tamen rotarum figuris praetermiſſis; hoc enim fragmentum IX. tantum folia occupat, quorum ſecundum deeſſe deprehenditur ex alterius exemplaris collatione.

XIV. p. 176. ספר הסודות Sepher aſodòth. *Liber Myſteriorum*. *R. Moſis ben R. Scem Tov*, e civitate *Leonis*. Dividitur in quinque partes. In I. agitur de huius Mundi Fundamento, eiuſque forma ac ſtructura & quomodo diſpoſitus ſit naturaliter, & eius omnia ſint corruptibilia: in II. de opinionum intellectualium diverſitate, & de appetitis ad peccata, quae in hoc Mundo perpetrantur: in III. de Animabus, quae in homines exiſtentes in hoc Mundo ingrediuntur, & de vita futura: in IV. de Inferno, & ubi ſit: in V. demum de Paradiſo, atque de iis, quae humano corpori uſuveniunt poſt mortem. Praemittitur Rhythmus; at opus inc. ראיתי בלבי def. incomplete in his verbis ultimae partis ואותו הדבר הוא כמו Liber hic in membrana exaratus eſt.

Cod. Hebr. chart. & membr. MS. diverſa manu, charactere Rabbinico ſaec. XV. & XVI. in 4. min. Conſtat foliis 204 inter quae folia 37. 87 95. 96. 97 *a*. 102 *b*. 111. 115. *a*. 161. *b*. & 165. cum ſequentibus novem, nec non membrana 175. vacua ſunt.

CODEX XXXIX.

מעין גנים

FONS HORTIS.

„ 39. EN haganim. *Fons hortorum*. *R.* „ *Samuel Bachanor*. Commentarius in Scripturas, impr. 8. Ebr. In eod. „ Volumine Commentarius in Pſalmos MS. „ 8. Ebr. & alia quaedam ſine nomine eiuſ- „ dem materiae, impr. 8. Ebr. *Langius*.

„ XXXIX. מעיין גנים En Haganìm. *Fons hortorum*, in quinque Canales effuſus. Quinqua- „ ginta Epiſtolae familiares, quarum XXV. ha- „ bent adnexas reſponſiones. Liber Philolo- „ gus, ſcriptus eleganti, & elaborato ſtilo „ a *R. Samuele Arkavolti*. Cod. Hebr. impr. „ *Venetiis* anno 318. C. 1553. Sequitur in eodem

„ dem Volumine שמוש התלים *Vſus Pſal-* „ *morum*. Verius *Abuſus Pſalmorum*, libel- „ lus ab ipſis Hebraeis damnatus, ad profa- „ nos, & ſuperſtitioſos uſus verbo Dei abu- „ tens. Ex hoc nonnulla Curatus quidam in „ Gallia edidit in quodam ſuo Tractatu de „ Geomantia &c. Sequitur Teſtamentum *Iu-* „ *dae Haſcaſid* (in edit. *Hechaſid*) Continet „ varia praecepta circa ſepulturam Defuncto- „ rum, aliaſque Legis obſervantias. Libellus „ brevis & ineptus. Refert fabulam de An- „ gelo percuſſore, lavante gladium in aqua „ proſtante in domo mortui. Ad haec ſuc- „ cedit Volumen Epiſtolarum, inventum in „ manu cuiuſdam Hiſpani, inquit titulus; in „ eo paradigmata Epiſtolarum exponuntur, ad „ uſum iuvenum diſcentium: & ſunt num. 112. „ de quovis argumento. Huic volumini ne- „ ctitur Commentarius brevis de Conſtru- „ ctione Carminis Hebraici. Inſuper exor- „ dia & Prohoemia, queis uti liceat ſcriben- „ ti ad viros cuiuſvis gradus & dignitatis, & „ alia uſurpanda occaſione Feſtorum curren- „ tium. Cod. impr. *Venetiis* cum Praefatione „ *R. Scelomò ben Samuelis*, ſequitur סוד הגולה „ *Arcanum captivitatis*, ſeu *Expoſitio littera-* „ *lis libri Ruth* (in edit. *R. ut*) *R. Iſaak Ha-* „ *koen ben Ioſeph*. Succedit *Liber geſtorum*, „ in quo ad confirmanda varia Ethicae dicta- „ ta, adferuntur plura exempla, ex penuario „ Hebraeorum deprompta, impr. *Ferrariae* „ anno Iudaico 312. Chriſti vero 1573. (Hic „ computus corrigetur infra) Adiectum eſt „ in calce מהלך שבילי הדעת *Iter viarum* „ *ſcientiae*, Grammatica *Moiſis Chimkì ben Io-* „ *ſeph*, & fratris *David Kimchì* cum ſcholiis „ *Eliae Levitae Germani*. MS. ſed olim impr. „ Romae, & cum verſione Latina. *Baſileae* „ a *Munſtero*. *Catalogus Montfaucon. ex au-* *tographo*.

Ex quinque Opuſculis impreſſis, unoque MS. Codicem hunc compactum habemus: quem paucis expendit *Langius*, duo priora tantum enuncians: ac in primo quidem circa Auctorem erravit, ut inferius dicetur, neque verum eſt, alia, quae reticuit, eſſe ſine nomine, quum ſint opuſcula impreſſa cum ſuis titulis, ut modo patebit, itaque ſic illum deſcribendum arbitror.

I. p. 1. מעין גנים Mañgiàn Gannìm. *Fons hortorum* „ ex Cant. IV. 8. *Wolfius* Vol. I. p. 1087. de eo ſic loquitur „ in quinque Ca- „ nales diſtributus, & 25. Epiſtolas, cum to- „ tidem Reſponſoriis exhibens, eleganti ſer- „ mone ſcriptas „ Deinde unicam editionem refert, quae eadem eſt ac noſtra, ſc. *Venetiis* apud *Bragadinum*, A. M. 313. C. 1553. Auctor eſt *R. Samuel ben Elchanan Iacob Arkavolti Patavinus*, qui floruit medio ſaeculo XVI. Laudatus *Langius* Auctorem facit *R. Samuelem Bachmor*, qui deinde ex eo repoſitus fuit a *Wolfio* in ſua Bibliotheca Hebraea Vol. I. p. 1092. n. 2049. ipſum tamen adpellans *R. Schemuelem Bochmer*. Late patet error ex ipſo nomine, in fronte libri ſic impreſſo רבי שמואל בכמ״ר אלחנן יעקב מן הארקוולטי i. *Rabi Scemuèl bichmar Elchanan Iacob Arkavolti*, ubi בכמ״ר accentibus ſignatum, quatuor litteris initialibus conflatum, quatuor voces ſignificare indicat, atque ita illud explicandum *ben chevod mangalath Rabbì*, *filius gloriae excellentis Rabbi*; unde ex quocumque Catalogo eradendus eſt, uti Auctor ſuppoſitus: *Samuel Bochmer*, ſeu *Bachmor*.

II. p 47. שמוש תהלים Scimmùſc Theilìm, *Uſus Pſalmorum*. Praeter ea, quae ſequuntur in *Montfaucon. Catal.* adiiciam quae *Wolfius* habet Vol. II. p. 1436. num. 695. inter ſcripta *Anonymorum*, ubi hoc opuſculum ita ab ipſo enarratur „ Liber ſuperſtitioſus, „ quo oſtenditur, quomodo Pſalmi toties, vel „ toties pronunciati, aut membranae inſcri- „ pti, & de collo ſuſpenſi, adſcito certi An- „ geli nomine, quod Cabbaliſtarum more ex „ Pſalmo deducitur, & certa precatione in- „ vocatur, adhiberi poſſint ad varias res ſu- „ perſtitioſe perficiendas. Deinde ponitur e- „ xemplum huiuſmodi rei conficiendae, & Auctores, qui de hoc opere ediſſerunt, & ſimul variae eiuſdem editiones: noſtraque etiam enunciatur, quae facta fuit *Sabionetae* in 8. at reticetur id eveniſſe in aedibus *Tobiae Poa*; annus vero non indicatur.

III. p. 59. *b.* צואת רבי יהודה חסיד Zevaàth *R. Iehudà Chasìd*. *Teſtamentum R. Iudae Pii*. *Wolfius* Vol I. p. 427. num. 716. dicit, hunc Auctorem fuiſſe *Francofurtenſem Germanum*, & obiiſſe A. M. 977. Chriſti 1217. ſed ibi hoc opuſculum praetermittitur. At Vol. III. p. 310. num. 716. circa eiuſdem patriam ſe retractat, dicens „ *R. Iehuda Hachaſid*, fil. *Samuelis* non fuit *Francofurtenſis*, ſed „ *Wormatienſis*, & hoc opuſculum memorat, Et p. 311. צואה (Zavaah) ſive *Teſtamentum* „ una cum libro *Ben Syra*. Exſtat idem MS. „ in Biblioth. *Oppenheimeri*.

IV. p. 63 מגלת ספר Meghillath ſepher. *Volumen libri*, vel ut habet *Wolfius* Vol. II. p. 1324. num. 320. inter Scriptores *Anonymos* „ מגלת הכתבים Meghillàth Hacechethavìm. „ *Volumen Scriptorum*, quo continentur Epi- „ ſtolae 113. (non autem 112. ut in *Catalogo* „ *Montfaucon.* dicitur) ſtilo eleganti exara- „ tae &c. Eum librum fere totum Latinum „ fecit, & ſcholiis illuſtravit *Buxtorfius* in „ Inſtit. Epiſtolar. Hebraicar. cum Centuria „ Epiſtolarum edita *Baſileae* 1620. 8. Deinde noſtram editionem indicat, ex *Plantavitio*; quae eſt Veneta A. M. 312. C. 1552. apud *Danielem Adelkinad f. Cornelii*. Adiunguntur huic alia duo breviſſima Opuſcula, videlicet.

V. p. 103. *b.* השער בשמות השיר Aſciañgar beſcemòth aſcìr. *Tractatus de Poëſeos* nominibus. Eſt brevis inſtructio pro tyronibus, ad Hebraica carmina conficienda. Auctor eſt *Anonymus*.

VI. pag. 104. *b.* Huic coniungitur aliud opuſculum, in quo ponuntur Epiſtolarum initia,

tia, seu exordia, & tituli, quibus utendum est, in scribendo ad viros cuiuscumque gradus, & dignitatis, necnon formulae quaedam pro diebus festis, ac solemnioribus. Auctor item est Anonymus. At huic collectioni Praefatio praefigitur *R. Salomonis ben Iosue Altasol*, non vero *ben Samuelis*, ut *in Catalogo Montf.* legitur, in quo cognomen *Altasol* reticetur. Liber impressus, ut supra enunciatum est.

VII. p. 107. פירוש מגלת רות מגלה סוד הגאולה Pirùsc meghilàth Ruth megallè sod agheullà. *Commentarius in volumen Ruth. revelans mysterium liberationis*. Hoc opusculum recenset *Wolfius* Vol. I p. 660. num. 1206. ubi illud tribuit *R. Isaac* fil. *Ioseph Sacerdoti*, nostramque editionem enunciat *Sabionetae* factam Anno 311. C. 1551. Quod in *Catalogo Montfaucon.* nomen Auctoris *R. Isaac Hacohen ben Ioseph*, ne credas *Hacohen* esse cognomen, ut diversum Auctorem putes a supradicto; sed hoc verbum dignitatem exprimit, sc. *Sacerdotium*, quasi dicat *R. Isaac Sacerdos*: atque ita melius collocatur hoc adiunctum, utpote *Isaac* adnexum, quam a *Wolfio*, a quo ponitur post patris nomen, ut ex supra relatis patet.

VIII. p. 123. חבור המעשיות Chibbùr amaňgasiòth. *Collectio Historiarum*. Libellus hic inter *Anonymorum* scripta recensetur a *Wolfio* Vol. II. p. 1361. num 400. hoc pacto „ *Collectio historiarum* ex Medraschìm, „ & Aggaòth „ ibi nostram editionem enumerat, *Ferrariae* factam ann. 314 C. 1554. apud *Abrahamum Oschke* pag. 36. At vero nostrum exemplar 40. foliis, non 40. pag. continetur, in 8.

IX. p. 163. מהלך שבילי הדעת maalàch scevilè addaňgath. *Incessus semitarum scientiae*. Grammatica Hebraea, Auct. *R. Mosè Kimkì*, fil. *Iosephi*, & fratre *Davidis*. Cum scholiis *Eliae Levitae Germani*. Auctor hic, qui floruit (inquit *Wolfius* Vol. I. p. 892. n. 1045.) A. M. 4950. C. 1190. hoc opusculum praeter alia scripsit, quod cum *R. Salman Posnanensis*, & *R. Eliae Germani* notis prodiit *Pisauri* 268 C. 1508. 8. *Venet.* 384 C. 1624. apud *Bragadinos*. Noster est MS. charactere Rabbinico saec. xvi. Inc. מהלך שבילי הדעת des. בסמכות ובכנוי Constat enim foliis tantum 16.

Cod. Hebr. chart. impr. & MS. ut supra in 8. Constat foliis 178.

CODEX XL.

לקוטים מהתלמוד

RECOLLECTA E TALMVD.

„ 40. EXcerpta quaedam Talmudica. „ MS. Ebr. 4. *Langius*.

„ xl. Decerpta ex Talmud. Cod. Hebr. „ MS. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus exterior esto. לקוטות ואגרת Lecuthòth veighereth. *Collectiones*, & *Epistola*. Quae vero in hoc Codice adservantur, haec sunt.

I. p. 1. Sententiae quaedam, ex variis Auctoribus decerptae.

II p. 2. Index capitum sex ordinum *Mischnae*, in cuius margine adnotatur, qui sint Tractatus, de quibus agitur in Talmud.

III. p 6. Epistolarum exempla varia num. 86. at incipiunt a vigesima, quam finis antecedentis praecedit; eo quod, folia quaedam perierint, Auctore *Anonymo*.

IV. p. 13. Excerpta nonnulla ex Expositoribus Talmud, incerto Auctore. Inc. חמש בכנף בגדו ומחיצתן des. עשרה נשים Scripta fuerunt haec excerpta *Monterchii*, & *Tiferni* A. M. 322 & 323. C. 1562 & 1563.

V. p 30. *Epistolae VIII* super quadam hereditatis quaestione, videlicet: An mulier, quae iam desponsata fuerat, accepta conveniente dote, ac eodem tempore patris & avi renunciata hereditate, post ipsorum obitum posset hereditatem repetere. Primae duae sunt *Selumielis b. Samuelis quondam Mosis Perusini*, *Pisis* exaratae: prima (quae tamen per amanuensis errorem anteposita fuit) die 26. Tamuz, qui 6. Iulii respondet, A. M. 323 C. 1563. & inc. פנעה אלי des. ורחב רעיך secunda 24. Maii 322. C. 1562. & inc. נדרשתי לאשר שאלוני des. ut prima. Tertia p. 41 *Isaac b. Abraham Choen Viterbiensis* Inc. ראיתי אלקים des. דברתי עד הנה Quarta pag 43 *Imanuel b. Gabriel Corosolo*. Inc. הנראה לעניות דעתי כתבתי des. נשאול נשאלתי Quinta p. 44. *Abraham quondam Menechem a Rovigo*, scripta *Senis* die 18. *Tamuz* 322. C. 1562. Inc. כל דברי des. ומשוא פנים Sexta & septima p. 53. *Ioseph b. Isaac Levì*, quarum secunda missa fuit ad supradictum *Selumielem Perusinum*. Scriptae ambae fuerunt die 20. Scevath [i. Ianuarii] 324 C. 1564. Inc. prima בקשת ממני des. ולחפץ כבוד תורתך Inc. altera ערבים עלי des. ויראני מתורתו נפלאות Octava p. 57 Incerti Auctoris. Inc. יעקב נשא אשה des. קודם לירש

VI. p. 62 Nonnulla *de hominis nobilitate*. Auctore *Anonymo*

VII. p. 63. Epistolae iv. Testimoniales, quarum ultima scripta est *Tiferni* die 30. Augusti 322. C. 1562.

VIII. p. 66. Epistola praedicti *Selumielis Perusini*, qua postulatur auxilium pro duabus filiabus nubendis. Inc. משרבו הנואפים des. עד בלי די Scripta fuit *Arretii* die 24. Maii 322. C. 1562.

Cod Hebr. chartac. MS. Saec. xvi. in 4. Constat foliis 66. inter quae 1. *b.* 29. 33. 34. 35. 36. 45. cum aliis septem, 63. *b.* 64. 65. & 66. *b.* ac demum septem alia, quae numeratione carent, vacua omnino sunt.

CO-

CODEX XLI.

ספר האורה

PORTA LVCIS.

» 41. SEpher Horah. *Liber lucis*. Tra-
„ ctatus de Nominibus Dei. MS.
„ Ebr. in 4. *Langius*.

» XLI. ספר האורה Sepher Ahorà. *Liber*
„ *Lucis*. Titulus exterior corrigendus. Tra-
„ ctatus Cabalisticus de Dei Nominibus. Vi-
„ de supra num. 37. scriptus anno 5086. a
„ C. M. Sequitur in eodem Volumine colli-
„ gata פירוש המרכבה Expositio literalis Cur-
„ rus, Commentarium in primum caput *Eze-*
„ *chielis* cum paraphrasi Chaldaea *Ionathan b.*
„ *Vzielis*. Sequitur שער הרזים *Ianua myste-*
„ *riorum*. Expositio Cabalistica super Psal-
„ mum XIX. *R. Theodori Levitae*. MS. habes
„ aliud exemplar in Bibliotheca Vaticana.
„ Succedit alius Tractatus שערי הצדק *Por-*
„ *tae iustitiae*. *De usu Matrimonii*. Alter de
„ *Mysteriis Kabalae*, & aliae quaestiones de
„ Spiritibus, de Oblatione, de Vestibus Sa-
„ cerdotalibus. Absolvisse se omnia inquit A-
„ manuensis (cuius nomen de industria dele-
„ tum est) mense Thebet anno 581. min.
„ supp. a Creatione. *Catal. Montfaucon. ex autogr.*

Titulus exterior, qui in praecedenti Catalogo dicitur corrigendus, sic posset reponi ספר האורה ואחרים ספרים Sepher haorà veacherìm Epharìm. *Liber lucis, & alii libri*, additis illis, qui a superioribus Bibliographis praetermissi fuerunt.

I. p. 1. ספר האורה Sepher haorà. *Liber lucis*. Idem opus, ac enunciatum supra in Cod. XXXVII. huius Plutei; Heic tamen ad calcem huiusce libri, hanc subscriptionem Amanuensis adposuit נשלם ברחמי האל אשר עזרני עד כה יום ראשון כ״ד ימים בכסלו שנת פ״ו לפרט קטן *Explicit gratia Dei, qui mihi auxiliatus fuit usque huc, die primo hebdomadae, vigesimoquarto mensis Chislev* (i. Novembris) *anno* 86. minoris supputationis (qui est C. 1326.)

II. p. 120. *b.* פירוש המרכבה של יחזקאל הנביא Pirùsc amercavà scel Jechezchèl anavì. *Expositio Quadrigae Ezechielis Prophetae*. *Montfauc. Catalog* recte in hunc opusculum sententiam dixit. quare id tantum adiiciam, quod Paraphrasis *Onkelosii* posita est post expositionem, h. e. p. 158 Auctor vero huius operis est incertus. Inc. Commentarius כתוב זה def. הדבקה בלב השכל

III. p. 159. פרקי מרכבה Pirchè Mercavà *Capita Quadrigae* cum Chaldaica Paraphrasi Haec sunt notanda quaedam circa eamdem *Ezechielis* visionem in VII. capita distincta, Auct. *Anonymo*. Inc. אמר ישמעאל def. וברוך שמו לעד ולנצח Forte Auctor est *R. Ismael* fil. *Eliscan* Sacerdos magnus, de quo V. *Wolfium* Vol. I. p. 702. n. 1295. (2.)

IV. p. 163. שער הרזים לחכם ר׳ טדרוס הלוי Sciangàr arazìm lecacàm Rabbì Todros allevì. *Porta Mysteriorum Doctoris Rabbini Todros Levitae*. Id etiam refertur a *Wolfio* Vol. I. p. 1395. n. 661. ubi de hoc *Todros* (non *Theodoro*) *Levita Narbonensi* verba facit, additque hanc elucubrationem in Vaticana existere, quod a *Bartoloccio* accepit. Inc. Praef. למנצח הוא נאלמתי לא אפתח פי Opus vero בעולם הזה ובבא def. מלשון נצח

V. p. 186. שערי הצדק Sciangarè azedech. *Portae Iustitiae*. Tractatus, seu Collectio eorum, quae ad usum Matrimonii pertinent, ut sunt cibi, ac alia extrinseca; nec non preces ad bonam prolem suscipiendam. Liber penitus Bibliographis ignotus, quamquam alii eiusdem tituli enuncientur a *Wolf.* Vol. I. pag. 400. num. 896. & pag. 563. num. 968. ac etiam inter Anonymos Vol. II. pag. 1439. num. 721. & pag. 1440. num. 722. & Volum. III. p. 1221. n. 721. sed diversi sunt argumenti. Auctor est incertus. Inc. אחי צורי וגואלי def. בהיותך זריז Opusculum quidem breve [paginis enim 16. cum dimidio continetur] atque in VI. capita tantum distinguitur. Auctor vero est Anonymus. Inc. דע אחי def. שמים שם הקדש

VI. p. 194 Regula circa cibos sumendos, & de iis, quae ad bonum Matrimonii usum pertinent, cum duabus orationibus, ut haec bene efficiantur.

VII. p. 195. לקוטות Lecuthòth. *Collectiones*, & revera Cabbalisticae; ubi primo de divinis attributis. Tractatio excerpta ex opere *R. Chamai*, deinde differitur de Caelis, de Angelis, de Patriarchis, de Mundi Creatione &c. postremis vero tribus capitibus exponuntur ea, quae continentur in versu 19. & dimidio 20. cap. 3. Proverbiorum. Inc. ואין המאציל def. אדני הואיל וחפצך לבא חסר כלום

VIII. p. 198. פירוש שם של ארבע אותיות Pirùsc Scem scel arbang Othiòth. *Commentarius de nomine tetragrammato*. Auctore *Anonymo*. Inc. מי שהוא ירא def. ומציון יסעדך deinde subditur oratio quaedam.

IX. p. 202. לקוטות אחרים Lecutòth acherìm. *Collectiones aliae*. In his referuntur quaedam Cabbalae mysteria, ac primo aliqua monita circa preces quotidianas: deinde agitur de X. Sephiroth, & aliis mysteriis Cabbalisticis, sectionibus XXIV. Auctore *Anonymo*. Inc. וכבודי לאחר לא אתן def. כל הקורא

X. p. 212. הסודות שצריך אדם לקבל מפה אל פה Assodòt scezarìch Adàm lechabèl mippè el Pe. *Mysteria, quae necesse est hominem ediscere ex alterius ore*, Auctore *Anonymo*. Inc. סוד האדם def. לטהר אתכם

XI. p. 222. שער הכונה Sciangàr accavanà. *Porta intentionis*. Caput breve cabbalisticum. Auctore *Anonymo*. Inc. הקובע דבר def.

deſ. הנבואה למדרגת ſequitur Amanuenſis ſubſcriptio, cuius nomen de induſtria deletum, ſicuti in *Catal. Montfauconiano* relatum fuit. Ego atramentum, mala manu ſuperinductum, removi, & nunc clare patet, atque adeo integram publici iuris faciam ſubſcriptionem אני יצחק בר׳ יוסף צבי׳ בן חלו כתבתי לעצמי זה הספר אשר בו ספר האורה ופירוש מרכבת יחזקאל הנביא ע״ה ותרגום ההפטרה של חג השבועות . ופרקי מרכבה . ושער הרזים לר׳ טדרוס הלוי ז״ל · ושערי הצדק · ולקוטות · ופי׳ שם של ד׳ אותיות ; ולקוטות אחרים · והסודות שצריך אדם לקבל מפה אל פה · ושער הכונה · וסיימתי הכל בחדש טבת שנת חף לפרט היצירה בלארזה מתא. המקום ברחמיו הרבים יזכני להגות בו אני וזרעי וזרע זרעי עד סוף כל הדודות ויקיים בנו מקרא שכתוב ואני זאת בריתי אותם אמר י״י רוחי אשר עליך ודברי אשר שמתי בפיך לא ימושו מפיך ומפי זרעך ומפי זרע זרעך אמר י״י מעתה ועד עולם . אמן . *Ego Iſaac filius* R. Ioſeph Zevì *ben* Calù. *ſcripſi pro me hunc Codicem, in quo ſunt Liber Lucis. Expoſitio Quadrigae* Ezechielis *Prophetae felicis recordationis: necnon, Chaldaica Paraphraſis haphtorae feſtis hebdomadum* i e. Pentecoſtes (quod eſt id. cap. ubi de *Quadriga* loquitur) *& capita varia ſuper eadem* Quadriga, *& Porta myſteriorum* R. Todros Levitae *b. m. & Portae Iuſtitiae. Et Collectiones* (ſc. opuſculorum) *& Expoſitio Nominis Tetragrammaton. & Collectiones aliae. & myſteria, quae neceſſe eſt, hominem ex alterius ore percipere. & Porta intentionis. Et id omne explevi menſe Tevèt* (i. Decembris) *anno* 88. *a Creatione* [iuxta ſupputationem minorem, omiſſis v. millenariis, qui eſt C. 1328.] *in civitate Larza. Deus pro ſua magna clementia me dignum efficiat, ut poſſim ſtudere in hoc Codice tam ipſe, tum poſteri mei, nec non poſteri poſterorum meorum uſque ad omnium ſaeculorum finem: & verus fiat in nobis verſus* (i. 21. cap 59. *Iſaiae*) *qui dicit*
„ *Ego enim hoc foedus meum, cum eis, dicit*
„ *Dominus: Spiritus meus qui eſt in te, &*
„ *verba mea, quae poſui in ore tuo, non re-*
„ *cedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, &*
„ *de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, a-*
„ *modo, & uſque in ſempiternum. Amen.*

Cod. Hebr. bombyc. MS. charactere Rabbinico eleganti, ac nonnullis in locis ornato, ſcriptus anno ut ſupra indicato in 4. Conſtat fol. 222. In principio, & fine adnotatum fuit, hunc Codicem fuiſse *Samuelis ben Moſis Peruſini*.

CODEX XLII.

שער השמים

PORTA CAELI.

„ 42. SChaar Haſchamim. Porta Caeli.
„ Tractatus Aſtronomicus *R. A-*
„ *braham Aben Ezra*, cum duplici explicatio-
„ ne. MS. 4. Ebr. *Langius*.
„ XLII. שער השמים Schaar Haſchamaìm.
„ *Porta Caeli*. Fragmentum *R. Abraham A-*
„ *benezrae* de aquis, quae ſuper Caelos ſunt,
„ de Angelis, eorum ſubſtantia, & immate-
„ rialitate, de materia Caelorum, eorumque
„ incorruptibilitate breviſſime & per lemmata.
„ Sequitur Tractatus prolixus in XII. Sciaha-
„ rìm, ſeu capita diſtinctus ſine titulo; ſed
„ patet ex contextu, quod ſit יסוד התורה
„ *Fundamentum Legis*. Tractatus inſignis, &
„ doctus eiuſdem *Abr.* ad quem ſpectare poteſt praecedens fragmentum: in hoc ex
„ profeſſo de Maſorae, & Gamorae Aucto-
„ ribus, aliiſque argumentis ad legem ſpectan-
„ tibus: ad marginem habes doctas adnota-
„ tiones *Anonymi*, ex quibus tum etiam ex
„ ipſo contextu, oſtenditur, Auctorem hunc
„ Tractatum ſcripſiſſe in Anglia. Sequitur
„ יסוד המספר *Fundamentum Arithmeticae*,
„ in quo explanantur huius ſcientiae princi-
„ pia; in quinque gradus dividitur, tracta-
„ tus brevis eiuſdem *Abenezrae*. Succedunt
„ שאלות ותשובות *Quaeſtiones, propoſitae* ipſi
„ *Abrahamo* a quodam *David bar Ioſeph Nar-*
„ *bonenſi*, quarum ſolutiones reſcribit hic idem
„ *Abenezra*. Sequuntur חידות *Aenigmata*, &
„ *Parabolae* eiuſdem: item fragmentum in ti-
„ tulum Proverbiorum *Salomonis*, & eiuſdem
„ libri ſynopſis. Ad haec פירוש סודות אבן
„ עזרא. *Commentarius in Allegorias Abenez-*
„ *rae*, ſeu *in Expoſitionem Allegoricam* eiuſ-
„ dem in aliquas Paraſcias, ſeu ſectiones Pen-
„ tateuchi. Deinde פירוש תמונת *Commenta-*
„ *rius in librum Abenezrae* de Arcano formae
„ litterarum, Tractatus Kabaliſticus, de quo
„ haec in titulo amanuenſis nota. *Inveni hoc*
„ *ſupra in parte VI.* [in edit. tertia] *ex ſcri-*
„ *ptura illius ſapientis Eliezer de Norcia*. Hic
„ eſt *Commentarius Sepher Temunàt* [i. figurae
„ illius ſapientis *Abenezrae Hiſpani*] Ex qui-
„ bus an hic Commentarius adiudicandus ſit
„ ipſi *Eliezer* penes lectorem iudicium eſto.
„ Vltimo ס השם הנכבד והנורא *Tractatus de*
„ *gloria, & terribili nomine*. Eius auctor *Abr.*
„ *ben Meir Hiſpanus* (in edit. illius ſapientis
„ *Abenezrae Hiſpani*) ad *Abraham*, & ad *Iſa-*
„ *hak b. Iuda* Principem Iudaeorum. Codex
„ Hebr. MS in 4. in quo continentur ſupra-
„ dicti Tractatus, alia, atque alia manu exa-
„ rati, atque in praefato volumine compa-
„ cti. *Catal. Montf. ex autogr.*

Nos hunc Catalogum ſequentes, eumque corrigentes, atque omiſſa reſtituentes, tali pacto hunc Codicem deſcribemus.

I. p. 1. ספר שער השמים Sepher ſciangàr aſciamaìm. *Liber Portae Caelorum. Wolfius* Vol. I. p. 84. n. 110. deceptus a *Langii Catalogo*, eius verba refert: & hunc librum eſſe Tractatum Aſtronomicum, ac duplici explicatione exornatum adfirmat. Eſt itaque Tractatus, in quo Auctor ſeſe ſtudet, homines ad Dei cognitionem perducere: ideoque opus Mundi creationis expendit, atque in tres partes dividit, in Angelicam ſcilicet, Sphericam, &

& ſublunarem. Auctor eſt *Abenezra*, cuius nomen praepoſitum eſt titulo. Huiuſce tamen elucubrationis heic nil aliud habetur, quam Praefatio, caput primum, & ſecundum: & hoc incompletum. Inc. כשמך כן תהלתך def. לא מורכבים מחומר

II. p. 8. יסוד מורא וסוד תורה Iesòd Morà, vesòd Torà. *Fundamentum timoris, & Myſterium Legis*. Quamvis hoc opuſculum titulo carere videatur, ipſe tamen titulus, ſicut modo relatum eſt, legitur in fine ſeptimae lineae Praefationis. Huius opuſculi argumentum recte explicatur a *Wolfio* Vol. I. p. 78. n. 3. inter *Abenezrae* Opera: ubi primam tantum tituli partem referens, haec habet „ Liber argumenti Theologici in duodecim capita diſtributus: quibus de praeceptis Iudaeorum, variiſque ſcientiarum generibus, ſuo ordine tractandis, agitur, ſtudiumque ſacri Codicis ſcripti Gemarae praemittendum ſuadetur. Et inferius adfirmat, prodiiſſe *Cpoli* anno 290. C. 1530. & *Venetiis* 326. C. 1556. 12. Auctorem, ſcilicet *Abenezram* elucubraſſe hunc librum in *Anglia* patet ex quadam notula in margine pag 8 *b.* quod non vacat teſtimonio eiuſdem *Wolf.* qui l. cit. pag. 73. ait, hunc ſcriptorem *varias orbis terrarum partes pervagatum eſse*. Ad marg. adſunt doctae Adnotationes *Anonymi*. Inc. Praef. יי בשם Opus vero אמר אברהם def צדיקים יבאו בו

III. p. 27. ספר השם הנכבד והנורא Sepher Aſcèm anichbàd veanorà. *Liber de Nomine*, (ſc. *Tetragrammato*) *glorioſo*, *& terribili*. Eius Auctor *Abenezra ben Meir Hiſpanus* ad *Abraham ben Chaiim Domini Davidis*, *& ad Iſaak ben Iuda principem Iudaeorum*. Tractatus hic in VIII. capita diſtinctus eſt: de quo V. *Wolf.* Vol. I. p. 79. n. 4. Neſcio, quare in *Catal. Montf.* ad ultimum locum reiectus fuerit hic libellus. Inc. בשם אחד def. בנפש חפצה Poſt finem, pag. ſequenti, i. 31. *b.* ponitur Explicatio cuiuſdam Aphoriſmi, pronunciati ab eodem Auctore in cap. VII. praedicti Libri *Iesòd morà*, circa tres Animae rationalis facultates, quae ab eo nuncupantur נפש רוח נשמה ſc. *vegetabilis*, *mobilis*, *& intellectualis*: & hic adfirmatur, eas eſſe in hominibus viginti ſeptem diverſis modis, v. gr. ſive *firmiores*, ſive *debiliores*, &c.

IV. p. 32. Explicatio cuiuſdam Geometricae figurae, triangulum aequilaterem in circulo continentis, quam *Abenezra* propoſuit ſupra in Tractatu *Iesòd morà*, pag. heic 22. ibique in margine adnotatur, huc reiectam fuiſse: eaque verſatur circa divina attributa. Inc זה פירוש תמונת החכם אע זל def. שאלכסונה י חלקים

V. p. 36. „ יסוד מספר Iesòd Miſpàr. *Fundamentum Arithmeticae*, in quo explanantur huius ſcientiae principia, & in quinque gradus dividitur. Tractatus brevis eiuſdem *Abenezrae* De hoc opuſculo agit *Wolfius* Vol. I. p. 83. n. 5. ubi refert ספר המספר *Librum Arithmeticae*, deinde noſtrum titulum ſubdit, dicitque ſe putare, unum ab altero diſtinguendum non eſſe. Inc. זה ספר שהשם בירך אותם def. נחלק לחמש מעלות

VI. p. 40. שאלות ותשובות. Scealòth utſciuvòth. *Quaeſtiones & Solutiones*; ſunt enim Dubia, quae *Abenezrae* propoſuit quidam *David bar Ioſeph Narbonenſis*. His ſubiiciuntur *Solutiones* eiuſdem *Abenezrae*. Titulus Hebraicus ſuperius adlatus non adparet in hoc Cod. Quaeſtiones tamen ſunt tres, quarum prima eſt circa quandam Tabulam annualem antiquam, pro annis 247 ad inquirenda aequinoctia, & ſolſtitia cuiuslibet anni: ſecunda circa diſcrepantiam unius menſis, qui quondam interceſſit inter Paſcha Iudaeorum & Chriſtianorum: tertia circa quendam computum *R. Samuelis* de anni menſura per aequinoctia & ſolſtitia, ac unicuique quaeſtioni ſolutio *Abenezrae* ſubiicitur. Incipit אלו השלש שאלות def. וה משכילים יבינו

VII. p. 41. *b. Aenigmata*, & *Parabolae* eiuſdem. Sunt aenigmata duo abſque Expoſitione. Inc. בני הכן רעיוניך def. ראשו עלי קרבו

VIII. p. 42. „ *Fragmentum in titulum Proverbiorum Salomonis*, & eiuſdem libri Synopſis. Ad haec פירוש סודות אבן עזרא „ Piruſc Sodòth Aben Ngezra. *Commentarius Secretorum Abenezrae*. V. ſupra in *Catal.* „ *Montfaucon.* ſub hoc titulo. Eſt autem Explicatio verſus 6. cap. 1. Proverbiorum, ubi legitur ſecundum vulgatam editionem: *Animadvertet* (i. ſapiens) *parabolam*, *& interpretationem*, *verba Sapientum*, & *aenigmata eorum*: aperitque Auctor mentem ipſius *Salomonis* in eo libro, per illum verſum expreſſam, favetque magis verſioni LXX. qui מליצה non *interpretationem*, ſed *tenebroſum ſermonem* vertunt. Inc. אמר [hoc verbum ſuperfluum eſt] החכם שלמה המלך def ראה זה מצאתי ההפרש בין המליצה והמשל והחידה

IX p. 44. *b. Obſervationes in quaſdam voces, & formulas dicendi, quae diverſimode recurrunt in veteri Teſtamento*. Auctore *Anonymo*. Inc. המלאך הגואל אותי def. נאם פשע לרשע

X. p. 50. *b.* חידה על אותיות אהוי Chiddàh ngal Othiòth aëvì. i. א. ה. ו. י. *Aenigma de litteris quieſcentibus*, *eiuſdem Abenezrae*, cum Expoſitione *Peripoth Durand Hallevì*. *Wolfius* mentionem facit huius Aenigmatis Vol. I. p. 80. n. 2. & Expoſitoris l. c. p. 992. at ibi nullum de hac Expoſitione verbum facit. Inc. Aenig. אב בהאדמה הוליד Expoſitio autem הנה תפארת השלמים def. למה שבחידה מן העומק

XI. p. 53. *b. Hymnus in die ieiunii*, Auctore ipſo *Abenezra*, & Expoſitore eodem *Peripoth*. Inc. Hymnus אחד לבדו def. ממעל לכסאו Expoſ. vero בעבור שהיתה def. מה שתראו deinde advertit, *Abenezram* inchoaſſe quaelibet carmina litteris ſui nominis.

XII. p. 54. *b Explicationes tres in tria Scripturae loca*, quarum prima in v. 8. cap. XXXII.

Deu-

Deuteronomii, in ea verba *Constituit terminos &c.* Secunda in ea *Vnum, & alterum ut invenirem rationem in* v. 28. cap. VII. Ecclesiastes; tertia in ea v. 5. cap I. eiusd *Oritur Sol.* Inc. עשרה ולא יותר יצב גבולות עמים def.

XIII. p. 59. פירושי הסודות לר׳ אברהם אבן עזרא Pirusce asodòth le *Rabbì Abraham Aben Ngezra. Commentarii* [libri scilicet] *Secretorum*, quo arcana *Pentateuchi* cabbalistice referantur (ut ait *Bartoloccius* Tom. I. pag. 38. col. 1) *Abenezrae* in Genesim. Auct. *Anonymo*. Inc. לא מפני חיותי def. ושגיאות מי יבין

Cod. Hebr. chart. MS. varia manu charactere Rabbinico circiter saec. XVI. in 4. Scriptus fuit fere eadem manu textus, exceptis foliis 31. *b.* & a 50. *b.* usque ad 55. *a.* quorum ultimi quinque, utpote ex diversa charta, inserta creduntur: aliae duae paginae in foliis vacuis, quae supererant, exaratae fuerunt. Constat foliis 69. at scriptum desinit in fol. 64. *a.* & folia 7. *b.* 23. 25. 26. 33. 34. 35. 39. *b.* 43. 44. *a.* 47. 48. 49. 55. *b.* 56. 57. & 58. vacua sunt.

CODEX XLIII.

פי׳ על התורה

EXPOSITIO SVPER QVINQVE LIBROS MOYSIS.

„ 43. COmmentarius in Paraschas Legis. „ MS. Ebr. 8. *Langius*.

„ XLIII. פירוש פרשיות התורה *Expositio in* „ *Parascias Legis*, seu *Pentateuchi*. Sunt au- „ tem Parasciae, seu Sectiones totius Penta- „ teuchi quinquaginta quatuor. Cod. Hebr. „ MS. in 8. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus adpositus fuit proprio marte, nam in Cod. non adparet, & aliter hoc Opus fuerat nuncupandum, videlicet פירוש על פירוש רש״י על פרשיות התורה Pirùsc ñgal Pirùsc Rascì ñgal Perasciòth athorà. *Commentarius in Commentarium Rascì in Parascias Legis.* Auctore *Anonymo*. Nemo mentionem facit, *Rascì* in Parascas ullum Commentarium separatim elucubrasse: neque quempiam in ipsum Supercommentarium elaborasse; sed quoniam in totam S. Scripturam Commentarios scripsit, & ob eius stilum admodum obscurum (*Wolf.* inquit Vol. I. p. 1063.) „ tum ob concisam „ scribendi rationem, tum ob voces exoti- „ cas, potissimum vero Gallicas; indulget „ enim fabulis, quas Iudaei aliunde ignorant, „ adeoque diversis modis exponunt; unde & „ occasio nata est tot Expositionibus in eius „ Commentarios Biblicos exaratis „ quare fieri potuit, ipsum *Rascì* in has quoque Pentateuchi sectiones Commentarium concinnasse, atque alium ex Iudaeis Supercommentarium in eumdem confecisse. De *Rascì* V. supra p. 42. seq. Inc. אין המקרא אומר def. אלוה שבעזרך

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. XV. a p. 97. ad pag. 112. inclusive nova manu sequentis saeculi suppletus, in 8. Constat foliis 117.

CODEX XLIV.

שער החכמה

TRACTATVS SAPIENTIAE.

„ 44. MIbchar Hapeninim, *Flos Gem-* „ *marum*. Tractatus de tempo- „ re, & de motu Lunae sine nomine, impr. „ 4. Ebr. *Langius*.

„ XLIV. *Gemmae electissimae. Lapis Lydius.* „ *Obligatio cordium*. Omnia in unum compa- „ cta volumen. Vide singula suis locis. Se- „ quitur אגרת בחינת עולם *Epistola proba-* „ *tionis*, seu *examinationis saeculi R. Aubonith.* „ Agit de vanitate saeculi. Excusa *Venetiis* „ anno 306. Ibidem, & eodem anno reliqua „ impressa sunt; sed *Obligatio cordium* anno „ 308. min. supput. in 4. *Catal. Montf. ex aut.*

Titulus exterior immutandus, ac sequens reponendus מבחר הפנינים ואחרים ספרים Mivchàr appeninìm veacherìm Sepharìm. *Selectus margaritarum, & alii libri.*

Quatuor diversi libri, & equidem omnes impressi, simul in hoc Cod. compacti fuerunt, at illi qui titulum praefixerunt, primum opus enunciare volentes, erraverunt; titulum enim primae Sectionis pro titulo Operis exhibuerunt, adeoque non שער החכמה Sciañgar achochmà, *Porta sapientiae*; sed מבחר הפנינים *Mivchàr appeninìm* nuncupandum fuerat. Sic igitur Codex hic describendus.

I. מבחר הפנינים Mivchàr appeninìm. *Selectus margaritarum*. De hoc libro V. quae diximus superius Cod. XIV. p. 73. huius Pl. nam idem est, sed illius editio est anterior, ac alterius loci, nempe *Cremonae*, quum haec sit Veneta apud *Corn Adelkinad* A. M. 306. C. 1546.

II. בחינת העולם Bechinàth añgolàm. *Examen Mundi*, de quo libro V. *Wolfium*, qui Vol. I. p. 401. illum inter opera *R. Iedaiae Happenini* f. *Abraham*, בדרשי idest *Bedersensis* reponens, haec subdit.. „ Quem librum etiam „ nomine ספר הבדרשי, hoc est *librum Be-* „ *dersensis* appellatum esse ex *Zemach Da-* „ *vid* apparet. Is & ingenio inventus, & sin- „ gulari dicendi elegantia conscriptus de va- „ nitate rerum huius saeculi, rationeque vi- „ tam beatiorem sectandi, & adipiscendi, „ sectionibus XIV. disserit, in fine vero ex- „ stat בקשה sive *precatio Auctoris*, cuius singu-

„ gulae voces a מ incipiunt. De hoc Scri-
„ ptore dixerat superius, vocatum fuisse quasi
„ κατ' ἐξοχὴν המליץ Rethorem, quare post e-
„ numeratis multis editionibus, & versioni-
„ bus *Philippi Aquinatis* testimonium profert,
„ qui in suae Gallicae versionis Praefatione
dicit „ Scriptum hoc, ob sermonis purita-
„ tem, & elegantiam, in Hebraeorum scho-
„ lis praelegi non minus, quam *Ciceronem* in
nostris. Alia de hoc opusculo, loc. cit. videnda relinquo. Quod autem in *Cat. Montf.* legitur, id esse opus *R. Aubonith* (l. *Anbonith*) sciendum est, hoc fuisse cognomen veri Auctoris, sc. *R. Iedaiae Happenini*, addito tamen nomine patris *Abraham*, hoc pacto אנבונ״ט אברם quod etiam advertit *Wolfius* loc. cit. in notis, ubi quidem non *Anbonit*, sed *Anbonet Abraham* impressum legimus. Haec editio est eiusdem *Adelkinad*, eiusdemque anni, ac etiam cum antecedenti libro coniuncta, cuius paginarum numerationem sequitur, eidemque adnectitur sequens.

III. אבן בחן Even Bochan. *Lapis probationis* seu *Lydius*, ex *Iesaiae* cap. XXVIII. 16. De eo *Wolfius* Vol. I. p. 1005. „ Liber mo-
„ ralis & asceticus, qui ostendit, quomodo
„ saeculi vitia cognosci & explorari debeant,
„ quibusve mediis ab illis sibi cavere homi-
„ nes & virtutes sectari possint, dictione iu-
„ cunda & eleganti. Auctor est *R. Kalonymus ben Kalonymi*. Errat *Catal. Montf.* quum adserit, videndum esse hunc librum, & item sequentem suis quemque locis, ut supra relatum est; nam hic diversissimus est ab illo eiusdem tituli, quem descripsimus hoc eodem Pluteo Cod. XVII. p. 76. quod etiam advertit laudatus *Wolf.* l. cit. Haec nostra editio cum duabus antecedentibus simul compacta unita est ab enunciato impressore *Adelkinad*.

IV. חובת הלבבות Chovàth hallevavòth. *Obligatio* seu *Officium cordium*. Complectitur (inquit *Wolfius* Vol. I. p. 236.) „ varia prae-
„ cepta de vita adversus Deum, seipsum, &
„ alios recte, & decenter instituenda, decem
„ sectionibus, quarum I. de Deo, & eius uni-
„ tate. II. Examen de rebus a Deo condi-
„ tis, & conservatis, per quas in Dei noti-
„ tiam perducamur. III. De cultu divino. IV.
„ de fiducia in Deum collocanda. V. de a-
„ ctionibus in honorem Dei dirigendis, vi-
„ tandaque hypocrisi. VI. de humilitate.
„ VII. de poenitentia. VIII. de praestantia ho-
„ minis, & animae eius, respectu ad Deum
„ habito. IX. de necessaria a rebus mundanis
„ discessione. X. de amore Dei. Auctor est *R. Bechai Iudex*, fil. *R. Ioseph Pekuda Hispanus*, qui librum scripsit lingua Arabica, ex qua illum interpretatus est Hebraice *R. Iudas ben Tybbon* filius *R. Samuelis*, sed alii putant Arabicum librum ab ignoto Auctore fuisse exaratum, a *R. Bechai* vero conversum. Impressio est eiusdem *Adelkinad*. A. M. 308. C. 1548.

Cod. Hebr. chart. impr. ut supra, primus liber charactere Rabbinico, reliqui quadrato in 4. min.

CODEX XLV.

פי׳ פרשת בראשית

EXPOSITIO SVPER PRIMVM CAPVT GENESIS.

„ 45. ILlustratio super *Iobum*, MS. Ebr.
„ 4. Ibid. Explicatio primi Capitis
„ *Geneseos*, MS. Ebr. 4. Tractatus quidam *R.*
„ *Iehudah* fil. *Saul*, fil. *Tachum*, MS. 4. Ebr. *Langius*.

„ XLV. פירוש על ספר איוב *Expositio in li-*
„ *brum Iob*, cui nectitur fragmentum in pri-
„ mum caput *Genesis*. Sequitur אגרת המוסר
„ *Epistola Didascalica Ethica R. Iudae bar Sciaul*
„ *aben Tabbun* ad filium suum *Samuelem* de
„ oeconomia. Codex Hebr. MS. in 4. Hu-
„ ius *Samuelis* libellum de *Vnitate Dei*, & a-
„ lium de *Resurrectione Mortuorum* ex Ara-
„ bico *Maimonidis* in Hebraicum conversum
„ habes in Pluteo I. Cod. XXVI. n. XIII. &
„ XXXVIII. pag. 19. *Catal. Montfaucon. ex au-*
„ *tographo*.

Titulus exterior, qui sic se habet פירוש על פירוש בראשית interpretandus fuerat *Commentarius in Commentarium Genesis*; sed neque huic Codici aptatur, neque primo eiusdem opusculo, sicut in multis est.

Non duo tantum, vel tria opuscula, ut ab allatis *Catalogis* docemur, continentur in hoc Codice, sed usque octo enumerantur, videlicet:

I. p. 1. Explicatio nonnullorum verborum, quae habentur in libro *Iob*, hoc ordine, primo loco ponitur Textus, secundo Explicatio Germanica, sed characteribus Hebraicis, tertio explicatio Hebraica, tali pacto.

איש . מיין מאן איין היר .
לשון אדון במו איש האדם׳.

Et hoc est initium: finis vero קרן עור פני׳ Auctor est *Anonymus*.

II. p. 13. *Expositio in quatuor prima capipita Genesis*, scilicet a principio libri usque ad v. 4. cap. VII. Auctore *Anonymo*. Inc. אלה תולדות השמים def. כמו שנזכר אה״כ.

III. p. 8. *Expositio in primam Parasciam Genesis*, Incerto Auctore. Initium desideratur: & prima tria folia sunt diversa inter se: & primum quidem postponendum est secundo. Inc. שהשמים def. ובזה עניין סוד הפרשה

III pag. 32. *Expositio trium sacrificiorum*, quorum primum de *duobus hircis*, & alterum de *ariete*, ex v. 5. cap. XVI. Levitici, tertium de *Vacca Rufa* ex cap. XIX. Numerorum, in principio. Auctore *R. Daniele ben Iudae Didon*. Nemo huius scriptoris mentio-

 nem

nem facit. Inc. שאלני אחד מן החכמים def. ויהיו צדיקים גמורים

V. p. 34. *Expositio trium versuum*, quos vocant *Sanctificationis*: quorum primus ex v. 3. cap. vi. *Iesaiae* in ea verba *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*: secundus ex v. 12. cap iii. *Ezechielis*: *Benedicta gloria Domini*: tertius ex ultimo Psal. cxiv. *Regnabit &c.* Auct. eod. *R. Daniele*. Inc. למקטנם ועד גדולם def. ידוע הוא

VI. p. 35. *b* *Expositio de Creatione duorum Luminarium* ex *Genesis* c. 1. v. 16. Auct. eodem *R. Daniele*. Inc. את שני המאורות הגדולים def. וירם קרן משיחו

VII. p. 38. *Epistola didascalica, oeconomica, & ethica R. Iudae f. Saulf. Tibon* ad filium suum *Samuelem* in eius adolescentia. Inc. Praefatio, versibus expressa. קח מוסר אב Epistola vero בני למצוותי הקשיבה def. forte ויגל לבנו אמן כי״ר Quum *Langius* hanc Epistolam *Tractatum* nuncupaverit: & pro *Tibon*, *Tachum* exscripserit, ut supra relatum est, *Wolfius* Vol. I. p. 455. post num. 7. recte corrigit illud nomen, & hoc opusculum illius Auctoris esse diiudicat.

VIII. p. 52. *b. Documenta* vii. *moralia* ex Talmud. Inc. שלשה דברים def ורשות לה להזיק

Codex Hebr. chart. MS. circa saec. xvi. charactere Rabbinico, a num. III. h. e. a p. 13. ad finem, scriptus manu *Chaiim Iacob Medici*. sicuti adparet in fine p. 37. *b.* & 51. in 4. Constat foliis 54. quorum 12. 51. *b.* 52. *a.* 53. *b.* & 54. vacua sunt.

CODEX XLVI.

הנהגת הגוף

REGIMEN VITAE.

„ 46. Regimen corporis. Liber Medi-
„ cus Anatomicus. MS. Ebr. 4.
Langius.

„ xlvi. אגרת בתי הנהגת הגוף והנפש
„ *Carmina de regimine corporis & animae*. R.
„ *Scem Tov ben Ioseph b. Palkera*. Libellus
„ ethicus & medicus, in quo aliam Epistolam
„ didascalicam scripsisse se dicit, quae fuit
„ impressa *Pragae* cum hoc titulo אגרת
„ הויכח cur haec in eadem editione prae-
„ termissa fuerit nescio, nec alibi editam scio.
„ Epistola supradicta, seu carmina de regi-
„ mine corporis in xvi. Capita dividitur, in
„ quibus praescribit regulas tuendae vale-
„ tudinis. Sequitur in eodem volumine שיר
„ על הנשמה *Carmen de spiritu Abenezrae*,
„ in quo sapientem Auctorem plane desi-
„ puisse videtur; ut enim olim *Lucianus*
„ lucernarum in Caelo nocturna comitia, &
„ concursationes finxit; sic iste Animarum,
„ quae nocturno tempore Caelum conscen-
„ dentes, hominum actiones Angelis refe-
„ rant; hic tamen a suis Iudaeis Chacàm,
„ h. e. *Sapiens* κατ' ἐξοχὴν appellatur. Sanior
„ libellus qui sequitur ברכי נפשי *Lauda ani-*
„ *ma mea*, R. *Bechaì b.* R. *Ioseph*. Collo-
„ quium inter Auctorem, & animam suam,
„ in quo proposita severitate divini Iudicii,
„ eamdem ad meliorem frugem adducit. Suc-
„ cedit קערת כסף *Scutella argentea* R. *Io-*
„ *seph Hazovì* Poetae insignis Hispani. Car-
„ men egregium, in quo docet filium suum,
„ nuper uxoratum, domui suae bene praees-
„ se, & suorum domesticorum curam habe-
„ re. Continet cxiii. versus metricos ad nu-
„ merum Syclorum, quos ponderasse docet
„ Liber Numeror. Cap. vii. v. 13. Scutellam
„ argenteam a *Nahasson* oblatam. *Catalog.*
„ *Montfauc. ex autogr.*

Opuscula vii. & omnia fere poetica hic Codex complectitur, quorum prioris tantum meminit *Langius*, ut supra videre est. Nos illum ita describimus, interimque nonnulla *Catalogi Montfaucon.* sphalmata indicare, & corrigere satagemus.

I. p. 1. בתי הנהגת גוף הבריא ובתי הנהגת הנפש Batthè anagàth Guph abbarì, Vbatthè anagàth anephesc. *Carmen de regimine corporis sani: & carmen de regimine Animae*; sic enim scribitur in titulis, utrique parti praefixis; in duas enim dividitur partes, quarum prima xvi. capitibus comprehenditur: secunda vero, unicum tantum caput habet. Neque hic titulus, ut in *Catal. Montfauc.* vertendus erat *Carmina*, sed *Epistola*, quam sub tali nomine relatam habemus a *Wolfio* Vol. I. p. 1125. ubi dicit esse rhythmicam, & agere
„ *de regimine corporis, & animae*, eamque
„ elaborasse *R. Scem Tov ben Ioseph ben Pal-*
„ *keira*: & eiusdem exemplar in nostra Biblio-
„ theca adservari, hoc Cod. enunciato. Regulae quidem omnes sunt pro tuenda valetudine, ac iuxta capitum numerum sunt sexdecim, videlicet: i. *de cibo*: ii. *de natura ciborum*: iii. *de eisdem secundum quatuor anni tempora*: iv. *de potu*: v. *De somno, & evigilatione*: vi. *de operibus*: vii. *de usu commercii carnalis*: viii. *de lavacris*: ix. *de conservatione membrorum praecipuorum*: x. *de puerpera, & foetu usque ad ortum*: xi. *de infante iam nato usque ad iuventutem*: xii. *de iuventute usque ad senectutis initium*: xiii. *de senibus*; xiv. *de expellendis superfluis humoribus*: xv. *de quatuor humorum praecipuorum certamine inter se*: xvi. *de iis, quae in genere adhibenda sunt ad salutem servandam*. Inter haec nulla Anatomices pars invenitur, ut *Langius male adfirmat*, neque hoc Carmen Epistolae formam praesefert, sed sic placuit suo Auctori illud inscribere. Inc. Proemium אמר אבא מרי ר׳ שם טוב בן פלקירא והוא ככר התבאר *Rhythmus*, seu *Carmen* היותה נאחזת בו לאין סוף def. ראשון

II. pag. 19. *b.* חרוזים על שחוק הסקקי לאברהם אבן עזרא Charuzìm ngal sechòk askaki le *Abraham aben Ngezra*. *Carmen*

men rhythmicum de ludo ſcacchico Abraham Aben Eſra. De hoc carmine fit mentio a *Wolfio* Vol. I. p. 85. ubi de eius editionibus, & verſionibus agitur; at in titulo pro הסקקי ponitur שח מת Arabice, id eſt *Rex mortuus*, Italis *Scacco matto*. Inc. אשורר שיר def. כל הורגיהם תחיה

III. p. 20. מליצה צחה על צחוק הסקקי עשה ר׳ בונסיור אבן יחייא melizà zacàñgàl ſecòk askaki ñgasà *Rabbì Bonſior ben Iachiia. Oratio elegans de Ludo Scacchico, quam fecit R. Bonſenior* (Italice *Bonſignore*) *ben Iachiia*. Idem *Wolfius* Vol. I. pag. 230. hunc ipſum Auctorem, eamdemque Orationem commemorat, eo quod illam, una cum ſupradicto *Aben Eſrae* carmine, viderit impreſſam *Oxoniae* anno 1694. & 1702. 8 opera *Thomae Hyde*. Inc. בראשית ממלכת def. כצאת שמש בגבורתו Haud equidem divinare poſſem, unde factum ſit, quod in *Catal. Montfauc.* duo praedicta opuſcula *de Scacchiludio* praetermiſſa fuerint; & quod magis mirandum eſt, ipſamet ſub alio diverſiſſimo titulo ſint expoſita, ſcilicet *Carminis de ſpiritu Abenezrae* &c. ac *Colloquii inter Auctorem & Animam* &c. ſicut ibi clare patet; inter quae inſignis diſcrepantia intercedit, ut ex titulis a nobis fideliter relatis manifeſtum ſit.

IV. p. 22. *b.* קערת כסף לחכם ר׳ יוסף האזובי Cañgaràth cheseph lecachàm *R. Ioſ. Aezovì*, vel *Haëzobi. Scutella argentea ſapientis R. Ioſ. Haëzovì*, ſeu *Aeſopii*, ſc. *Hyſſopaei*, Poetae Hiſpani *Perpinianenſis*, ut *Wolfio* placet Vol. I. p. 501. & ſeq. ubi hunc libellum ſic explicat „ *Scutella argentea*, ex Numeror. VII. 13. Li„ ber moralis, idemque Rhythmicus, verſi„ bus 130. Secundum pondus ſcutellae loco „ Scripturae citato memoratae, quo inſtrui„ tur filius eius, quomodo adverſus coniu„ gem, liberos, & familiam gerere ſe de„ beat. Prodiit *Cpoli* 290. C. 1530. Numerus equidem verſuum, ut ex modo dictis apparet, debuerat eſſe 130. at in noſtro exemplari non ſunt amplius quam 128. forte ob Amanuenſis oſcitantiam. Hoc carmen cum Latina *Iohannis Beuclini* verſione legendum tibi praebet laudatus *Wolf.* Vol. IV. pag. 1142. ſeq. ubi tamen Diſticis 131 comprehenditur. cui numero, uno tamen verſu minor, Latina verſio reſpondet. Inc. שורה בני def. כאברהם ושרה Quae ſequuntur in praefato *Montf. Catal.* penitus reticentur.

V. p 25 *b. Rhythmus* in laudem ſupradictae Poëſeos, Auctore *Anonymo*. Inc. נפש כרבש למתוק def. קנה מוסר

VI. p. 26. *b.* חרוזים לר׳ אברהם בן עזרא אשר נתאכסן בבית קמצן ובצאתו מביתו נטל ממנו רשות זהו רשותו Caruzìm le *Rabbì Abraham ben Ngezra* aſcèr nitachsàn bevèth camzàn uvezeethò mibbethò natàl mimmennù reſciùt: zeù reſciuthò. *Carmina* R. Abraham Abenezra, *qui receptus hoſpitio fuit domi cuiuſdam avari: atque inde egrediens, ſic diſcedendi licentiam expoſcit. Haec eſt licentia.*

VII. p. 27. Carmen Epithalamicum abſque titulo; ſed elaboratum fuit pro nuptiis *Lazari Volaterrani*, & *Annae Piſanae*. Auctor eſt idem *Abenezra*. Inc. יום תשוטט נפשי def. ישמרו כל משמרת משמרת

Cod. Hebr. membr. MS. duabus diverſis manibus, ſaec. XV. & XVI. charactere Rabbinico in 4. min. Conſtat foliis 30.

CODEX XLVII.

ארחות עולם

VIA MVNDI.

„ 47. ORechoth Elam. *Semitae Mundi.* „ Tractatus de Paradiſo, aliiſque „ variis. MS. 4. Ebr. *Langius*.

„ XLVII. אגרת ארחות עולם. Ighereth a„ rechoth ñgolam. *Epiſtola viarum Mundi*, „ ſeu *ſaeculi*. Liber Geographiae univerſalis, „ ex noſtris Auctoribus collectus a *R. Abra*„ *hamo bar Mordachai* Avenionenſi, cogno„ mento *Periſſul*. Ab his tamen non raro de„ flectit, & in fabulas dilabitur: quas ex Iti„ nerario *R. Beniamin* hauſit. Inſignis eſt il„ la de Regno Iſraëlitarum in partibus inte„ rioribus Africae, & flumine *Sabbathio*, & ut „ ipſe ſcribit, *Sambathio*: & de Politia decem „ Tribuum, quas *Salmanaſar* Rex Aſſyrio„ rum in captivitatem duxit: &, ut ipſe ait, „ *Alexander Magnus* intra portas Caſpias al„ tiſſimo muro concluſit. Cod. Hebr. MS. ſed „ olim editus *Ferrariae*, atque *Venetiis* in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus in noſtro Cod. praefixus operi, pro אגרת *Epiſtola* legitur ספר *liber*, quamvis in ſubſcriptione, quam referemus, אגרת legatur. De cognomine Auctoris diſputatur a Criticis. *Wolf.* Vol. I. p. 89. dicit „ *Perizol* (vel rectius פריצול „ aut פריסול quomodo & *Bartoloccius* vo„ cat) ab umbella manuaria, ardorem So„ lis amoliente, voce Italica (*Paraſole*) ut „ monuit *Hydius* Praef. ad librum *Perizo*„ *lii*, ſicut & *R. Aſarias* in Meor Enaiim „ p. 91. *b.* vocat פריצולה vocatus. In enunciata ſubſcriptione פריצול ſcriptum fuit *R. Beniamin*, ex cuius *Itinerario* nonnullas fabulas hauſit Scriptor noſter, ut ſupra in *Catal. Montfauc.* adſeritur, fuit filius *Ionae*, *Tudelenſis Hiſpanus*, qui ſuum per tres orbis partes ſuſcepit iter A. M. 4920. C. 1160. ac XIII. annorum ſpatio illud confecit. De eo, eiuſdemque Itinerario idem *Wolfius* videndus p. 247. & ſeqq. Quod autem in eodem *Catalogo* (forte ex Bibliotheca Rabbinica *Sciabathai b. Ioſeph* auctoritate deſumta) hoc Geographicum opus impreſſum fuiſſe *Ferrariae* A. M. 285. C. 1525. adfirmetur; id ut falſum, a laudato *Wolfio* eluitur loc. cit. in notis, ubi ait „ Editio illa *Ferrarienſis* fruſtra „ quaeritur, & inde conficta eſt, quia *Perizol*

„ *zol* p. 185. ed. *Oxon.* teftatur, fe an. 285. „ menfe *Chefvan* librum fuum Ferrariae fcribere cepiffe, abfolviffe autem menfe *Caflev* in Novilunio. Hinc vero non fequitur, „ ibidem quoque lucem vidiffe. Verae autem editiones ab eodem Cl. V. recenfentur, quas ibi videndas, una cum quibufdam notabilibus, relinquo. Duo tamen praetereunda non funt, quorum alterum eft defcriptio operis hifce verbis. „ אגרת ארחות עולם h. e. „ *Epiftola*, quae infcribitur, *Itinera*, feu *Semitae Mundi*, ex *Iobi* xxii. 15. in qua de „ tribus Mundi partibus, infulis remotis, Sabbatione, aliifque, quos Iudaei habitant, locis, itemque Horto Eden, xxx. capitibus Auctor differit. „ Differit etiam de Mundo novo, fc. de quarta parte: ubi narrat (p. nobis 29.) fe quaedam de ea audiffe referre coram Magnifico *Laurentio Medico* (obiit hic Excellentiffimus vir an. 1492.) & *Petro* eius filio, a quodam viro, ab Aegypti Sultano ad ipfum *Laurentium* miffo, cum muneribus *Ialappae*, aromatum ac balfami. *Ialappa* radix quaedam eft, ab India Occidentali, h. e. Mundo novo ad Africam, indeque ad Europam advecta, nobis *Sciarappa*. V. Dictionarium *Nicolai Lemery*, quod infcribitur: *Traitè univerfel de drogues mifes en ordres alphabetique*. *Parif.* 1714. in 4. fecunda editio correcta & aucta. Capita vero huius libri in noftro Cod. funt xxxi. ultimum enim eft de rebus quibufdam rarioribus: puta de metallorum fodinis, melle, cera, faccharo, gemmis, & aliis. Alterum vero, quod minime praetereundum cenfebam, eft, ipfum peritiffimum *Wolfium* optime divinaffe p. 90. ex breviffima *Langii* relatione, noftrum hunc librum eumdem effe, ac illum a fe modo defcriptum. Inc. Praef לחניח רבים Opus vero הסכימו החכמים def. פרח הוא והרביעי Subfcriptio autem Auctoris, quae in noftro Codice adpofita eft ad calcem p. 32. paululum atramento deleto, fic fe habet: זהו מה שהגעתי אני אברהם פריצול יש״ו גר פירארא לכתוב באגרת הזאת היום ר״ח כסלו רפ״ה ואתנה שלוחים לשר השוב בישראל לזכרון *Hoc eft, quod mihi Abraham Perizol* (*quem fofpitet Deus*) *incolae Ferrariae fcribere contigit in hac Epiftola, hodie, die primo menfis Chislev*, (i. Novembris.) *anni* 285. (C. 1525.) *& dono dedi cuidam principi nobili in Ifrael, ad rei memoriam.*

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico, faec. xvi. in 4. Conftat foliis 33.

CODEX XLVIII.

חלק מהזוהר

PARS SPLENDORIS.

„ 48. PArs libri Sohar MS. 4. In eod. „ Vol. *Tractatus eiufdem fere materiae fine nomine*. MS. 4. Ebr. *Langius*. „ xlviii Pars altera *Libri Zoar*, cum adnotationibus Latinis ufque ad finem totius o- „ peris. Sequitur ספר בוזרי *Liber Cozrì*. Tractatus infignis. Arabice primum fcriptus fuit „ ab *Ifahaco Alfangiari* (perperam alii *Almangiari*) *Mangicum* enim nihil eft: *Sangia*, five *Sangiar* autem urbs celeberrima in Mefopotamia, & ab *Ulug Beigo* in „ Tabulis Geographicis in eadem regione collocatur, in latitudine gr. 36. & longitudine „ gr. 76. Deinde Hebraice redditus eft a celebri Arabicorum operum traductore *R. Iuda aben Tabbun*. Dialogus doctus inter Regem *Cozrì*, & Iudaeum, qui *Chaver*, h. e. „ *fapiens* dicitur: & Regi *Cozrì* Iudaicae Religionis articulos fuadere nititur, ac tandem perfuadet. Editus fuit a *Ioanne Buxtorfio* filio cum notis, quas illi miniftrarunt variorum in eumdem Dialogum fcholia. Nota interim nomen *Cozrì* non Perfarum Regem indicare, ut idem *Buxtorfius* credidit, & alii eius auctoritate ducti; fed „ quorumdam Tartarorum, quorum regio „ Geographicis Arabum dicitur *Chozr*, aut „ *Chozar*, eiufque regionis incolae *Chozr*, aut „ *Chozari*. De hac agit Auctor libri . . . . „ *Elenchi mirabilium Abulpheda* Apameae Princeps, & in fuo *Canone Abu Richan Albairuti* non *Albiruni*. ut male *Graevius* (in edit. „ *Bravius*) in binas Tabulas geographicas, „ unius puncti defectu hallucinatus; *Birum* enim *portentum eft*, non nomen: *Bairus* „ vero eft nomen urbis cuiufdam Phoeniciae „ maritimae, quae antiquis *Beritus*, celebre „ Emporium, & Sapientum, tum Graecorum, „ tum Arabum, Lyceum. In Tabulis Perficis *Nofair Altufaei* legitur *Belengiar*, quae „ eft fedes Regis *Chozr.* in latitudine grad. 46. „ 30. longitudine grad. 85. 20. *Catal. Montf.* „ *ex autogr.*

Quod autem ad primum opus, feu verius opufculorum imperfectam complexionem, mendis quidem plurimis, ac lacunis nonnullis fcatentem, haec mihi dicenda fuperfunt.

I. חלק מהזוהר Chelech Meazoar. *Pars* (*libri*) *Zohar*, feu *Splendoris*. Circa hunc librum V. quae fuperius diximus in Codicis II huius Pl. recenfione, fupra p. 64. & circa hanc partem (nam eadem eft) in N. 1. Cod. xxxviii. eiufd. Plutei. Hoc item exemplar, ac illud, principio caret; incipit enim ab his verbis רבי שמעון פתח ואמר הולך רכיל quae in exemplari edito occurrunt p. 61. col. 2. v. 53. & in ea definit דלא אתעצב quae funt in pag. 68. col. 4. v. 4.

II. p. 41. פרשת אלה תולדות נח Parafciàth elle Toledòth Noàch. *Sectio. Hae funt generationes Noe*. Haec eft fecunda fectio *Pentateuchi*, quae e praedictis verbis initium habet, ex v. 9. cap. vi. Genefeos. A principio ufque ad pag. 50. *b.* exfcripta funt quaedam alterius Auctoris, quae inc. ר׳ פתח בהאי קרא מצאוני השומרים def. דתבעי רחמין על עלמא ומברין Pars vero *Libri Zohar* inc. in editione

ne p. 47. col. 4. v. 13. ר׳ אליעזר אמר אלה def. נכתם עוונך לפני

III. p. 53. *b*. Alia pars eiusdem Libri *Zohar*, quae initium habet a v. 1. cap. XVII. eiusdem Pentateuchi, & in citato nostro exemplari edito reperitur in pag. 62. col. 3. v. 5. ubi legitur רבי יצחק אמר ר׳ יהודה Def. autem כבוד יי יאספך

IV. p. 69. Opusculum Cabbalisticum, absque titulo, & Auctoris nomine; agitur tamen de Dei nomine. Inc. והוא סוד מקדש def. סוד זכות

V. p. 101. ספר כוזרי Sepher Cozrì. *Liber Cosrì*, vel *Cosrì*, ut *Wolfius* habet Vol. I. p. 440. ibique subdit „ ut vulgo vocatus, & a „ *Buxtorphio* quoque inscribitur, rectius *Liber* „ *Hachosar*, aut *Hachosari*, si Catalogum Bi- „ bliothecae Leidensis p 255. n. 23. audimus, „ appellandus; unde & a *Thoma Hydio* pas- „ sim *Cosari*, & a *Manasse ben Israel*, *Cusari* „ dici solet. Continetur hoc libro Disputa- „ tio de vera Religione. V. ibi cetera, quae sequuntur, ac praecipue de variis huius operis editionibus. De Auctore, atque interpretibus haec sunt advertenda; perperam enim in *Catal. Montfauc.* relatum fuit „ hunc „ Tractatum Arabice primum scriptum fuisse „ ab *Isahaco Alsangiari*: qui tamen illum *Lingua Corasena* exarasse creditur. At audiendus est *Wolfius* loc. cit. „ Colloquium [inquit] „ hoc cum Rege isto habuisse dicitur Iudaeus „ *Isaac* סנגרי quod primus tradit *Schem Tov* „ in ספר אמונות Porta II. c. 4. qui eundem „ ait Dialogum suum in literas retulisse lingua „ Arabica [dicere voluit *lingua Chorasenorum*, quomodo recte emendat *Schalscheleth* p. 40. *b*.] „ unde deinceps a *Iehuda Levita Arabice*, ac „ postea a *R. Iehuda Tibbonide Hebraice* trans- „ latus fuit, &c. De cognomine vero *Sangiar*, sive *Alsangiari* haec subdit in Notis. „ Alii vocant יהודה אלמנגרי *Iehuda Alman-* „ *gari*, praeeunte *Schalscheleth* p. 40. *b*. *R.* „ *Asarias* vero in *Meor Enaiim*, *Changari* „ חנגרי quod *Bartoloccius* legit *Chanagri*, „ quorum uterque cum ad *Schem Tov* provo- „ cet, qui l. c. סנגרי appellat; manifestum est „ in hac extrema lectione, cum *R. Muscato* „ & *Buxt.* acquiescendum: & in prioribus „ appellationibus vel Auctorum, vel Libra- „ riorum lapsum agnoscendum esse. In ipso „ libro nunquam huius nominis fit mentio; „ sed Dialogista Iudaeus simpliciter vocatur „ החבר i. e. *Socius*, seu *Eruditus*, quem hoc „ nomine insignire solent Iudaei. V. etiam eundem *Wolfium* Vol. III. p. 322. n. 741. ubi decernit „ הכוזרי qui saepe in ista disputatione „ memoratur, *est Rex Cosareorum*. Et Vol. IV. pag. 1022 num. XV. „ Opus hoc exscriptum fuit in membrana nitido charactere saeculi XV.

Cod. Hebr. chart. & membr. MS. Rabbinico charactere saec. XV. & XVI. in 4. Constat foliis 164.

CODEX XLIX.

דרשות על התורה

PRAEDICATIONES SVPER LEGEM.

„ 49. Deraschoth al Hatorah, *Sermo-* „ *nes in Legem*. MS. Ebr. 4. *Langius*.

„ XLIX. דרשות על התורה Derascioth ngal „ atthorà. *Conciones*, seu *Homiliae in Pen-* „ *tateuchum* Anonymi Auctoris. Cod. Hebr. „ MS. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus proprius hic esto; quamquam neque interius adpareat.

I. p. 1. פירוש על פירוש אבן עזרא על התורה Pirùsc ngal pirùsc *Aben Ngezra* ngal atthorà. *Commentarius in Commentarium Abenezrae, in Legem, seu Pentateuchum*. Auctor reticetur Inc. ואם האמת Def. in p. 39. *b*. בפסוק שלפני זה

II. p. 40. Fragmentum circa rationem Expiationis publicae de Hirco, de qua tractasse dicitur *Maimonides*. Inc. אמנם החכמים def. זאת הכוונה גם כן

III. p. 40. *b*. Commentarius eiusdem *Anonymi* super prima Sectione, qui praetermissus fuit suo loco, videlicet p. 13 *b*. in fine, ibique habetur ipsius *Anonymi* notula de hac repositione. Inc. ועוד הכהן def. ונכרך כנחש

IV. p. 45. *b*. Fragmentum circa quamdam *Azimorum benedictionem*. Inc. תקנו רבותינו def. ואחשדרפנים

V. p. 46. Fragmentum parvum *de Praedestinatione*, a qua libertas humana non laeditur. Auct. *Anonymo*. Inc. ידיעת השם בעתיד def. ומודיע בעולם טבעם

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. XV. in 4. Constat foliis 46.

CODEX L.

חזות קשה

VISIO DVRA.

„ 50. Visio dura *Isahac Arama*. impr. „ Ebr. 4. *Langius*.

„ L. חזות קשה Visio dura, *R. Isahac Ara-* „ *ma*. Codex Hebr. impr. *Sabionetae* anno „ 5312. nostro 1552. V. supra. *Catal. Montf. ex autogr.*

ספר חזות קשה Sepher chazùth chascià, *Liber visionis durae*. Auctore *R. Isaac ben R.* Mo-

Mosis ben R. Meir, & interdum ערמאה *Arama* nuncupato. Liber hic est alterum exemplar eiusdem operis, atque impressionis, quod supra in hoc Pluteo adservatur Cod. IV. num. I. p. 65 ideoque ad ea, quae ibi dicta fuerunt, regrediendum.

Cod. Hebr. chart. impr. *Sabionetae* apud *Tobiam Phoa*, A. M. 312. C. 1552. in 4.

CODEX LI.

פירוש קהלת

EXPOSITIO ECCLESIASTES.

„ 51. EXpositio in Ecclesiasten. MS. in „ 4. Ebr. fine principio. *Lang.*

„ LI. פירוש הקהלת Expositio litteralis in „ Ecclesiasten. Commentarius prolixus *Anonymi*. Huic nectuntur Dissertationes duae. „ על שכל מעשי ועיוני *De intellectu agente & possibili*: cuius aliud exemplar exstat in Bibliotheca Vaticana. Omnia sunt MSS. in „ Hebr. Codex in 4. *Catalog. Montfaucon. ex autogr.*

I. p. I. פירוש על קהלת Pirùsc ngal Coheleth. *Commentarius in Ecclesiasten*. Titulus & Auctoris nomen non adparent, ac initium Praefationis desideratur. Haec incipit ab his verbis יש לו יתרון שהוא דעתו des. Comment. autem פרשו הראשונים des. in p. 159. v. 9. הגמול הטוב

II. p. 153. *De unione Animae cum intellectu abstracto*. Dissertationes duae absque titulo, & Auctoris nomine. Incip. prima באשר הכרתי des אמרתי הדרך ושלום עליכם secunda des. incomplete ולהיותו

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico, saeculi circiter XV. in 4. Constat foliis 160.

CODEX LII.

סדור תפילות

LIBER ORATIONIS.

„ 52. SEder Tephilloth. Liber Precum „ Iudaicarum. MS. 12. *Langius*.

„ LII. סדר תפילות Ordo Precum, seu „ Εὐχολόγιον & ἀνθολόγιον Hispanum, in quo „ impia quaedam contra Christianam religionem in officio diei *Purim*. Sequitur in „ eodem volumine Tractatus alius, cui Titulus פרקי אבות *Capitula Patrum*. De his „ V. supra in Cod. XXIX. Pl.I. Codex Hebr. MS. *Catal. Montf. ex autogr.*

Duos libros continet hic Codex, quorum alterum reticet *Langius*.

I. p. I. סדור תפילות Siddùr Tephillòth, *Ordo*, seu *Rituale Precum*, quod per totum annum excurrit, & est secundum ritum Italicum, non Hispanicum. Quod autem in *Catal. Montf.* dicatur, &, ut puto, ex *Bartoloccio* Vol. IV. pag. 326. „ in eo impia quaedam esse contra Christianam Religionem, id confirmatur testimonio *Gabrielis Groddeckii* in Pseudonymorum Hebraicorum Hexecontade, a *Wolfio* Vol. IV. pag. 1005. relata, ubi pag. 1035. Hexecont. LIX. haec leguntur: „ סדר „ תפלות *Ordo precum*. Ita collectiones, quas „ Iudaei quotidie recitant, inscribuntur, huiusmodi collectiones diversae exstant, nec „ eodem tamen modo omnes se habent, simili forte discrimine, quod circa Breviaria, in Ecclesia Romana recepta, observare „ licet. Omnium harum precum Auctores, „ etsi Iudaei communiter tradant, fuisse Viros Synagogae magnae; quorum praecipuos „ *Haggaeum*, *Zachariam*, *Malachiam*, & *Esdram* numerant; observarunt tamen Viri „ docti, quarundam precum originem tam „ antiquam non esse, ideo quod Christiani „ in nonnullis tacite pungantur, quemadmodum constat de praecibus עלינו לשבח & „ ולמלשינים, quarum hae, iussu Seren. Regis Borussiae A. 1703 Iudaeis interdictae: „ in illis vero verba Christianos concernentia omittenda esse sancitum fuit. De quibus duae *Christiani Waltheri* Disputationes „ Academicae *Regiomonti* A. 1704. habitae „ consuli possunt. Idque magis apparet in „ maiori illa collectione precum מחזור, seu „ CYCLVS dicta, qua preces, quas Iudaei diebus festis maioribus recitant, rhythmico „ sermone admodum difficili continentur, „ quarum praecipui Auctores dicuntur *R. Eliezer Hakkalir R. Isaac* fil. *R. Iehuda Aben* „ *Giuth R. Amnon*, *R. Jekuthiel* fil. *Mosis*, *R.* „ *Beniamin* fil. *R. Samuel*, *R. Simeon* fil. *R.* „ *Isaac*, &c. De variis editionibus talium librorum V. *Bartolocc.* Vol. IV. f. 307. 322. „ Inter praestantissimas merito referenda editio Bononiensis, quae in usum Synagogae „ Romanae, cum Commentariis prodiit anno „ 301. 2. Voll. in fol. ut & Veneta A. 426. „ 3. Voll. in 8. Nostrum exemplar MS. inc. קומי לך רעיתי des. אלהי אל תדינני כמעלי יפתי ולכי לך

II. p. 184. פרקי אבות Pirchè Avòth, *Capitula Patrum*. De his vide supra Pl. I. Cod. XXIX. p. 22. ubi habetur editio Veneta 1553. cum Commentario, ac quadam additione in fine: quae heic desiderantur. Inc. משה קבל תורה des. ודע מתן שכרן של צדיקים לעתיד לבא

Codex Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico saec. XV. & a pag. I. ad totam 46. nova manu sequentis saeculi suppletus in 16. Constat foliis 204.

CO-

CODEX LIII.

חלק מהזוהר

PARS SPLENDORIS.

„ 53. PArs libri Sohar, MS. 4. Ebr. Eo- „ dem Vol. Liber Bahir MS. 4. Ebr. *Langius*.

„ LIII. Altera pars Libri Zohar, cui necti- „ tur *Liber Candidus*, de quibus supra n. 2. „ item Sepher הנקוד de Punctis, *Anonymi*. „ opus inextricabile, & irremeabilis error. Sy- „ rus Auctor tractans hoc idem argumentum, „ nuncupavit librum suum רשת הנקוד *Re-* „ *te Punctorum*. Profecto adeo prolixus, & „ adeo irregularis, variusque est totus iste „ apparatus punctationis Orientalium, He- „ braeorum, inquam, & Syrorum, ut rete „ quoddam merito dici possit, ad laqueum „ ac torturam discentium excogitatum. Cod. „ Hebr. MS. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

Quoniam in hoc Cod. qui enunciatur sub solo titulo חלק מהזוהר Chelech meazoar, *Pars splendoris*, exhibetur farrago quaedam ex eodem, atque aliis libris: tum nonnulla alia a nostris Bibliographis praetermissa, ideo hac ratione ea omnia indicanda censemus.

I. pag 1 Principio huius Codicis habetur fragmentum quoddam ex *Libro Splendoris*, de quo V. quae diximus in Codd. II. XXXVIII. ac XLVIII. huiusmet Plutei, quod in nostra editione, in praedicto Cod. II. posita, reperitur in Libro Numerorum, pag. 68. col. 4. v. 36. & incipit אמר proceditque usque ad finem illius capitis. Postea in eodem folio subiungitur aliud *Fragmentum super Ezechielis Quadriga*: in cuius margine ponitur Adnotatio super ipso, excerpta ab *Ionathan* fil. *Vzielis*, qui Paraphrasis Chaldaicae Auctor dicitur Deinde p. 2. succedunt alia ex eodem *Libro Splendoris*, atque item Numerorum libro: & ea invenies in dicta editione in pag. 61. col 3. v. 9. ubi legitur תנא רזי דרזין at in hac transcriptione amanuensis progreditur per saltus, nonnullaque ex aliis Scriptoribus inserit: definit autem in nostro Codice p. 8. v. 16 in verbo בגיניהון quod in editione deprehendes p. 68. col. 2. v. 53. Hinc adnectuntur alia ex eodem libro, quae prosequuntur usque ad p. 21 *b* v. 22. ubi sunt quaedam ex Deuteronomio, quae in editione respondent iis verbis אמר ר' יוסי in p. 144. col. 3. v 24. usque ad illud in p 45. col. 1. v. 5. מטרוניתא Et hucusque circa *Librum Splendoris*, cuius Auctor est *R. Simeon ben Iochai*.

II. p. 22 *b*. Dissertatiunculae duo Cabbalisticae de *Dei nominibus*. Inc. prima זו היא ועל דרכין נגה אור def. ידיעת הבורא Secunda inc. אלו ו' חותמות def. in p. 23. v. 23. משפחת ראובן וגו'

III. p. 23. v. 23. זהו ספר יצירה Zeù Sepher Iezirà. *Hic est Liber Iezirà*, h. e. *Creationis*: de quo V. Pl I. Cod. LXI. n. IV. p. supra 61. sed praecipue Cod. XXIII. huius Plutei p. 15. *b*. verbo מפי; nam quum in hoc Codice nil aliud huiusce operis exscriptum fuerit, quam Praefatio, in qua aliqua sunt, quae in editione desiderantur, & Index capitum, quae sunt XXXII. ibi indicatur eius numeri ratio.

IV. p. 24. *b*. 3. p. 24. *b*. Fragmentum de punctis vocalibus. Inc. ונקראו נקבות def. והם קמץ ופתח

V. Ibidem versus septimus Psalmi XXXI. tribus vicibus repetitus exaratione *βουστροφηδὸν* adpellata; secunda enim vice more Occidentali scriptus est.

VI. p. 25 קבלה אחרת Chabbalà acherèth, *Cabbala alia*. Post hunc titulum legitur: וזאת ליהודה i. Et hoc *Ieudae* ex Deut. XXXIII. 7. (forte *Iehuda* est nomen Auctoris) Agit praecipue de nomine Cabbalae. Inc. קבלה ודרכיה def. כל הנביאים

VII. p. 30. Tractatus brevis *de Dei Nominibus* per arithmeticam expressis. *Incerto Auctore*. Inc. בחשבון מרובע def. יבא המלך והמן היום אהיה

VIII. p. 31. ספר היחוד Sepher aiechùd. *Liber Vnitatis*, sc. *Dei*. Idem opusculum, ac in Cod. XX n. III. huius Plutei; at heic est valde mutilus; quum duobus tantum foliis paulo plus comprehendatur. V. quae ibi dicta fuerunt.

IX. p. 33. *Commentarius brevis in Orationem*, Auct. *Anonymo*. Inc. ה' הגדול הגיבור והנורא def. במביא גואל

X. pag. 33. *b*. פירוש ספר יצירה Pirùsc Sepher Iezirà. *Expositio Libri Iezirà*, scilicet *Creationis*. Auct. *Anonymo*; Heic autem tantum ponitur prolixa Praefatio, quae incipit דע כי def. ומעלותיה המחבר neque adposita est ulli ex quinque Commentariis editis, qui in supradicto Cod. XXIII. huius Plutei continentur.

XI p. 42. *b*. *Excerpta quaedam ex Libro Morè R. Mosis Maimonidis*. Inc. ואומר בתחלה def. והחלול

XII. p. 43. *Explicatio Cabbalistica Mysteriorum Nominum Dei*. Auct. *Anonymo*. Inc. ועתה אפרש לך def. בין תבין את אשר לפניך ex v. I. cap. XXIII. Proverbior.

XIII. p. 45. ספר הבהיר Sepher Abaìr. *Liber illustris*. Auct. *R. Nechonia ben Kanà*. Idem opus, ac supra in Cod. V. n. v. huius Plutei; quare V. quae ibidem adnotata fuerunt.

XIV. pag. 62. פירוש הנקוד Pirùsc anichùd *Commentarius de punctis*, quae *in scriptura Hebraeorum pro vocalibus inserviunt*. De hoc opusculo V. quae in *Catal. Montf.* dicta fuerunt. Inc. דע לך אחי def. מלח

Cod. Hebr. membr. & chart. MS. charactere Rabbin. saec. XV. in 4. min. Constat foliis 75.

CODEX LIV.

SINOPSIS LEGVM IMPERATORVM SINENSIVM.

„ 54. Liber Sinensis MS. 4. in serico
„ complanato, Sinice, vel Chini-
„ ce. *Langius*.

„ LIV. Synopsis Legum Imperatorum Si-
„ nensium. Codex Sinicus impressus valde la-
„ cerus. *Catal. Montfauc. ex Autogr.*

Codex hic neutiquam est MS. neque in serico complanato, ut *Langius* habet, sed impressus in charta Sinensi. Huiusmodi charta ex secunda membrana cuiusdam arboris, quae *Bambon* appellatur, prius macerata: inde formis, ut moris est apud nos, efficitur: & haec est subfusci coloris. Alterius speciei fit ex serico, ut supra praeparato, atque item efformata: & haec est candidissima; utraque tenuissima est, ita ut ab altera tantum parte vel scribatur vel imprimatur. Scriptura autem huiusce Nationis est per lineam rectam a summo ad imum paginarum, quibusdam distincta spatiis seu lineis ad versuum separationem. Ars typographica, non per characteres fusos, sed in tabulis ligneis exsculptos exercetur. Scriptura vero more occidentali a sinistra ad dexteram procedit, atque etiam huic ritui omnis librorum impressio ac dispositio est concors. Haec me docuit adm. R. P. *Hippolytus Nardius* Liburnensis, Soc. Iesu, qui septennio & amplius in Sina est commoratus.

Cod. Sinen. chart. colore subfusco, & aliquantum lacerus, impr. in 4. oblongo. Constat foliis 168.

PLUTEI II. FINIS.

ERRATA CORRIGENDA, AC QVAEDAM IMMVTANDA.

Pag. 62. in Tit. *lege* HEBRAICOS. p. 70. c. 2. v. 25. l. *Codicibus*, pag. 72. c. 2. v. 8. 118. l. 117. pag. 77. c. 2. v. 64. *aliiud* l. *aliud* p. 78. c. 2. v. 56. l. *supputationis*. pag. 81. c. 2. v. 9. & 10. l. *secundus in Catal.* Langii ac Montfauc. *impresso reticetur. Primus*. p. 82. c. 1. v. 3. in loco punctorum repone *in Cod. XXVI. Pl. I.* pag. 92. c. 1. v. 30. l. *Achochmà*. c. 2. v. ult. l. 313. pag. 94. c. 1. v. 19. l. *nomen Auctoris legitur*. pag. 95. c. 2. v. 26. *Auctor est incertus* deleatur. p. 101. c. 1. v. 46. l. *Reuchlini*.

BIBLIOTHECAE
MEDICEO-LAVRENTIANAE CATALOGVS
PLVTEVS III.

QVI CONTINET CODICES XVI.

OMNES HEBRAICOS PRAETER VNVM LATINVM.

EORVMQVE XI. SVNT MSS. IMPRESSI VERO V.

In hoc eodem Pluteo adſervantur Capſulae IV. in quarum prima clauduntur Biblia Latina, in reliquis tribus Libri nonnulli Sinenſes.

CODEX I.

חומש וה מגלות

PENTATEVCHVS, ET QVINQVE HISTORIAE.

„ I. SEpher thorah, ſive Pentateuchus cum Comment. *R. Selomoh Jarchì*, cum Targum uſque ad caput XII. Numer. eod. vol Megilloth ſive V. libelli, „ *Cantica* nempe, *Ruth*, *Eccleſ. Threni*, & *Eſther*. *Chetubim* ſive *Hagiographa*, omnia „ ſcripta Hebraice a *Solomone F. R. Chaſdai*. „ MS. fol. mag. Ebr. *Langius*.

„ I. ספר התורה Sepher Thorà, *Liber Legis*, „ h. e. *Pentateuchus*, cum Commentario *Raſcì*, h. e. *R. Salomonis Iarchì*: & cum Targum ſive Paraphraſi Chaldaea uſque ad „ caput XII. Numerorum. Item ספר חמש „ מגילות Sepher chamèſc Megilloth. *Liber* „ *quinque Voluminum*, cum Commentariis. „ Ad haec כתובים Chetubìm, h. e. *Hagio-* „ *graphi*, [haec tertia pars huius Codicis reticetur in edit.] „ Cod. Hebr. MS. vetuſtiſſimus, & nitide ſcriptus in fol. magno, manu *Solomonis b. R. Chaſdai* (in edit. *Cheſdan*) *Catal. Montf. ex autogr.*

Deſcriptio huius inſignis Codicis haec eſt, quam heic adponimus.

I. p. 1. *b.* תורה Thorà. *Lex*, i. *Pentateuchus*; h. e. *Geneſis*, *Exodus*, *Leviticus*, *Numeri*, & *Deuteronomium*, cum *Targum* ſeu *Paraphraſi Chaldaica* in margine, uſque ad v. 14. cap. XII. Numerorum: & cum Commentario *Raſcì*, ſc. *R. Salomonis Iſahacidis*, item in margine uſque ad v. 23. cap. XIII. eiuſdem libri: qui explicit in pag. 70. *b.*

II. p. 104. חמש מגילות Camèſc Megillòth. *Quinque Volumina*, i. *Ruth*, *Threni*, *Eccleſiaſtes*, *Canticum Canticorum*, & *Eſther*, cum *Targum*, alternis verſibus; at in *Cantico* & *Eſther* minore charactere, & cum Commentario *Raſci* in quatuor priores libellos: in *Eſther* vero *Incerti* Auctoris. Hic Commentarius inc. כשנתיישב במלכות deſ. . . . . . .

III. p. 130. כתובים *Chetubim*, *Agiographi*. Ii ſunt *Pſalmi*, *Proverbia*, *Iob*, *Daniel*, *Eſdras*, *Nehemia*, & *Paralipomenon*; ut recenſentur in Canone Hebraeorum. In *Pſalmos*, *Proverbia*, & *Iob* habetur *Targum* alternis item verſibus, & in hos ceteroſque libros Commentarii *Raſcì*; at in *Iob* adiectus eſt etiam Comment. *R. Levì ben Gherſon*.

Codex hic initium habet in pag. 1. *b.* In ſequenti vero pag. ad calcem legitur haec ſubſcriptio litteris maioribus aureis, at aliquantum conſumtis, Phrygioque opere ornatis, videlicet זאת המקרא עם פירוש ותרגום „ בתבתי מקצתה אני לעצמי שלמה בן הרב „ ר׳חסדאי *Horum Bibliorum, cum Commenta-* „ *riis, ac Paraphraſi ſcripſi partem manu pro-* „ *pria ego* Salomon ben R. Chaſdai. Scripſiſſe creditur uſque ad pag. 71. *b.* ubi intermittitur Commentarius, ac in ſequenti pag. punctatio, quae quidem quandoque per aliquot verſus, ſed raro, repetitur in Pentateucho. Deinde iterum puncta ſubiiciuntur a p. 105. ad 133. & a 159. *b.* ad finem. Codicis huius, eiuſdemque Amanuenſis meminit *Wolfius* Vol. II. p. 308. ex *Langii* Catalogo; addens tamen *vetuſtiſſime, & nitidiſſi-*

me ſcriptum eſſe. Venditus fuit hic Codex a *Samuele* ſupradicti *Salomonis ben R. Chaſdai* Anno minoris ſupp. 188. (C. 1428.) cuius contractus, in ultima pag. exarati, exemplum adfero: „ מודה אני שמואל בכמ״ר שלמה
חסדאי ז״ל החתום למטה כמו שמכרתי לצורך
פרנסת חביבי אחיי ואחתי ופרנסתי י״ץ זאת
המקרא שלימה אשר יש בה מוסף על העשרים
וארבעה ספרים קצת התרגום מאונקלו״
וקצת הפי׳ מר״שי ז״ל מחומש ונביאים כולו׳
וחמש מגילות עם התרגום מיונתן בן עוזיאל
וקצתן עם פירוש מר״שי סביבו ותילים איוב
ומשלי עם תרגום יונתן בן עוזיאל וקצתו עם
פירוש סביבו ויש ממנו מפרישת (מפירוש ר״ל) לוי
גרשום היינו מקצת איוב וכל דניאל ועזרא
בן ודניאל עם פירוש רש״י ז״ל סביבו כל מה
שכתבנו בכרך אחד מכרתי לכמ״ר אלחנן
ישר״ו בכמ״ר מנחם ז״ל משער אריה בדמי.·.
. . . . דוקטי וקבלתי המעות
מידו בקונטנטי ומחלתי לו דמי אונאה ואפי׳
היתה שוה מאה דוק ועלי לפצותו לכל
הוצאותי מכל טענה וערער כי ברצון נפשי
ובישוב דעתי מכרתיה מכירת פרהסייא
מכירת עלמין די לא להשנייא מן יומא
דנן ולעלם ולמען תהיה בידו לזכות ולראייה
כתבתי כתיבת ידי ממש וחתמתי שמי פה
מה שהיה בחדש אייר שנת קפ״ח והכל שריר
וקיים שמואל בכמ״ר שלמה בכמה״ר חסדאי
ז״ל מודה מאשר ומקיים כל הכתוב לעיל:
בפנינו אנו עדים החתומים פה היינו כאשר
כתב שמואל בכמ״ר שלמה זאת החתימה
כתב ידו ממש ולזכות לכמ״ר אלחנן ישר״ו
בכמ״ר מנחם ז״ל משער אריה ולבקשתו להיות
לו לעד חתמנו שמנו פה בו ביום שנעשה
הכתוב הנזכר בנימן יז״א בכ״ר משה זלה״ה

בנימן זאב בכמ״ר מנחם זלה״ה עד
אברהם בכ״ר שלמה בן אדרת ז״ל:

„ *Fateor ego* Samuel, *quondam* Salomonis Chaſ- „ dai *filius*, *infraſcriptus*, *me vendidiſſe ne-* „ *ceſſitate coactum pro alendis cariſſimis meis fra-* „ *tribus*, *&* *ſorore*, *meque ipſo* (*Deus ſo-* „ *ſpitet omnes*) *haec Biblia integra*; *in quibus* „ *ſunt*, *praeter vigintiquatuor Libros*, *pars Pa-* „ *raphraſis* Onkelos, *ac pars Commentarii* „ Raſcì, *felicis recordationis*. Pentateuchus, „ *&* Prophetae omnes, *&* quinque parva Vo- „ lumina, *cum Paraphraſi* Ionathan, Vzielis „ *fil.*, *atque parte Commentarii* Raſcì *circum* „ *ea*: *necnon* Pſalterium, Iob, *&* Proverbia, „ *cum Paraphraſi* Ionathan, Vzielis *fil.* *& ho-* „ *rum pars cum Commentario in margine*; *quum* „ *aliqua pars ſit cum Commentario* R. Levì, „ Gherſon *fil. ideſt pars* Iob. *& totus* Daniel, „ *ac* Eſdra, *ſed* Daniel *cum Commentario* Raſcì „ *fel. record. circum eo*. *Omne*, *quod in unico* „ *volumine ſcripſimus*, *ego vendidi Domino* El- „ chanan, (vivat annis multis & bonis) *quon-* „ *dam* Menachem *fel. recordat. e* Portaleone, „ *pretio ducator*. . . . . . . (pretii quantitas abraſa fuit) „ *atque illud ab ipſius manu nu-* „ *merata pecunia recepi*: *ipſique pretium lae-* „ *ſionis dimiſi*, *etiamſi centum ducatorum pre-* „ *tio penderetur*: *meumque fore promiſi*, *ipſum* „ *emptorem defendere*, *omnibus meis impenſis a* „ *quacumque lite*, *ac moleſtia*; *quoniam bona* „ *mea voluntate*, *menteque quieta ea eidem ven-* „ *didi*, *venditione publica*, *venditione perpetua*, „ *non reſcindenda ab hac praeſenti die in aeter-* „ *num*. *Et ut hoc ſit apud ipſum ex favore ac* „ *probatione*, *mea propria manu ſcripſi atque ſub-* „ *ſcripſi nomen meum heic*. *Hoc actum fuit* „ *menſe Hiiar* (i. Aprilis) *anno* 188. (C. 1428) „ *& id omne ſtabile*, *ac firmum eſto*. Samuel *fil.* „ *R.* Salomonis *f.* R. Chaſdai *fel. recordat. fatetur* „ *ratificat*, *atque adfirmat omnia ſupraſcripta*. „ *ante nos*. *Nos teſtes infraſcripti heic fuimus*, „ *quando ſcripſit* Samuel Salomonis *fil. hanc ſub-* „ *ſcriptionem*, *charactere ſuo proprio*, *& ut ſit pro* „ *Dom.* Elcanan (vivat annis multis & bonis) „ *quond.* Menachem *e* Portaleone, *ipſoque re-* „ *quirente*, *ut ſibi ſit in teſtimonium*, *ſub-* „ *ſcripſimus noſtrum nomen heic*, *ipſa die*, *qua* „ *ſupradicta ſcriptio facta fuit* „ Beniaminus „ (*cui Deus prolem atque longam vitam con-* „ *cedat*, *Amen*) *quondam* Moiſis.

Beniaminus Zeeb q. Menachem teſtis.
Abraham q. Salomonis fil. Adereth.

Ex hoc contractu, & ex noſtro Catalogo ſuperius praemiſſo, deprehenditur, poſt hanc venditionem, nonnullos huius ſacri Codicis libros periiſſe, videlicet *Ioſue*, *Iudices*, *Samuelem*, *Reges*, *Iſaiam*, *Ieremiam*, *Ezechielem*, *&* *Duodecim Prophetas minores*. Huic contractui ſubiiciuntur computationes numericae: ac in folio, tegumento Codicis adfixo, initium Computi Lunaris pro anno 5174. C. 1414.

Cod Hebr. membr. MS. charactere quadrato, quod ad textum, in tres columnas in qualibet pagina diſtinctum; ac Rabbinico quod ad Commentarios, circa initium ſaec. XV. in fol. magno. Conſtat foliis 266.

CODEX II.

חומש עם הרמבן

PENTATEVCHVS CVM EXPOSITIONE.

„ I. PEntateuchus cum Commentariis „ Variorum Ebraicis, & Haphtharoth, ſive textibus Propheticis, quos in „ Synagogis legunt. impr. fol. Ebr. *Langius*.

II. ספר התורה Sepher Thorà. *Liber Le-* „ *gis*. Pentateuchus cum Paraphraſi Chal- „ daea, & Commentario *Raſcì*, & *Moyſis bar* „ *Nachman Gerundenſis*, Scholiiſque *R. Iſahak* „ *Abuhab*. Ad haec חמש מגילות *Quinque parva* „ *Volumina cum Commentario Raſcì*, & *Haph-* „ *tharoth*. Cod. impr. *Venetiis* in fol. ap. *Bom-* „ *bergium* an. 1308. *Catal. Montf. ex autogr.*

Ti-

Titulus exterior חומש עם הרמבן Chomàſc ñgim Harambàn interpretandus fuerat: *Quinque*, i. *Libri Legis*, h. e. *Pentateuchus*, cum *Harambàn*, ſcilicet cum Expoſitione *Moyſis bar Nachman*, per compendium litterarum *Harambàn* dicti. Titulus vero interior hic eſt: חמשה חומשי תורה עם תרגום ופירוש רשי ופירוש רבינו משה בר נחמן מגירונדי עם פירוש רבי יצחק אבוהב על פירושו וחמש מגלות והפטרות Chamiſcià chomaſcè Thorà ñgim Targùm vpirùſc Raſcì vpirùſc Rabenu *Moſcè bar Nachmàn Ghirondi*, ñgim Pirùſc Rabì *Iskak Aboàb* ñgal Piruſciò vechamèſc Meghillòth vehaphtharòth. *Quinque Libri Legis cum Targùm, & Commentarius* Raſcì, *& Commentarius* Rabbì Moſis *F. R.* Nachmàn Gerundenſis, *cum Commentario* R Iſaac Aboàb *in Commentarium illius, & quinque Volumina, & Haphtharoth*. Hic *Commentarius in Pentateuchum* ſic enunciatur a *Wolfio* inter *Nachmanidis* opera Vol. I. p. 877. „ ביאור „ על התורה Biùr ñgal atthorà. *Expoſitio* „ *Legis*, ſubtilis & cabbaliſtica, in qua e„ tiam varia ex *Raſchio*, & *Aben Eſra* repe„ tuntur. Et in notis. Hanc a doctrina Cab„ baliſtarum commendat *Aboab.* 283. Nomolo„ giae. Non acquievit is in Cabbala theoreti„ ca, ſed practicam quoque in deliciis habuit. „ Vide *Schalſcheleth* p. 219. (p. 55 2. & 56. 1) eod. loco editionem eandem ac noſtram commemorat, dicens „ Cl. & coniunctiſſimus collega „ meus *Georgius Eliezer Edzardus* habet edi„ tionem Venetam 308. Chr. 1548. fol in „ quo etiam legitur *Commentarius Iarchii*, & „ *Iſaaci Abuhab* ſuper Commentario in *Ram*„ *ban*, cum *Haphtaroth* ex more Hiſpano & Germano. & in Vol. II. p. 387. in ſect. v. in qua enumerantur variae Biblior. Hebraicor. editiones, de hac noſtra haec habet „ Idem (videlicet *Pentateuchus*) Hebr. & Chald. cum „ Comment. *Raſchì*, & *R. Iſaac Aboab* in *Biur* „ *Expoſitione Moſis Nachmanidae* &. 5. *Me*„ *gilloth* Hebr. & Chald. cum Comment. *Raſ*„ *chì* in fol. per *Dan. Bomberg.* 308. Chriſti 1548 De Commentatoribus ſupra relatis V. eumd. *Wolf.* Vol. I. ſuis locis, & praecipue de *R. Iſaac Abohab*, vel *Aboab*, ut ipſe mavult, p. 624. & ſeqq ibique num. 5.

Cod. Hebr. chart. impr. quod ad textum charactere quadrato cum punctis, Rabbinico vero quod ad Commentarios, *Venetiis* apud *Danielem Bombergium*, curante *Cornelio Adelkinad* e familia *Levì*. A. 308. C. 1548. in folio.

CODEX III.

חומש גדול בקלף

PENTATEVCHVS MAGNVS.

„ 3. PEntateuchus cum Commentario, & „ Targum, Haphtharoth & Megil„ loth, ſcripta ab *Iſaaco* fil. *Hamenachem* 24. „ menſis Adar, Anno Iudaico 4057. (l. 4051.) „ qui eſt Chriſti 291. pro *R. Nothetia Heetì*, „ ut ipſe ad finem ſcribit. *Langius*. Error „ huius nominis inferius corrigitur.

„ ספר התורה Sepher Thorà, *Liber Le*„ *gis. Pentateuchus* ſcriptus charactere Raſcì „ Teutonico, cum Paraphraſi Chaldaea, & „ Commentario *R. Salomonis Iarchì*, cum va„ riis lectionibus utriuſque ſcholae *ben Aſcer*, „ ac *ben Nephtali*, & cum *Haphtaroth*, & *Me*„ *gilloth* Cod. Hebr. MS. in fol papyraceo, (l. membranaceo) maiori, manu *Iſaak b.* „ *Menachem Hanikdan*, qui & puncta adiecit „ die 24. menſis *Adar*, h. e. *Martii*, anno a „ Creatione 4051. in gratiam *R. Mathiae* (in edit. *Matthiae*) *Garaſi*. Utinam ille tantam „ ſaperet antiquitatem, quantam oſtentat ſub„ ſcriptio praefati *Iſaak*: cuius ſola Aucto„ ritas antiquam de poteſtate punctorum He„ braicorum litem magna ex parte compo„ neret. Quapropter in annorum nota ſu„ ſpicor mendum: & pro *quinto quartum* ſub„ rexiſſe, aut de induſtria ſubſtitutum, ad au„ gendum Codici pretium: cuius doli non „ leve etiam indicium eſt in eadem ſubſcri„ ptione litura. Suſpicor, inquam, loquen„ do de ipſo textu *Scripturae*; nam quantum „ ad Commentarium *Raſcì*, repugnat evi„ dentiſſime aetas eiuſdem, qui ſaeculo XII. „ ab Incarnatione vivere coepit, natus anno „ 1105. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus exterior ſic legitur. חומש גדול בקלף Chomàſc Gadòl becheleph, quid erat explicandus *Pentateuchus magnus in pergameno*, ſc. *ſcriptus*. Ceterum ea, quae in hoc Codice continentur, ſunt haec.

I. p. 1. *Variae Lectiones in Deuteronomium, & in quinque Volumina*, utriuſque Scholae *ben Aſcèr*, & *ben Nephtali*. Primum folium huius Codicis ablatum fuiſſe opinor; nam incipiunt hae variae lectiones ab ultimo libro Numerorum, & unicam tantum paginam occupant. Lectiones autem in quinque volumina ſic in eadem pagina diſponuntur. 1. *Ruth*, 2. *Canticum Canticorum*. 3. *Eccleſiaſtes* 4. *Threni*. 5. *Eſther*.

II. p. 1. *b.* ספר התורה Sepher atthorà. *Liber Legis*. h. e. *Pentateuchus* cum Paraphraſi Chaldaica, & Commentario *Raſcì*.

III. p. 270 *b.* הפטורת Haphtharòth, *Sectiones Lectionum* i. e. *Prophetarum* pro Feſtis Agni Paſchalis, ſeu Azymorum, & Hebdomadum, vel Pentecoſtes cum Commentario *Raſcì*.

IV. p. 332. *b.* חמש מגילות Chamèſc Megillòth. *Quinque Volumina* cum Commentario *Raſcì*. Horum ordo eſt. 1. *Canticum Canticorum*. 2. *Ruth*. 3. *Threni*. 4. *Eccleſiaſtes*. 5. *Eſther*. Per totum Codicem ſcripta eſt *Maſora* in marginibus ſuperiore & inferiore. In ultimo folio legitur ſubſcriptio eius, qui puncta adiecit, quae ſic ſe habet אני יצחק בר מנחם הנקדן נקדתי זה החומש לר׳ מתתיה גראסי יצו ׳ יסיימתיהו באחד בשבת בארבעה ועשרים יום לחדש אדר שנת . . . . אלפים והמשים

והמשים ואחת לבריאת עולם המקום יזכהו להגות בו הוא ובניו ובני בני עד סוף כל הדורות אא סלה : ברוך הנותן ליעף כח ולאין אונים עצמה ירבה ; „ *Ego* Isaac *fil.* Me- „ nachem *punctorum impressor huic Pentateu-* „ *cho puncta adieci pro* R. Mathatia Grassi (Deus illum sospitet) *& id complevi die Do-* „ *minica* XXIV. *mensis Adar* [i. Februarii] *anno* „ 4051. *a creatione Mundi*, *Deus ipsi conce-* „ *dat*, *ut in eo legere possit ipsemet*, *eiusque* „ *filii*, *necnon filii filiorum eius usque ad finem* „ *omnium generationum*, *amen*, *amen*, *in aeter-* „ *num*. *Benedictus*, *qui dat lasso virtutem*, „ *& his qui non sunt*, *fortitudinem & robur* „ *multiplicat* (ex Isaia c. XL. 29.) Annorum nota, ut bene inspicientibus patet, immutata fuit, & forte cum dolo, ad adstruendam punctorum antiquitatem. Adparet enim abrasionis signum: diversus character, & paulisper maior, adfabre tamen similitudinem fingens: & loci angustia, ubi pro quatuor litteris quinque fuerant reponendae; puto namque rescriptum fuisse ארבעת (4051. Christi 291.) loco חמשת (5051. C. 1291.) Denique ex Commentario *Rasci*, sicuti *Catalogi Montfaucon.* compilatores advertunt, arguitur, huiusce anni substitutionis falsitas, praeter ipsam scripturam, atque membranas, quae nullatenus tantam sapiunt vetustatem.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere quadrato, quod ad textum, caeterum Rabbinico, saec. XVI. in folio magno. Constat foliis 362.

CODEX IV.

חלק חומש ישן

PARS PENTATEVCHI.

„ 4. DEuteronomium cum Haphtaroth, „ & Megilloth. MS. Ebr. 4. *Langius*.

„ IV. ספר התורה הפטרות ומגלות *Deu-* „ *teronomium Haphtaròth & Megillòth*. Codex „ Hebr. pervetustus MS. in membr. in 4. cui „ recentiori manu adiecta videntur puncta. *Catal. Montf. ex autogr.*

Exterior titulus legendus, & interpretandus tali pacto חלק חומש ישן Chelèk chomasc jasciàn. *Pars Pentateuchi antiqua*. At titulus proprius reponendus hic foret ספר אלה הדברים ומגלות Sepher Ellè addevarìm vemegillòth. *Liber Deuteronomii*, *& Megilloth*. Igitur in hoc Codice continetur.

I. p. 1. *Deuteronomium*: quod tamen initio caret; incipit enim a v. 6. cap. 1. in iis verbis דבר אלינו בחרב *Locutus est ad nos in Horeb*.

II. p. 92. *Haphtharòth Deuteronomii*, *& Festorum dierum*. Sequuntur duo ex quinque voluminibus videlicet.

III. p. 136. *Ruth*.

IV. p. 143. *b. Ecclesiastes*.

Puncta quidem in *Deuteronomio* sunt antiqua; at deinde recentiora: & a p. 143. *b.* h. e. in toto *Ecclesiaste* praetermittuntur.

Cod. Hebr. membr. MS. circa saec. XIII. charactere quadrato, in 4. min. itidem quadrato. Constat foliis 160.

CODEX V.

מיסיר ליאון

DOMINVS LEO.

„ 5. TRactatus *Domini Leonis*. MS. 4. „ Medica, & Philosophica tractat. *Langius*.

„ V. ספר הרפואה Sepher harephoàh. *Tra-* „ *ctatus Medicus R. Iuda*, qui & *Dominus* „ *Leo* apud nos audit. Codex Hebr. MS. in „ papyro. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus adiunctus est; nam in Codice nihil adparet. Praefixus vero titulus Hebraicis litteris מיסיר ליאון redditur Italicis verbis *Messer Leone*. Neutiquam est Tractatus Medicus, sed Philosophicus tantum, seu potius *Commentarius in Porphyrii & Aristotelis Logicam*; in eo enim agitur, ut in Prooemio indicatur, de quinque argumentorum speciebus, videlicet demonstrativi, problematici, fallacis, rhetorici, & poetici; quod tamen praetermissum videtur. Auctor quidem est (ut sub initio eiusdem Prooemii legitur) supradictus *Dominus Leo*, quem *Wolf.* T. I. p. 434. & seqq suspicatur eundem esse, ac *R. Iehudam f. R. Isaaci Abarbanelis*, *Leonem Hebraeum* vulgo appellatum, Medicum, & Philosophum eximium, qui vixit saec. XVI. & librum edidit, Italico sermone, cui titulus: *Dialoghi d' Amore di Leone Ebreo Medico*. Huius libri Editiones V. in *Wolfii* Vol. III. num. DCCXXXXI. quibus adde binas editiones Venetas apud *Aldi* filios, an. sc. 1545. & 1552. in 8. quae sola memoratur in *Bibliotheca Italiana* p 144. n. 8. edit. Ven. 1728 4. Inc. אמר וזה אשר הגבלנו אמרו בזה def. העבר ה קטן הספר

Duo sunt Hebraici *Scriptores*, qui *Messer Leon* nuncupantur: alter videlicet filius *Isaaci Abarbanelis*: de quo *Wolf.* Vol. III. ead. p. 316. & Vol. IV. p. 834. Alter vero Scriptor: qui vocatur *Messer Leon* Mantuanus: ac de eo loquitur *Wolfius* Vol. I. n. 752. p. 447. Vol. III. eod. n. p. 333. ac Vol. IV. n. 753. p. 835. ipseque in hoc meo Catal. in Cod. LVII. Pl. I. p. 57. ubi annus ipsius expulsionis e patria reponi posset, qui fuit 1475.

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. XV. in 4. Constat foliis 200. quorum 32. 33. 34. 35. 36. 79. *b.* 80. *a.* 168. *b.* 169. 170. & ultimum fere totum vacua sunt.

C O-

CODEX VI.

רלבג על התורה

RABÌ LEVI IN PENTATEVCHVM.

„ 6. COmmentarius *R. Levi ben Gerson* „ in Pentateuchum, nitide MS. fol. *Langius*.

„ VI. פירוש התורה Pirufc atthorà. *Expo-* „ *sitio litteralis, & moralis in Pentateuchum.* „ Opus infigne *R. Levi b. Gherfcion* faepe e- „ ditum *Pifauri*, deinde *Venetiis*. Nofter „ Codex MS. in membranis antiquiffimus, & „ ipfo *Gherfcionide* vivente exaratus, ut pa- „ tet ex nota Amanuenfis: *Complevi* (inquit) „ *hunc Codicem die* 23. *Sciabat* (h. e. *Februa-* „ *rii*) *anno* 98. *millefimi fexti*. Abfolvit au- „ tem hunc Commentarium idem *Gherfcioni-* „ *des* anno 5090 qui fuit Chrifti 1330. ut „ docet Auctor *Iuchafin* (in Edit. *Iuchafsin*) „ Ex quo licet plurimam laudem confequu- „ tus fit, plerifque tamen de fe fufpicionem „ ingeffit proditae Religionis, quafi fidei do- „ ctrinam Philofophorum auctoritati poftha- „ buifset. Ex hoc MS. & ex altero fupra „ recenfito multi errores corrigi poffent, „ qui in editis irrepfere. *Catal. Mantf. ex au-* *togr.*

Hucufque in Codicibus Hebraicis recenfitis non habetur hic Commentarius. Alteram huiufce Auctoris expofitionem, fed in *Iob*, *Quinque Megillòth*, & *Danielem* in Cod. I. Pl. II. adinvenies. Hanc in Pentateuchum, bis tantum excufam indicat *Wolfius* Vol I. p. 726. *Pifauri* fc. A. M. 274. C. 1514 fol. & *Venetiis* 307. C. 1547. apud *Dan Bomberg.* ubi haec fubdit „ fub titulo פירוש על התורה „ על דרך ביאור דברי הפרשה ועל דרך ביאור „ המלות עם התועליות המגיעות מהם i. e. „ *Commentarius in Legem, partim ad explicatio-* „ *nem contextus Parafcharum, partim ad expofi-* „ *tionem vocum pertinens, additis ufibus pro-* „ *fluentibus*: ibique in feq. pag. hunc noftrum Cod. MS. commemorat. Inc. אמר לוי בן נרשים יתברך def. ות הלה אמן סלה In eius fine legitur haec Amanuenfis fubfcriptio: והיתה השלמתו בשלשה ועשרים לירח שבט של שנת תשעים ושמנה לפרט האלף הששי פה בעיר האזוב יכוננה עליון אמן *Et ab-* „ *folutum fuit* die XXII. *menfis fcevath* [i. *Ia-* „ *nuarii*] *an.* 98. *millefimi fexti* [C.1338.] *hic* „ *in civitate* . . . . . *quam Deus reaedificet.* Subfcriptionem hanc arbitrarer factam fuiffe ab Auctore in fuo autographo: atque ex eo Amanuenfem ipfam, prout iacebat, tranfcripfiffe; fapit enim Scriptoris antiquitatem, fed fcriptura admodum elegans, ac membranarum candor tantam antiquitatem non redolent; atque propterea iure & merito hic Codex in fequens faeculum reiiciendus videtur.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico faeculi XIV. vel potius XV. in fol. min. Conftat foliis 516.

CODEX VII.

RABII SAMVELIS DE ADVENTV MESSIAE.

„ 7. R. *Samuelis de Adventu Meffiae*, „ *Nicolai Lyrae* contra Iudaeos. „ in Evangelium *Matthaei Anonymi*. *Franci-* „ *fci Mayronis* fuper Sermones *Landulphi*. „ & alia eius generis. *Langius*.

„ VII. Codex Latinus, in quo continentur, „ Epiftola *R. Samuelis Marochiani de Adven-* „ *tu Mefsiae* contra Iudaeos, ad *R. Ifaak* Ar- „ chyfinagogum in eodem Regno. Ex Ara- „ bico in Latinum convertit *Iacobus Bonho-* „ *mius* Hifpanus Ordinis Praedicatorum, & „ *Hugoni* Magiftro Generali fui Ordinis infcri- „ pfit. Incipit: *Confervet te Deus frater*: o- „ lim edita etiam Italice. In eodem volumi- „ ne: *Nicolai Lyrani* adverfus Iudaeos Difpu- „ tatio de *Chrifti* adventu. Incipit. *Quae-* „ *ritur, utrum per Scripturas a Iudaeis re-* „ *ceptas &c.* Evangelii Defenfio adverfus „ blafphemias cuiufdam Iudaei, eiufdem *Ly-* „ *rani*. Incipit illis verbis Apoftoli *Potens fit* „ *exhortari &c* exarata *Veronae* anno 1428. „ a quodam fratre *Michaele* de Provincia „ Coloniae. De reftitutione rerum ablatarum, „ *Scoti*. De Baptifmo: Tractatus *Francifci* „ *de Mayronis* (& fic conftanter fcribit, non „ *Maronis*, ut alii voluerunt.) Cuius etiam „ funt fequentes fermones. 1. fuper *Miffus* „ *eft*. Inc. *Quia inftante devotifsimo tempore* „ *Adventus*. 2. De *Articulis Fidei*. Inc. *Op-* „ *tandum eft*. 3. De *S. Agatha*. Inc. *Verba* „ *ifta ad litteram dixit Angelus Raphael To-* „ *biae*. 4. De *Gratia*. Inc. *Quia in divinis* „ *fermonibus*. 5. *In Fefto Corporis Chrifti*. Inc. „ *Tria funt praeconia Landulphi* (& non *Lo-* „ *dulphi*, ut alii malunt) *Saxonis Carthufiani*. „ Sequentes Sermones 1 In Canticum *Magni-* „ *ficat*. Inc. *Hoc eft Canticum*: & in idem „ Canticum Sermo *Anonymi*. 2. De *Mortuis*. „ 3. In *Fefto Conceptionis*, feu *Sanctificationis* „ *Virg. Mariae* 4. *In fecunda Dominica Ad-* „ *ventus*. Inc. *In hoc Evangelio oftenditur*. „ 5. *In tertia Dominica Adventus*. Inc. *In* „ *hoc Evangelio in fumma*. 6. *De Tentatio-* „ *ne Chrifti*. Inc. *B. Iohann. in Apocalypfi*. „ 7. *Chriftus veftis*. Inc. *Sciendum, quod in* „ *Scriptura inveniuntur*. Omnia funt manu „ exarata, anno fortaffe fupra notato, par- „ tim in membranis, partim in papyro. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Ne

Ne quid praetermittamus eorum, quae ad pleniorem huius Codicis notitiam pertinent, iterum ipsum, in superiori Catalogo imperfectum, inordinatum & mancum, tali pacto expendemus. In charta post tegumentum Codicis consuta, ignota manu exaratus fuit hic Indiculus. „ *In hoc volumine* „ *habentur* R. Samuelis *de adventu Messiae*. „ Nicolai de Lyra *probatio de Messiae* (subiunge *adventu* [*contra Iudaeos in Evangelium* „ Matthaei *sine nomine*. *Sermones sine auctore*. Franciscus de Mayronis *super Missus* „ *est*. Landulfi *Sermones aliquot*. Verum omnia, quae in eo continentur, iuxta proprios titulos, & partes, haec sunt.

I. p. 1. *Tractatus iste, qui multum utilis est ad convincendum Iudaeos de errore ipsorum, quem habent in Messiam adhuc venturum, & de observantia legis, distinguitur per 25. Capitula*.

1. Qualiter Iudaei graviter percussi sunt a Deo, & sunt in captivitate, quae potest nominari ira Dei.

2. Quod Iudaei sunt in aliquo peccato, propter quod sunt in dispersione: & arguitur contra observantiam Legis eorum.

3. Quod propter iram Dei, in qua sunt Iudaei, omnes observantiae Legis, quas adhuc habent, non sunt acceptabiles Deo.

4. Quod Iudaei sunt deceptores simplicium.

5. Quod Iudaei decipiunt alios, & seipsos.

6. Quid sit illud peccatum, propter quod Iudaei sunt in captivitate ista.

7. Quod iustus ille, venditus pro argento, sit Iesus, Deus Christianorum.

8. Quod post occisionem Christi facta fuit dispersio Iudaeorum, ut apparet ex Prophetia *Danielis* Prophetae.

9. Quod duo sunt Adventus Christi.

10. De primo Adventu Christi.

11. De secundo Adventu Christi.

12. De Ascensione Domini.

13. In quo probatur adhuc fortius Ascensio Christi corporalis.

14. In quo probatur caecitas Iudaeorum eo quod non intelligunt Christum advenisse.

15. In quo probatur caecitas mentis, & incredulitas Iudaeorum, qui non credunt Messiam in Lege promissum iam venisse, per ea, quae dicta sunt in Prophetis.

16. De reprobatione Iudaeorum propter eorum perfidiam, & electione Gentium propter eorum fidem.

17. De Vivificatione Gentium, & interfectione Iudaeorum.

18. Quod Gentes vivificatae per fidem habent suas observantias novae Legis, quae pertinent ad munditiam Christiauorum.

19. De electione Apostolorum loco Prophetarum.

20. De reprobatione Sacrificii Iudaeorum, & electione Sacrificii Christianorum.

21. Quod Deus refutavit Iudaica Sabbata, & Sacrificia Iudaeorum, & elegit Christianorum.

22. De abiectione Synagogae, & electione Ecclesiae.

23. Quod cantus Christianorum sit Deo acceptabilis.

24. Quod Iudaei indebite reprehendunt cantum Christianorum.

25. De apostasia Iudaeorum a Deo.

Deinde sequitur Interpretis Prooemium per ipsius Epistolam nuncupatoriam expressum, quam totam referimus, tum propter huiusce opusculi historiam, tum propter nonnulla notabilia, quae in ea continentur, ab aliquibus quidem indicata; at non tam exacte, ut in nostro Codice: ac etiam, eo quod editiones non sint admodum obviae. Eique Epistolae, alteram perbrevem ipsius Auctoris ad *R. Isaac*, prout simul adnectitur, adiiciemus. Haec itaque sunt: Prima habet hunc titulum „ Incipit Tractatus *Rabbi Samuelis ad Rabbi* „ *Isaac* Magistrum Synagogae, per quem pro- „ batur adventus Christi, sive Messiae; du- „ dum praeteritus, per dicta veteris Legis, „ & Prophetarum, quae Iudaei recipiunt. „ *Prooemium*. Reverendissimo in Christo Pa- „ tri, Fratri *Hugoni*, Magistro Ordinis Prae- „ dicatorum, dignissimo sacrosanctae paginae „ professori, eius subditus Frater *Alfoncius Bonihominis* Hispanus, promissam obedientiam „ promtam semper in omnibus, & devotam. „ Cum ego, propter parvitatem meam & in- „ sufficienciam, non sim talis, quod possim „ vel scientia vobis, & pro vobis aliquid ma- „ gni facere, vel saltem assistere tanto Patri „ in laboribus & curis vestris, quae pro „ omni nostra quiete, & totius Ordinis pace „ in terra sustinetis; ad solacium tamen ve- „ strum aliquale quasi sublevamen laboris, „ hunc libellum antiquissimum, qui nuper ca- „ su devenit ad manus meas, & fuit in antea „ tot temporibus occultatus translacione de „ Arabico in Latinum per me interpretatum, „ parvum enceniolum vobis transmitto. Scien- „ dum autem, quod inter Iudaeos multum „ gloriantur illi, qui Arabicarum obtinent pe- „ ritiam litterarum: tum quia illae litterae „ sunt in antiquorum Philosophorum libris „ satis copiose: tum quia in eis, utpote Iu- „ daeis notis & paucis scribunt confidentius „ secreta sua, quae volunt ab aliis occulta- „ ri, Qua etiam ex causa, ut existimo, Iu- „ daeus iste, licet cathecumenus, Auctor hu- „ ius libri, non ipsum Hebraeo sermone, „ sed Arabico annotavit. Sed oportet, quod „ tarde vel cito omnia occulta revelentur, „ iuxta sententiam Salvatoris. Ego vero in „ transferendo ipsum auctoritates Bibliae, ab „ ipso Iudaeo inductas, scripsi in locis suis „ in Arabico pariter, & in Latino, non „ prout in nostra habentur translatione, „ vel in Beati *Ieronymi*, sed prout ipse Iu- „ daeus scripsit, quando composuit istud o- „ pus. Et hoc facio, ne aliquis mihi possit „ imponere, quod ego in textum praesum-

pse-

„ pserim aliquid addere, vel etiam imminue- „ re aut immutare. Et super hoc erunt mihi „ testes omnes, qui sciunt Arabicum. Et hoc „ dico, quia Iudaeus iste non sequitur no- „ stram translationem, ut videbitur in pro- „ cessu. Me autem, ut credo, oportuit „ ipsum exponere in Latino, prout ipse „ loquitur in Arabico eius modum loquen- „ di, quantum est posibile, & ordinem ob- „ servando: alias non interpres, sed cor- „ ruptor sui libri merito posem dici: nec Iu- „ daei tantum convincerentur, si viderent li- „ brum istum, in utraque lingua descriptum, „ & quod auctoritates in Latino descriptae, „ ab Arabico discordarent; sed cum solatio „ nostro, mi Pater & Magister: nec alius est „ finis, quem intendo. Conservet vos Altis- „ simus Ordini nostro, Dominus Iesus Chri- „ stus per multa tempora in sua gratia, & „ amore. Scriptum *Parisius* per manum mo- „ dici servi vestri Fratris *Alfonsii*.

Expleta hac Epistola nuncupatoria, sequitur Opus, quod pariter Epistolae titulo insignitur.

„ Incipit Epistola translata de Arabico in „ Latinum per Fratrem *Alfoncium Bonihomi- „ nis* Hispanum, Ordinis Fratrum Praedica- „ torum. Quae Epistola cuius sit edictiva, „ & ad quid valet, prohemiolum ipsius Epi- „ stolae, & narratio eius, plenius pertracta- „ bunt in titulo, qui talis est.

„ Epistola, quam misit *Rabbi Samuel* Is- „ raelita ordinis de civitate *Fethet* (*Fetz*) Regis „ Marrochitani ad *Rabbi Isaac* magistrum Sy- „ nagogae, qui est in sublimi Regno praedicto. „ Conservet te Deus, o frater, & permane- „ re te faciat, quousque terminetur ista ca- „ ptivitas nostra, & congregetur dispersio no- „ stra, & appropinquet spes nostra, & signet „ Deus beneplacitum suum super vitam no- „ stram. Amen. Reor, & expertus sum ple- „ nitudinem scientiae nostris temporibus es- „ se in te: & tu es nostra spes certifi- „ cationis in dubiis Legis, & Prophetarum „ cum tuis expositionibus gratiosis. Vnde „ ego particeps doctrinae tuae tibi expo- „ no aestus cordis mei super nostris, quae „ legis sunt & Prophetarum, super quibus „ anxior cum timore. Quapropter recurro „ ad abundantem scientiam tuam, & promit- „ to libellum istum, sperans per te, Deo „ volente in veritate confirmari, & in du- „ biis certificari. Sub initio capitis primi indicatur tempus, quo *R. Samuel* hunc librum elucubravit. Ibi enim legitur: *Modo sunt mille anni completi, quod per Titum, & Vespasianum fuimus captivati*: ex quibus verbis in quadam adnotatione, ab incerto amanuense ad calcem apposita, arguitur, ut infra, videlicet. „ Nota quod libellus iste dicitur occulta- „ tus fuisse per Iudaeos ultra ducentos, & „ trigintasex annos; quando probatur ex hoc, „ quod cum ille Doctor *Samuel scriberet Rabbi „ Isaac*, solum dixit fluxise mille annos; a tem- „ pore, quo per *Titum*, expugnantem sanctam „ civitatem, Iudaei sunt dispersi. Et ideo „ videtur, quod statim post illos mille annos „ captivitatis, & dispersionis Iudaeorum, iste „ liber fuit conscriptus. Sed Iudaei videntes, „ quod per tot evidentia exempla, & testi- „ monia Prophetarum ipsorum errores con- „ vincerentur, istum librum tanto tempore, „ ut dictum est, occultaverunt, ne per Catho- „ licos & Fideles ipsorum errores possent „ argui per contenta in hoc libro, qui trans- „ latus est sub annis Domini millesimo tri- „ centesimo trigesimo nono. Deo gratias. Ex iis coniicitur tempus occultationis fuisse circa CCL. annos. Superiorem notam referunt, sed haud integram, RR. PP. *Quetif, & Echard* in Tomo I. Scriptorum Ordinis Praedicatorum, p. 594. & seq. ibique editiones, quae rarisimae sunt, & MSS. indicantur: deindeque aserunt unum huius opusculi exemplar MSS. in hac Bibliotheca adservari, Pl. 20. Cod. xxxv. quod quidem verum est; sed hoc praesens reticetur ab illis.

II. p. 20. *Vtrum per Scripturas, a Iudaeis receptas, possit probari Mysterium Christi, in Lege, & Prophetis promisi, esse iam completum*. In fine legitur: „ Explicit quaestio de „ probatione per Scripturas a Iudaeis rece- „ ptas, quod mysterium Christi praedictum a „ Lege & Prophetis, sit impletum. Deter- „ minata a Fratre *Nicolao de Lira*, de Ordi- „ ne Fratrum Minorum, excellentisimo in „ sacra pagina Magistro. Inc. *Arguitur primo, quod sit; quia* Ioan. 8. *dixit Salvator Iudaeis*. Des. *Et plures iam baptizati ad vomitum revertuntur*.

Huius opusculi antiquisimam editionem posideo, absque ulla impresionis nota, in 4. min. cui praefixus est hic titulus: „ *Elegantissime Questiones disputate per excel- „ lentissimum artium ac sacre theologie magi- „ strum Dominum* Nicolaum de Lira *contra „ Hebreos incipiunt feliciter. Et in fine: Ex- „ pliciunt questiones* Nicolai de Lira.

III. p. 35 *b. Responsio* Fratris Nicolai de Lira *ad quendam Iudaeum, ex verbis Evangelii secundum Matthaeum contra Christum nequiter arguentem*. Titulus hic habetur in fine: post quem sequitur amanuensis testimonium de sua transcriptione his verbis: „ Com- „ pletum est autem hoc opusculum per ma- „ nus Fratris *Michaëlis* Ordinis Fratrum Mi- „ norum, Veronae ibidem existentis, de „ provincia Coloniae. Anno Domini M. CCCC. „ XXVIII. feria V. Pasionis Domini nostri Ie- „ su Christi. Inc. Prooemium *Potens sit exhortari in doctrina sana*; responsio vero: *Dicit igitur sic primo: Liber generationis &c.* des. *per hoc, quod obiectiones suas in aperto mendacio terminavit*.

IV. p. 51. *De restitutione male ablatorum secundum Scotum*. Auctore *Anonymo*. Inc. *Non putet quisquam, qui rem alienam abstulit*. des. *Et sic patet solutio ad argumenta: & per consequens ad totam quaestionem*.

V. p. 72. b. *Exordium cum initio Tractatus su-*

super Magnificat. Hunc Tractatum integrum reperies infra pag. 139.

VI. p. 73. *Alfabeto ordinato a dichiarare quanto il giuoco de' Dadi è pericoloso*. Intelligit de ludo tribus talis. Auctor est *Anonymus*: & Italico scripsit idiomate. Inc. *Questo è l' Alfabeto, ordinato a dichiarare, quanto il giuoco è pericoloso de' dadi, che è stato trovato dal Diavolo, che è Scimmia di Dio*. des. in littera x. ut deinde exprimat *Cristo*, quod nomen Latino more scribit xpo: & hanc litteram dicit esse ultimam Alphabeti; *e sono chiamati falsamente Xpiani*.

VII. p. 75. *Sermo in Dominica II. de Adventu*. Auct. *Anonymo*. Inc. *Tu es qui venturus es, an alium expectamus*. Matth. xi. *Antequam procedam in themate &c.* des. *Cuius puritatis nos participes faciat &c. Amen*. Huic sermoni subiiciuntur duo commata ex Epistolis *D. Hieronymi*: alterum ex Epistola 74. ad *Rusticum* Monachum: alterum ex 76. ad *Paulinum Presbyterum*.

VIII. p. 79. *b. Sermo in Dominica tertia Adventus*. Auct. *Anonymo*. Inc. *Ipse est, qui post me venturus est*. Ioann. 1. *Sicut antiquus Pater Adam prophetavit de coniugio carnali*. des. *potuit dicere verbum propositum; sc. Ipse est &c.* deinde habetur haec amanuensis subscriptio, *F. de Pistorio Bononiae &c.*

IX. p. 79. *b. Tractatus optimus de Baptismo „ F. Mayronis*. Inc. *Quid ergo baptizas &c.* Io. 1. *Ad regenerationis Christi mysterium fuit facta quaestio &c.* des. *Istud satis sufficit, imo superabundat*. Sequuntur eiusdem Amanuensis haec verba „ Explicit Tractatus *de Ba-* „ *ptismo*, compositus a sanctae memoriae vi- „ ro eruditissimo, Magistro *de Maironis*, Or- „ dinis Minorum. Scriptus per me *Franci-* „ *scum* de Pistorio eiusdem Ordinis Provin- „ ciae Thusciae, Anno Domini 1422. in ci- „ vitate Bononiae festinanter completus in vi- „ gilia Dominae nostrae. Amen, Deo gra- „ tias, Amen, Amen, Amen &c.

X. p. 84. *Sermo in Dominica tertia in Quadragesima*, F. Mayronis. Inc. *Erat Iesus eiiciens daemonium, & illud erat mutum*. Luc. vi. *ubi primo tanguntur Christi curantis beneficia*. des. *sicut ille daemoniacus, qui volutabatur, &c. Amen*.

XI. p. 85. *Sermo in Dominica de Passione F. M. de Sanguine Christi*. Inc. *Sanguis Christi emundabit conscientias nostras, ad serviendum Deo viventi*. ad Hebr. ix. *quia vero Dominica de Passione fit principalis commemoratio de Sanguine Christi* des. *Ad quod Regnum nos perducat, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus, Amen, Amen, Amen*. F. de Pistorio *scripsit, nempe explicit*.

XII. p. 87. *Tractatus F.* Mayronis *super* Missus est. Inc. *In mense autem sexto Missus est Angelus Gabriel &c.* Luc. 1. *Quia instante devotissimo tempore Adventus Domini*. des. *quod postquam actum est, animam reficit & quietat: hic per gratiam, & in futuro per gloriam &c. Amen*. Succedit amanuensis subscriptio „ Explicit Tractatus super *Missus est*, „ editus a S. memoriae viro, sacrae Theo- „ logiae Doctore famosissimo, *Magistro Franci-* „ *sco de Mayronis*, Ordinis Minorum. Scri- „ ptus Bononiae, & completus ultima mensis „ Iulii die 1422. per me *Fratrem F. de Pisto-* „ *rio*.

XIII. p. 122. *Tractatus de Articulis Fidei*, F. Mayronis. Inc. *Notandum, quod in exordio surgentis Ecclesiae* xii. *Apostoli congregati descripserunt* xii. *Articulos Fidei*. des. *Nam ibi erunt mille anni, tamquam dies externa, quae praeteriit. Ad quam gloriam &c. Amen*. Item idem Amanuensis haec notat „ Scri- „ ptum Bononiae die viii. mensis Augusti „ 1442. per me *F. de Pistorio*. Explicit de „ Articulis per *Magistrum Franciscum de May-* „ *ronis*.

XIV. p. 127. *Sermo in Festo S. Agatae Virginis*. Auctore fortassis eodem *Mayrone*. Inc. *Forti animo esto; in proximo est, ut a Deo cureris*. Tob. 5. *Verba ista ad litteram dixit Angelus Raphael Tobiae*. des. *Maledictus, qui transferet terminos proximi sui, sc. hostiliter, vel violenter &c. Dic Legendam* (i. Vitam S. Agathae) *&c. F. de Pistorio*.

XV. p. 128. *Sermo in Festo S. Crucis*, forte eiusd. Auctoris. Inc. *Lignum vitae est iis, qui apprehenderit eam*. Proverb. 3. *Vita est actus nobilissimus*. des. *qui fuerit privatus ab hoc ligno vitae, in fine privabitur vita gloriae. Ad quam ille me, & vos perducat. Amen*.

XVI p. 130. *b. Tractatus de Gratia*, *F. Mayronis*. Inc. *Quia in divinis sermonibus frequentius gratia nominatur*. des. *cuius gratiae nos participes esse faciat, qui benedictus est in saecula saeculorum. Amen &c.* Deinde habetur haec Amanuensis subscriptio: „ Expli- „ cit *Tractatus de gratia*, editus a sanctae „ memoriae viro Magistro *Francisco de May-* „ *ronis* Ordinis Minorum, quem composuit „ in Monte Pessulano sub anno Dom. MCCCXX. „ Ego Frater *Franciscus de Pistorio*, provin- „ ciae Thusciae, scripsi Bononiae, & com- „ plevi die XIII mensis Augusti, Anno Domi- „ ni 1422. Amen. *Facto fine, pia Laudetur* „ *Virgo Maria*.

XVII. p. 137. *Dominica prima Quadragesimae Sermo Magistri* Landulfi. Inc. *Ductus est Iesus in desertum a spiritu, ut tentaretur a Diabolo*. Matth. 4. *Beatus* Io. *Karissimi in Apocalypsi vidit mirabilem visionem*. des. *Et nota, quod* Cassiodorus *super Psalmum* Qui habitat, *dicit, quod iste Psalmus valet singulariter contra Diabolum, &c. Amen*. *Ego* Franciscus de Pistorio, *&c.*

XVIII. p. 139. *Tractatus super Magnificat*, *F. Mayronis*. Inc. *Magnificat anima mea Dominum, Hoc est Canticum laetitiae*. des. *misericordia eius praeveniet me. Dicit ergo suscepit &c.*

XIX. p. 144. *Sermo de Mortuis Magistri* Landulfi. Inc. *Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu Throni* Apoc. 20. *Sacra Scriptura omnibus inspirata*. des. *ad consortium per-*

perveniant Beatorum, & nos cum ipsis, praestante Domino nostro Iesu Christo. Amen. His adnectitur hoc transcriptoris testimonium :
„ Explicit sermo de mortuis egregii Doctoris
„ Magistri *Landulfi* Ordinis Minorum, scri-
„ ptus Bononiae XXIII. Iulii 1422. per me
„ fratrem *Franciscum de Pistorio*, provinciae
„ Thusciae &c.

XX. *Christus vestis*. Sunt *Excerpta ex quodam sermone Doctoris Landulfi*, ut idem Fr. *Franciscus* amanuensis testatur in fine : & in VII. vestes dividuntur. Inc. *Sciendum quod in Scriptura inveniuntur vestes diversae*. des. *merito Beatus dicitur in hoc mundo per gratiam, & in futuro per gloriam*. „ Excerpi haec ex quodam sermone Doctoris *Landulfi &c.*

XXI. p. 150. *Sermo in Dominica prima de Adventu*. Forte est eiusdem *Landulfi*, & agitur in eo *de Iudicio universali*. Inc. *Adventus Christi ad Iudicium fuit figuratus*. Dan. VII. des. *tacere est impossibile: apparere est intolerabile &c. Amen*. F. de Pistorio *&c.*

XXII. p. 151. *Sermo in festo Conceptionis, vel Sanctificationis Virginis Mariae*. Auctore *Francisco de Mayronis*. Inc. *Candor est enim lucis aeternae*. des. *ut per festa temporalia, quae hic agimus, pervenire ad aeterna gaudia mereamur. Amen*. postea vero : „ Ma-
„ gistri *Francisci de Mayronis* sermo explicit:
„ quem *F. de Pistorio* scripsit.

XXIII. p. 156. *Sermo in Dominica secunda Adventus*. Forte eiusd. *F. Mayronis*. Inc. *Cum audisset Iohannes in vinculis opera Christi &c.* Matth. XI. *In hoc Evangelio ostenditur Baptistae devotio, & amor ad Christum*. des. *ut in fine pervenire possimus ad gaudia Paradisi, ad quem ille &c.*

XXIV. p. 154. *Sermo in Dominica tertia de Adventu*. puto ipsius *Mayronis*. Inc. *Miserunt Iudaei ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas ad Iohannem &c.* Ioh. I. *In hoc Evangelio in summa commendatur Iohannes Baptista*. des. *Vestivi te discoloribus &c. Amen*. Ego Fr. *Franciscus de Pistorio &c.*

XXV. p. 156. *b Sermo pulcerrimus Magistri* Francisci de Mayronis *in Festo Corporis Christi &c.* Inc. *Memoriam fecit mirabilium suorum &c. Tria sunt praeconia, ex quibus solent Principes principaliter commendari*. des. *Tertia dubitatio est, si consecrans indigne* . . . & sic finis desideratur.

Tractatus *Fr. Mayronis* de *Baptismo*, super *Magnificat*, & de *Corpore Christi* cum aliis Tractatibus prodierunt *Basileae* apud *Iacobum Pfortzen an.* 1468. *Quadragesimale* eiusdem impressum fuit *Venetiis* a *Bernardino Novarense an.* 1491. & *Sermones de Sanctis*, qui incipiunt a *Sancto Andrea*, item *Venetiis* 1493. & *Basileae* per eumdem *Pfortzen* 1498.

Hic Scriptor ortus est in oppido *Dignae* in Provincia. *Bellarminus*, & *Dempsterus* aiunt esse *Scotum*. Obiit *Placentiae* anno 1325.

Cod. Lat. & Ital. varia manu exaratus saec. XV. ante medium in 4. min. Constat foliis 162. inter quae 135. *b.* & 136. vacua sunt.

CODEX VIII.

RABÌ SALOMON SVPER BIBLIA.

„ 8. COmmentarius *R. Salomonis Iarchi*
„ in Scripturam Sacram, MS. fol.
„ Ebr. Codex bonus. *Langius.*

„ VIII. פירוש המקרא מרשי׳ Pirusc amicrà
„ me Rascì. *Expositio totius Scripturae*, Co-
„ dex Hebr. *R. Salomonis Iarchì* inscriptus.
„ Continet autem Commentarios in omnes
„ Prophetas priores, hoc est *Pentateuchum*,
„ *Iosue, Iudicum, Samuelis & Regum* libros.
„ In Hagiographos, h. e. *Iob, Ruth, Psalmos,*
„ *Proverbia, & Canticum Canticorum. Daniel,*
„ *Esther, Ezram, & Ecclesiasten*. Desunt re-
„ liqui in *Nehemiam*, & in lib. *Chronicorum*,
„ qui ad hanc classem pertinent. Praeterea
„ in omnes Prophetas posteriores, h e. *Isaiam,*
„ *Ieremiam, Ezechielem*, & XII. *Prophetas mi-*
„ *nores*. Sed nota primum, Expositionem in
„ XII. minores non esse *Rascì*, sed *Ioseph Ka-*
„ *ro*, qui in titulo nominatur. Item Com-
„ mentarium in *Danielem* esse *Sabadiae*, cuius
„ nomen etiam praefert. Rursus Commenta-
„ rium in *Isaiam*, & reliquos *Prophetas mi-*
„ *nores* non esse *Rascì* : contuli cum aliis e-
„ xemplaribus, & est omnino diversus, sicut
„ etiam alter in *Ecclesiasten*, & in librum *E-*
„ *sther*. Omnia manu exarata nitide & ele-
„ ganter in membranis : in aliquibus tamen
„ paginis ob nimiam vetustatem, fugiente
„ iam atramento, multa vix legi possunt,
„ Nota excidit aetatis. Cod. MS. in folio o-
„ ptimae notae. *Catal. Montfaucon. ex autographo.*

A nobis autem sic describitur hic Codex.

I. p. 1. *b. R. Salomonis Ishakì* per compendium litterarum *Rascì*, *Commentarius in Pentateuchum.*

II. p. 155. Eiusdem *Commentarius in Iosue.*

III. p. 161. *b.* Eiusdem *Commentarius in Librum Iudicum.*

IV. p. 167. Eiusdem *Commentarius in Libros Samuelis.*

V. p. 194. *b.* Eiusdem *Commentarius in Libros Regum.*

VI. p. 212. *b. Anonymi Commentarius in Isaiam.* Inc. קיפח ארבעת המלכים des. דיי ראינו בהם

VII. p. 260. *b. Anonymi Commentarius in Ieremiam.* Incipit התחיל להתנבות des. אל עצמו מן הטובה

VIII. p. 284. *b. R. Salomonis Iarkì, Commentarius in Ezechielem.*

IX. p 325. *b. R. Iosephi Karà*, seu *Kra*, *Commentarius in duodecim Prophetas minor.* Perperam legerunt *Catal. Montf.* Compilatores, dum

 ad-

adfirmant, hunc Auctorem in titulo nominari *Iosephum Karo*; ille enim titulus sic se habet פירוש תרי עשר לר׳ יוסף קרא sicuti supra enarratum est. Heic tamen dubium insurgit, an קרא legendum sit *Kara*, vel *Kra*; reperitur namque eiusdem pronominis alius Auctor apud *Wolfium*, Vol. sc. I. & III. n. 27. ubi eum ita effert „ ר׳ אביגדור קרא *R. A-* „ *vigdor Kra* (ita enim pronuntiant Iudaei) „ & fuit *Pragensis*, ac sub finem saeculi XIV. „ claruit. Potuit autem hic esse filius, seu nepos nostri *Iosephi*; Quum autem idem *Wolfius* Vol. IV. n. 962. p. 858. *Iosepho Karo*, qui obiit, ut dictum est supra p. 69. anno 1575. adeoque hoc nostro *Iosepho* valde posteriori; tribuat Commentarios in Prophetas Priores, & posteriores, tum maiores, tum minores; hinc suspicandi causa oritur non tantum hunc praesentem Commentarium, sed etiam duos superiores sub num. VI. & VII. superius indicatos esse *Iosephi Kra*, non *Karo*: quod penes doctorum Virorum iudicium esto, qui ex nostra archoteleia aliquod suscipiant indicium. Inc. מבני יהוא היה def. בתשובה שלימה לפני

X. p. 356. b. *R. Salomonis Iarkì Commentarius in Psalmos*.

XI. pag. 390. *b. Anonymi Commentarius in Iob*. Inc. ולא תאמר בפני הבריות def. ותקרעי בפוך עיניך

XII. p. 432. *R. Salomonis Iarkì Commentarius in Librum Proverbiorum*.

XIII. pag. 448. *Anonymi Commentarius in Ruth*. Inc. זה הרעב def. וניתנה בחג שבועות

XIV. p. 449. *b. R. Salomonis Iarkì Commentarius in Canticum Canticorum*.

XV. p. 457. *b. Anonymi Commentarius in Ecclesiasten*. Inc. על שם שקיבץ def. נותן צדקה בפרהסיא

XVI. p. 468. *Anonymi Commentarius in Threnos*. In principio repraesentatur effigies *Ieremiae*, ante prospectum desolatae Ierusalem plorantis. Inc. העיר שהיתה def. ונחרב למחרשות

XVII. p. 471. *b Anonymi Commentarius in Esther*. Inc. כשנתיישב במלכותו def. לקיים ימי הפורים עשו

XVIII. p. 473. *b. R. Saadiae Commentarius in Danielem*. Forte hic Auctor est *Saadias Gaon* fil. *Ioseph* Aegyptius, qui floruit anno 4687. C. 927. & Commentarium Hebraice in *Danielem* elucubravit, qui exstat in Bibliis maioribus Rabbinicis tum Venetis, tum Basileensibus, ut *Wolfius* habet Vol. I. p. 935. & Vol. III. p. 860. ubi versiones Latinas commemorat.

XIX. p. 486. *Anonymi Commentarius in Esdram*. Inc. זה כורש בן אחשורוש def. ושלא להעלות ביכורים לירושלם

In pag. 1. *a.* huius Codicis (ea enim est vacua; quod primus Commentarius incipiat p. 1. *b.*) legitur quaedam eiusdem Codicis redemptio, his verbis expressa זה הפירוש מרבי שלמה מכל ארבעה ועשרים פדיתי אני שבתי בכמ״ר יחיאל יש״ו בבולוניא עמ״ר אלחנן בכ״ר יחיאל זצ״ל מטוסקנילא בשכר ה׳ פרח׳ זהב וכ״ז בולונייני וחצי במאייו קמ״ג ועד שאקבל אלו המעות מיורשי כמ״ר משה הרופא זקני יהיה שלי ואחר כן יהיה קומונו Deinde habentur duo alii versus, qui fere omnes deleti sunt: at videntur significare solutionis partem. *Hunc* „ *Commentarium R.* Salomonis *omnium vigin-* „ *tiquatuor* (i. librorum) *redemi ego* .... Scia- „ bathai *f.* Iechiel Iescrò (h. e. *vivat annis* „ *multis & bonis*) Bononiae *mediante* Rab. „ Elcanan F. Iechiel *bonae memoriae e* Tu- „ scanella *praemio quinque florenorum aureo-* „ *rum, & viginti septem obolorum Bononien-* „ *sium* (*vulgo* Bolognini) *cum dimidio, mense* „ *Maii* 143. [C. 1383.] *& usquequo ego reci-* „ *piam hos nummos ab heredibus Domini* Mo- „ sis Medici, *avi mei, meus erit, ac deinde* „ *communis*. Ex huius Contractus anno, & ex Scriptura Codicis argui posse videtur, ipsius aetatem saeculo XIII. proximam esse.

Cod. Hebr. membr. MS. circa saecul. XIII. charactere Rabbinico diligente, & minio in principio cuiuslibet libri exornato, in folio. Constat foliis 492.

CODEX IX.

שו״ת רבינו נסים

QVAESITA RABINORVM.

„ 9. SChealoth veteschuboth. *Interroga-* „ *tiones, & Responsiones*, sive *varia* „ *dubia, & responsiones* a *R. Nisim Gerunden-* „ *se*. impr. 4. Ebr. *Langius*.

שאלות ותשובות רבינו ניסים גירונדי „ IX. „ *Responsa Nissim Gerundensis*. Cod. Hebr. impr. „ Romae in 4. anno a C. M. 5305. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus interior est. שאלות ותשובות הרב הגדול הגאון רבנו נסים גירונדי Scealoth utsciuvòth arràv aggadòl agaòn Rabbenu *Nissim Ghirondi*. *Quaesita & Responsa Dom. magni Rabbini Nisìm Gerundensis*. V. supra huiusmet operis descriptionem in Cod. XXI. n. 1. Pl. II. p 81. In hac vero editione additur Index Quaesitorum (quae sunt 77.) in fine.

Cod. Hebr. chart. impressus charactere Rabbinico, *Romae*, per *Isaacum quondam Emanuelis de Lattas, & Beniaminum F. Iosephi de Rignano* in aedibus *Antonii Blado* (haec cognomina apud *Wolfium* Vol. III. p. 842. immutata leguntur hoc pacto *de Lates, de Ariniano, & Bladao*) curante *Salomone F. Isahac Vlysipponensi*, anno 305. C. 1545. (at in calce libri adnotatur annus 306. C. 1546. quod forte priore anno incepta fuerit editio, posteriore vero completa) in 4. min.

CODEX X.

חמש עם הפטרות

PENTATEVCHVM.

„ 10. QVinque libri *Moseh* cum Megilloth, & Aphtharoth MS. Ebr. „ fol. cum miniaturis, & picturis, instrumenta Templi repraesentantibus. *Langius*.

„ x. Pentateuchus cum Paraphrasi Chaldaea, Masorà parva, Megilloth, & Haphtaroth, cum Scholiis *Anonymi*. Codex elegantissime exaratus in membranis, & vetustissimus omnium quotquot hucusque recensui, scriptus enim fuit ante annum 238. „ ex quarto millesimo, qui fuit C. 498. in „ civitate *Alexandriae*, ut colligitur ex nota „ temporis cuiusdam contractus, adposita in „ ultima pagina. Textus Scripturae notatur „ punctis, & accentibus, qui Codicis vetustatem aequare videntur, *Catal. Montfaucon. ex autogr.*

Titulus exterior hic est חמש עם הפטרות qui vertendus fuerat: *Pentateuchus cum Haphtharoth*. At verus titulus esse debuerat חומש עם תרגום ומגילות עם פירוש והפטרות Chomàsc ngim Targùm vmeghillòth ngim pirùsc veaphtharòth. *Quinque* (h. e. *Pentateuchus*) cum *Targum* (sc *Paraphrasi Chaldaica*) *& quinque volumina cum Commentario, & haphtaris*, (i. *sectionibus lectionum Prophetarum*.)

I. p. 1. ספר חמש התורה Sepher Chamesc atthorà. *Liber quinque* (*librorum*) *legis*, i. *Pentateuchus cum Paraphrasi Chaldaica, & Masora parva: & Commentario R. Salomonis Ishackì*, vulgo *Rascì*. In fine addita est alia manu regula quaedam punctationis.

II. p. 219. חמש מגילות Chamèsc Megillòth. *Quinque volumina*, hoc ordine disposita. 1. *Canticum Canticorum*. 2. *Ruth*. 3. *Threni*. 4. *Ecclesiastes*. 5. *Esther*, *cum Masora parva, & eiusdem Rascì Commentario*.

III. p. 244. *b.* פרשיות Perasciòth. *Sectiones Pentateuchi*, unaquaeque in septem classes distincta: his adduntur aliae sectiones in Solemnitatibus, ac diebus Festis legendae.

IV. p. 247. הפטרות Haphtharòth. *Textus Prophetarum*, qui per Sabbata in Synagoga leguntur; cum Commentario eiusdem *Rascì*, ac Scholiis quibusdam *Anonymi*. In fine alia manu huius Codicis atque alterius venditio recensetur, in qua nomina propria abrasa fuerunt: & sic se habet מודה אני ח״מ לכל ראי חתימת ידי איך שמכרתי. . . . . ז״ל חומש זה עם המסורת ועם תרגום ופרישת רבינו שלמה זצ״ל כתובים סביב מגלות הכל בכרך אחד ועוד מכרתי לו ספר תילים עם תרגום ופרישת רבינו דוד קמחי ז״ל כתובים סביב לו ומכרתי לו הספרים הנ״ל במכירה גמורה וחלוטה מכירת עלמין דלא למהדר בה מן יום הנזכר למטה ולעלם כי קבלתי דמי מכירת הספרים הנ״ל בשלמות עד גמירא וקבלתי עלי לבלתי לערער ולטעון על מכירה הנ״ל לא טענת אונאה ולא שום טענה בעולם כי מעכשיו אני מוחל על כל אונאה ועל כל דבר שאפשר לחלוק ולומר על מכירה הנ״ל וכמו כן אני מקבל עלי לסלק ולפצות כל טוען ומערער על מכירה הנ״ל על הוצאתי וחתימת ידי תעיד עלי כמאה עדים כשרים שמכרתי הספרים הנ״ל ברצון נפשי בלי שום אונס כלל כי אם ברצון נפשי ובדעתי המיושבת ולתוספת בטחון וראיה בקשתי פני מהו״ר . . . . בן מהר״ר שמואל והר׳ . . . . ז״ל שיקיימו חתימתי . . . . ושיעידו עלי כי קבלתי דמי מכירת הספרים הנל בפניהם היום יום ג׳ י״ד לחדש אדר שנת רל״ח לא״ר פה עיר אליסנדריא „ *Fateor ego* ,, *infrascriptus omnibus visuris meae manus* ,, *subscriptionem, me vendidisse* . . . . „ *felicis recordationis hunc Pentateuchum cum* „ *Masora, ac Paraphrasi Chaldaica, & Commentario* R. Salomonis *bonae memoriae per* „ *circuitum Megilloth*. . . . . „ . . . . *omnibus in uno volumine; ac* „ *etiam eidem vendidi Psalterium cum Paraphrasi Chaldaica, & Commentario* R. David Kimchì *felicis recordationis, circum* „ *ea exscripto: & dictos libros ei vendidi venditione completa & absoluta, venditione suprema, non retractanda a die infrascripto in* „ *aeternum; recepi enim pecuniam venditionis* „ *dictorum librorum integre usque ad finem:* „ *ac promisi super mea fide non conturbare, neque repetere contra supradictam venditionem,* „ *nec expetitione laesionis, neque ulla alia expetitione universorum hominum; quia ab hac* „ *die ego renuntio omni laesioni, ac cuilibet* „ *rei, quae contradici possit, atque adfirmari* „ *contra supradictam venditionem: atque ita* „ *pariter super me ipso spondeo defendere, &* „ *reiicere omnem expetitionem, ac turbationem* „ *dictae venditionis meis impensis: & manus* „ *meae confirmatio contra me ipsum testetur,* „ *ac si forent centum idonei testes, me vendidisse supradictos libros bona animi mei voluntate, meaque certa scientia, & ad argumentum securitatis, ac probationis rogavi Dominum* . . . . *filium* . . . . „ *bonae memoriae, qui meam subscriptionem* „ *confirment: & contra me testentur me recepisse pecuniam venditionis supradictorum librorum, praesentibus illis hac die tertia* (h. „ e. *Martis*) 14. *mensis Adar* (sc. *Februarii*) „ *anno* 238. *millesimi quarti* (qui est ante aeram Christianam 522.) *hic Alexandriae*. Clare patet in Scriptura Hebraica, verum annorum numerum abrasum fuisse, ac pro millesimo sexto, quartum repositum; quare supradicta venditio, anno Chr 1498. facta fuit: Codex vero idem saeculum sapit; ob eiusdem picturas, quae minus barbarice elaboratae fuerunt. Expunctoris etiam falsitatem evincit *Rascì* Commentarius, Pentateucho atque Megil-

gilloth adpoſitus; hic enim Auctor ſaeculo xii. floruiſſe perhibetur, quod vii. ſaeculis poſterius eſt ſaeculo v. *Wolfius* Vol. II. pag 308. hunc Codicem referens, haec habet; *Pentateuchus* Hebraeus cum Targum, & Maſora parva, & quinque Megilloth, Scholiiſque *Anonymi*. Codex membranaceus elegantiſſimus & vetuſtiſſimus A. M. 42-8 C. 478. Alexandriae cum punctis & accentibus deſcriptus. (dicendum fuerat *venditus*.) „ Aera temporis ſine dubio uno millenario „ diminuta eſt: qui ſi acceſſerit, prodibit A. „ C. 1278. Figurae, quae ſuis locis repraeſentantur, ſunt, p. 26. *Iacob Scala*, pag 91. 92. 93. & 95. menſa panum propoſitionis, Candelabrum, inſtrumenta Sacrificiorum, & Tabernaculorum Teſtimonii, atque alia, quae in quatuor ultimis capitibus Exodi deſcribuntur: & p. 174. urbes refugii.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere quadrato cum punctis quod ad textum, Rabbinico vero quod ad alia, elegantiſſimus & ornatus, ſaec. xv. in 4. mai. Conſtat foliis 294.

CODEX XI.

רשי על נביאים

RABÌ SALOMON.

„ 11. COmmentarius *R. Salomonis Iizchak* in Scripturas ſacras, MS. fol. Ebr. *Langius*.

„ xi. פ׳ רש׳ על נביאים ראשונים ואחרונים „ Commentarius *Raſcì* in lib. *Ioſue*, *Iudicum*, „ *Samuelis*, & *Regum*, & in *Prophetas* omnes „ *poſteriores*. Excidit ultimum caput *Malachiae*. Caetera nitide ſcripta in membranis „ in folio parvo; ſed aliqui verſus, ex nimia „ vetuſtate deleti, omnino legi non poſsunt. „ omnia in lucem prodiere Hebraice, & aliqua etiam in Latinum converſa ſunt. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus exterior ſic legitur רש׳ על נביאים Raſcì ñgal Nevìim. *Raſcì* (i. *R. Salomon Iſachì*) *in Prophetas*. Addendum fuerat ראשונים ואחרונים ותרי עש׳ riſcionìm veacheronìm vetherè ñgaſar, h. e *Priores*, *Poſteriores*, & *duodecim* (ſc. *Minores*). Singuli vero Commentarii notantur, ut infra.

Titulus autem interior eſt פרו׳ המקרא לרבנו שלמה יצחקי הצרפתי זצ״ל Pirùſc amicrà le Rabenu Scelomò Ishackì azarphathì zazàl. *Commentarius in Biblia R. Salomonis Ishackì Galli, memoria iuſti ſit ad benedictionem.*

i. p. 1. in *Ioſue*.
ii. p. 12. in *Iudices*.
iii. p. 19. in *Libros Samuelis*.
iv. p. 38. *b. in Libros Regum*.
v. p 60 *b.* in *Iſaiam*.
vi. p. 108. in *Ieremiam*.
vii. p. 127. *b.* in *Ezechielem*.
viii. p. 160. *b.* in *Duodecim Prophetas minores.*

At Comment. in *Malachiam* deſinit in v. 7. cap. ii. qui incipit כי שפתי quare reliqua Expoſitionis huius capitis, & duorum ſequentium deſiderantur.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico ſaec. xiv. ni forte praecedentis, in fol. Conſtat foliis 174.

CODEX XII.

מורה הנבוכים

RABÌ MOYSES CORDVBENSIS.

„ 12. MOrè Nebuchim, Doctor dubitantium *R. Moſeh Maimonidis*. MS. 8. Ebr. *Langius*.

„ xii. ספר מורה הנבוכים מהרמבם *Doctor* „ *Perplexorum Rambam*, inextricabili charactere exaratus in membranis, Hebraicus „ ex verſione *R. Samuelis b. Thabbun*, cum „ eiuſdem Commentario in voces exoticas, „ ab eodem *Rambam* in hoc opere adhibitas. „ Codex antiquus in pergameno, & bonae notae, qui, ut ipſe deprehendi, in multis ab „ exemplaribus iam editis diſſentit. *Catal.* „ *Montfauc. ex autogr.*

Titulus exterior מורה הנבוכים Morè annevuchìm, vertendus erat *Rector* ſeu *Doctor Perplexorum*, non *R. Moyſes Cordubenſis*, quamvis hic Auctor illo pronomine gaudeat; ac etiam per compendium litterarum nuncupetur רמבם Rambam, ſc. *R. Moſes ben Maimon*; unde a nonnullis liber hic appellatur: Sepher morè annevuchìm mearambàm. *Liber Doctoris Perplexorum τȣ Rambam*. Titulus vero interior poſt interpretis praefationem ſic legitur. אמר המורה הגדול הרב הפילוסוף המחבר ר׳ משה בן הרב הגדול ר׳ מימון זצ״ל Amàr amorè aggadòl arràu aphiloſòph amechabbèr R Moſcè ben arràu agadòl R. Maimòn zazàl. *Dicit Magiſter magnus R. Philoſophus Auctor* Moſè *fil. Doctoris magni* R. Maimonis. *memoria iuſti ſit ad benedictionem*. Summam huiuſce libri poſt hunc titulum enarrare pergit *Wolfius* Vol. I. p. 855. his verbis: „ *Directorium in Theologia* vertit *Geſnerus* in Bibl. „ p. 509. ubi tamen perperam a *Libro Perplexorum* diſtinguitur. *Raym. Martini* in *Pugione Fidei* p. 427. Latinis monet vocari „ *Directionem neutrorum* [quae rectius diceretur *Directio nutantium*] quem anno aetatis quinquageſimo, ſecundum Iudaeos, ac „ nominatim *Schalſcheleth* p. 43. *b.* Arabice in „ gratiam diſcipuli ſui *R. Ioſephi* conſcripſit, „ eo inſtituto, ut oſtenderet, quomodo verba, phraſes, metaphorae item & inſolentio-

„ tiores locutiones in S. Scriptura, inde ob- „ viae, & sensum literalem non admittentes, „ capiendae sint: qua quidem occasione va- „ ria sacri Codicis oracula, varia item tum „ Philosophica, tum Theologica argumenta „ excutiuntur: in primis vero ratio prae- „ ceptorum Mosaicorum, quae fortuito data „ videri poterant, subinde redditur. Totus „ liber abit in tres partes: quarum I. Capi- „ tibus LXXVI. nomina, & Φράσεις ἀνθρωποπα- „ θῶς in Scriptura accipiendas, v. c. *descende-* „ *re, ascendere, videre &c* explicat, ac prae- „ terea de Prophetia, Caelo, Mundo, & An- „ gelis commentatur. II. Capitibus XLVIII. de „ Deo Creatore, Intelligentiis caelos mo- „ ventibus, Sphaeris, influxu siderum, & Le- „ gis Mosaicae praestantia differit. III. Ca- „ pitibus LIV. Opera Hexameri, Animalia „ & Rotas *Ezechielis*, Providentiam Dei, Le- „ gisque Mosaicae praecepta persequitur. &c. quae V. l. c. ac item Vol. III. pag. 779. & seqq. Hoc opus ex Arabico in Hebraicum convertit *R. Samuel ben Iehuda aben Tibbon*: atque Praefationem & „ Expositionem dictio- „ num, in variorum Philosophorum scriptis, „ obviarum, adiecit. Ita *Wolfius* Vol. I. pag. „ 1098. n. 4. Primum huius Codicis folium desideratur, quod facile suppleri potest ex sequenti exemplare impresso, quod in Cod. XV. posito adinvenies.

Cod. Hebr. membr. MS. charactere Rabbinico perdifficili circiter saecul. XIV. in 8. Constat foliis 426. inter quae folia 142. *b.* 143. 245. 381. *b.* 382. 383. & 384. *a.* sunt vacua.

CODEX XIII.

חומש הפטרות

PENTATEVCHVS.

„ 13. PEntateuchus cum Commentario, „ Megilloth, & Haphtaroth, impr. „ 4. Ebr. *Langius*.

„ XIII. Pentateuchus, Megillot, & Haph- „ tarot cum notis, & scholiis, collectis ad „ verbum ex *Radak*, *Rabah*, *Rasì*, *Rambam*, „ & aliis. *Venetiis anno* 8307. [in edit. 1307.] „ *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus exterior sic renovandus חומש ומגילות והפטרות Chomàsc vmgillòth Vehaphtaròth. *Quinque*, (i. *Libri Legis*, sc. *Pentateuchus*) & *Quinque volumina*, & *haphtaroth*: [videlicet *Sectiones Lectionum*.]

Duo libri impressi simul compacti in hoc Codice fuerunt, quorum I. hunc praefert titulum.

I. ארבעה ועשרים עם באור כל מלה: אשר בספרי תורה נביאים וכתובים חרושה Ngesrìm vengerbangà ngim biùr col mila: ascèr besiphrè Thorà, Nevìm, ucthuvìm charuscià. *Viginti & quatuor* (h. e. *Libri* veteris Testamenti) *cum declaratione omnium verborum, quae in libris Legis, Prophetarum, & Agiographorum sunt expressa.* Hunc Librum exacte repraesentat *Wolfius* Vol II. p. 387. hisce verbis. „ *Pentateuchus*, seu *Liber Legis*, cum brevi- „ bus notis ex *Raschì*, *Ramban*, *Aben Esra*, „ *Kimchì*, *Mose Cotsensi*, & *Bahal Hatturim* „ desumptis, per *R. Iuda ben Isaac*, & *R. Ie-* „ *chiel ben Ieckutiel*, *Cohen*, in 4. *Venet.* 307. „ (C. 1547) apud *Marc. Ant. Iustinian.* p. „ 158. Accedit Masora, &c. In titulo voca- „ tur ארבעה ועשרים ac si totus sacer Co- „ dex exhiberetur; forte tamen non plures „ libri prodierunt.

Lib. impr. charactere quadrato cum punctis, quod ad Textum, Rabbinico quod ad alia. *Ven.* 307. [C. 1547.] in aedibus *M. Antonii Iustiniani*, in 4. min.

II. חמש מגילות והפטרות Chamèsc Megilloth vehaphtaròth: *Quinque volumina*, & *Lectionum* (*Prophetar.*) *Sectiones*; sed Commentario carent, & hoc ordine sunt disposita: *Canticum Canticor. Ruth*, *Threni*, *Ecclesiastes*, *& Esther*.

Lib. impr. charactere quadrato cum punctis, *Venet. per Christophorum Zannettum*, *& Victorium Alianum*, in aedibus *M. Antonii Iustiniani*, A. M. 322. (C. 1562.) ac sequenti anno completus, ut adparet ex nota editionis in fine; folia 46. & 47. quae deerant, manu suppleta fuere in quatuor foliis.

Cod. Hebr. chartac. impr. ut supra in 4. min.

CODEX XIV.

חומש

PENTATEVCHVS.

„ 14. PEntateuchus cum Targum, MS. „ bene 4. Ebr. & Chald. *Lang.*

„ XIV. תורה Pentatenchus cum Paraphrasi „ Chaldaea. Codex Hebr. pereleganter exa- „ ratus in membr. in 8. *Catal. Montf. ex aut.*

Titulus exterior reponendus hoc pacto חומש עם תרגום Comàsc ngim Targùm. *Pentateuchus cum Paraphrasi Chaldaica*, quae est circa textum exarata.

Cod. Hebr. & Chald. membr. MS. eleganti charactere quadrato (minore tamen in Targum) cum punctis, saec. XV. in 4. min. Constat foliis 231.

CODEX XV.

ספר מורה

LIBER RABÌ MOYSIS

„ 15. MOrè Nebuchim R. *Moseh ben* „ *Maimon* cum Comm. *Schem* „ *Tob* & aliorum, impr. fol. Ebr. *Langius*.

XV.

„ xv. ספר מורה הנבוכים מהרמבם Doctor „ Perplexorum Rambam, cum Commentario „ *Ephodaei*, & *R. Scem Tov*, excusus *Sabio-* „ *netae* ann. 5323. *Catal. Montf. ex aut.*

מורה נבוכים Morè Nevuchìm. *Doctor Perplexorum*, *R. Mosis* fil. *Maimon*, per compendium *Rambàm* vocati: ex Arabico in Hebraicum versus a *R. Samuel ben Iuda ben Tibbon*. De hoc opere dictum est supra in Codice XII. In hoc exemplari, quod est impressum, adduntur ea omnia, quae *Wolfius* refert Vol. I. p. 856. & seq. videlicet: *Index ca-* „ *pitum* a *Charisio* factus: hinc פירוש מלות „ הזרות *Expositio vocum difficiliorum*, quae in „ versione a *Tibbonide* vel ex Philosophia, vel „ aliunde usurpatae sunt, secundum litterarum „ seriem, facta a *Tibbonide*, qui in limine mo- „ net, simile quid elaboratum esse a *Iehuda* „ *Charisio* (hic fuit fil. *R. Salomonis*) qui post „ se librum hunc converterit. Sequitur *Index* „ *locorum Biblicorum* in ipso opere explica- „ torum, postea Praefatio *Schem Tov*: hinc „ contextus ipse, literis quadratis expressus, „ & duplici Commentario, altero *R. Schem* „ *Tov.* fil *Iosephi*, altero *Ephodaei* munitus. Et haec quidem exstare dicit in Editione Veneta 311. C. 1551. fol. apud *Bragadinum*; atque deinde relata in hac nostra recentiori, cum additione tertii Commentarii *Abrahami* fil. *Bonan Crascas*; sed dicendum erat *Ascer* fil. *R. Abraham*, denominati *Bonan Crascas*. Deinde subdit: „ Extrema haec [i. editio] „ praestantissima, & plenissima omnium est; „ unde eandem quoque cum Cod. MS. ad „ suam interpretationem adhibuit *Buxtorfius*.

Cod. Hebr. chart. impr. charact. quadrato quod ad textum, Rabbinico ad reliqua. *Sabionetae* apud *Tobiam Phoà*, manu *Cornelii Adelkinad* ex familia *Levì*, tempore Principis *Vespasiani Gonzagae*, anno M. 313. C. 1553. in fol.

CODEX XVI.

פירוש התורה

EXPOSITIO LEGIS.

„ 16. EXpositio Legis *R. Iacob Baal Ha-* „ *thurim*, impr. 4. Ebr. *Lang.*

„ XVI. Glossa *R. Iacob Bahal Haturim* in „ Scripturam, impress. *Venetiis* 5304. Ad „ haec הליכות עולם *Cursus*, vel *Incessus saecu-* „ *li R. Iosue Levì*: & מבוא התלמוד לרבינו „ שמואל הנגיד *Additus* [in edit. *Aditus*] „ *doctrinae R. Samuelis Hanaghìd*, impr. *Ve-* „ *netiis* ann. 305. minor. supputationis. *Ca-* „ *tal. Montf. ex autogr.* at pro *Aditus* lege *additus*, sc. *adiunctus*, subintelligitur *Tractatulus*.

Duos tantum libros impressos hic Codex complectitur; non vero unicum tantum, neque tres, ut a superioribus Bibliographis testatum fuit; quapropter addendum fuerat in exteriori titulo. והליכות עולם vehalicòth ñgolam, *& Itinera mundi*. Itaque hoc pacto ambo sunt recensendi.

I. פירוש התורה לרבינו יעקב בעל הטורים בן הרב רבינו אשר Pirùsc atthorà le Rabenu *Iacob Bañgal* atthurìm ben arrav Rabenu *Ascer*. *Expositio Legis* R. Iacob *Auctoris* (*libri*) *Turìm*, *magni Rabbini* Ascer. Notulae sunt marginales in Pentateuchum, quae addi coeperunt Bibliis Rabbinicis edit. *Venetae* anni 1549. ut inquit *Wolfius*, quem V. Vol. I. p. 584. Liber Hebr. impr. *Venetiis* charactere quadrato A. M. 304. C. 1544. Folia 57. 58. 59. & 60. manu suppleta fuere charactere Rabbinico in foliis septem.

II. הליכות עולם Halicòth Ngolam *Itinera mundi*, sc. *aeterna*, ex Habac. III. 6. Auct. *R. Iesciuà* fil. *R. Ioseph Levita* Hispano Telmisano, qui vixit Toleti 227. C. 1467. quem Librum (dicit *Wolfius* Vol. I. p. 700. seq.) „ ipse Auctor in Praefatione, suasu, & con- „ silio *Vidalii* filii *Leonis*, composuisse se scri- „ bit, eo animo, ut de phrasibus, & stylo „ Gemarae constare cuique posset. Totus „ itaque libellus quinque Tractatibus constat, „ quorum Primus totam Mischnae & Gema- „ rae dispositionem ac seriem delineat: Secun- „ dus Gemarae formulas familiarissimas ex- „ plicat: Tertius Mischnae formulas & lo- „ quendi rationes persequitur: Quartus prae- „ cipit de variis modis explicandi legem, „ speciatimque de allegoriis & allusionibus: „ Quintus denique ostendit, quis potissimum „ ex Doctoribus Mischnicis & Gemaricis, si „ ratione decisionis dissentiant, audiendus & „ sequendus sit. Ex quo patet, Tractatum „ integrum Introductionis vicem in studium „ Talmudicum praestare. Additus est a pri- „ mo editore Iudaeo, *R. Iehuda* fil. *Iosephi R.* „ *Samuelis* מבוא הגמרה Mevòh aghemarà. „ *Introductio in Gemaram*, eiusdem omnino ar- „ gumenti, sed succinctius digesta. In hoc nostro exemplare impresso, quod est secundae Editionis, ni fallor, adpositus est huic addictionis subsequens titulus זה ספר מבוא התלמוד לרבי שמואל הנגיד Ze Sepher Mevòh attalmùd le-Rabì Scemuèl Anaghìd. *Hic est liber Introductionis in Talmud R. Samuelis Hannagid*. *Wolfius* Vol. III. pag. 1114. citat hoc opusculum, tanquam huiusce Auctoris elucubrationem, sed hanc reticet editionem: & pro התלמוד posuit הגמרה

Lib. Hebr. impr. charactere quadrato *Venetiis* A. M. 305. C. 1545. correctore *Cornelio Adelkinad*.

Cod. Hebr. chart. impr. ut supra in 4.

In

In hoc Pluteo III. quum repositi fuerint nonnulli Libri, in quibusdam Capsulis inclusi; eorundem etiam Catalogum exhibemus.

CATALOGVS
LIBRORVM XIV. SINENSIVM
Impressorum, & unius Latini MS. in Sina inventi.

CAPSVLA I.

BIBLIA LATINA VVLGATAE EDITIONIS.



Iblia Latina vulgatae editionis, quae e Sina in hac Bibliotheca dicata fuere, prope praeteriti saeculi finem: cuique infrascriptum testimonium adnexum fuit. „ *S. Biblia* inventa in Sina apud „ Ethnicum quemdam commorantem in ci- „ vitate, *Cham Xo* dicta, Provinciae *Nankim*. „ Affirmabat hic ea esse a maioribus suis re- „ licta iam inde a temporibus familiae re- „ giae, *ijuên* dicta, quae fuit Tartarorum „ Occidentalium, qui a 400. & amplius an- „ nis Sinam occuparunt. cum quibus venit „ *Marcus Polus Venetus*, qui probabiliter ex „ Europa ea secum attulerit, aut quivis alius „ Europaeus. Fides sit penes authorem Ethni- „ cum.

„ Ita censeo
„ *Philippus Couplet S. I.*
„ *e Sina in Vrbem Procurator*.

Cod. Lat. membr. MS. saec. circiter XIII. sed mancus, ac valde lacer in 8.

CAPSVLA II.

LIBER ORGANICVS ASTRONOMIAE EVROPEAE APVD SINAS RESTITVTAE.

L*Iber Organicus Astronomiae Europaeae apud Sinas restitutae sub Imperatore Sino-Tartarico* Càm Hy *appellato, Auctore* P. Ferdinando Verbiest *Flandro-Belga Brugensi e Societate Iesu Academiae Astronomicae in Regia Pekinensi Praefecto Anno salutis* M.DC.LXVIII. cum tabula Sinicis characteribus in principio posita,

Liber Sinicus in tenuissima, ac candida charta ab una tantum parte *Pekini* impr. ut supra, in folio oblongo, cum duplici tegumento sericeo, violaceo, ac Phrygio opere, charta aurata intertexta exornato. Constat foliis 215.

Rudis delineatio singularum partium humani corporis, seu musculorum, quos inter aut cauterium ad breve tempus adhibent, aut cum acu aurea candefacta partem affectam perforant. Sunt duae Tabulae in simili papyro impressae, altitudine palmorum septem, latitudine trium, & unciarum quinque: quarum altera partem anticam, altera posticam corporis humani repraesentant, cum Sinicis characteribus, tam in figuris, quam in quibusdam ad latera adpositis.

CAPSVLA III.

LIBRI QVINQVE DE AGRICVLTVRA.

I. L*Iber primus de Agricultura Sinensi. Eius Author, & origo & necessitas describitur*, cum aliquibus figuris. Constat foliis 72.

II. *Liber secundus de Agricultura, & methodo serendi Orizam &c.* cum figuris. Constat foliis 76.

III. *Liber tertius de Agricultura, cuius instrumenta proponuntur, & explicantur* cum figuris. Constat foliis 71.

IV. *Liber quartus de Agricultura, ubi de bombycinis educandis, & serico educendo agitur.* cum figuris. Constat foliis 81.

V. *Liber quintus de Agricultura, in quo agitur de arboribus, plantis, frugibus &c.* cum duabus figuris tantum. Constat foliis 81.

Libri chart. impr. characteribus Sinicis in Sina saec. XVII. in 4. oblongo, foliis tamen complicatis, quod ab una tantum parte typos referant.

CAPSVLA IV.

OPERA VARIA OCTO.

I. R. P. Lud. Muglii *S. I. Commendatio Animae, & Officium Sepulturae*. Conſtat foliis 24.

II. *Compendium Vitae S. Dominici Patriarchae, S. Thomae Aquinatis, S. Petri Martyris, & S. Catharinae Senenſis Martyris*. Incerto Auctore. Conſtat foliis 30.

III. *Elogium funebre ab Imperatore Tartaro-Sinico datum* P. Gabrieli de Megalhanes *Societatis Ieſu* characteribus rubris impreſsum, Auctore Anonymo. Conſtat foliis 3.

IV. *Dictionarium mille litterarum, ſeu characterum multiplici modo ſcriptorum*. Incerto Auctore. Conſtat foliis 148.

V. *Ephemerides Coniunctionum, ſive oppoſitionum ſeptem Planetarum anni* 18. *imperante* Cam hì. Auctore Anonymo. Conſtat foliis 40.

VI. *Nomina, & Patria centum quinquaginta*, qui anno 1679. in aula Doctoris lauream ſunt adepti. Incerto Auct. Conſtat foliis 22.

VII. R. P. Emm. Diaz *Luſitani Commentaria in textum inſculptum monumento lapideo, quod anno* 1625. *in provincia* Xensì *inventum, in quo Legis Chriſtianae compendium deſcribitur, eiuſque progreſſus opera ſeptuaginta Sacerdotum Religioſorum, & Epiſcoporum, qui ex Paleſtina in Sinam venerunt circa annum Domini* 600. *Conſule de hoc* R. P. Ath. Kircherium *in Sina Illuſtrata*. Conſtat foliis 61.

VIII. *Compendiium Legis Divinae lingua Tartarica*. Auct. Anonymo. Conſtat foliis 11.

Libri Sinici, praeter ultimum, qui eſt Tartaricus chart. impr. in Sina, ſaec. XVII. in 4. oblongo, foliis complicatis, ut ſupra dictum eſt.



MONITVM.

Quoniam in hac Bibliotheca haud multi Codices Orientales recenſendi ſuperſunt, qui in duobus tantum Pluteis, admodum ſejunctis inter ſe, reconduntur, XLIV. ſc. & LXXXVIII. operae pretium duxi, in hunc Catalogi mei Tomum I. collectos omnes coniicere, ne haec peculiaris materies, longe ab aliis diverſa, ſeorſim habeatur, & ut liberius ad Graecos, Latinos, aliarumque linguarum Codices deſcribendos progrediar.

BIBLIOTHECAE
MEDICEO-LAVRENTIANAE CATALOGVS
CODICVM ORIENTALIVM XXIII.
QVI IN PLVTEO XLIV. CONTINENTVR.

Horum Hebraici funt XIII. omnes MSS. praeter unum, fex comprehendens opufcula: quorum prima tria funt impreffa, reliqua MSS. X. Arabici & Turcici.



Atalogum Codicum Orientalium huius Plutei praetermifit *Langius*.

„ I. סוד התמונה *Myfterium Fidei*, Tractatus „ Cabalifticus *Abenezrae*. „ In eodem volumine incipit Kiddufc feu Formula laudandi Deum, „ quam fcripfit *Mofes Remos* de *Maiorica*. „ Confeffio bona, recitanda ab infirmo in „ ftrato fuo, Oratio, quam edidit *Salomon* „ *ben Ifaack* f. m. ut Deus nos liberet ab „ omni poena. Ad haec aliae preces fine no- „ mine Auctoris. Haec alia manu: In No- „ mine Dei. Ecce novellae Decifiones, quas „ fcripfit Doctor *Jechiel Ioab ben Uziel* fuper „ *Samag magnum*, librum Praeceptorum, quem „ compofuit ille Doctor *Havafia* [in edit. *Ha-* „ *nafcia*] ben *Mofis* Gallus f. m. librum *Samag:* „ (in edit. *Samagalii*) alii Codices tribuunt *Mofi* „ *ben R. Iacob Mikotzi* Hifpano. Doctores, „ qui ab *Jechiele*, huius operis compilatore, „ laudantur, funt *Rafcì*, *Ifaias Refciòn*, *I-* „ *fraël Attharlin Veronenfis*, & *Hazariel* ben „ *Uziel*, *Tarzuch Gallus*, qui & *lumen* & „ *Columna Tranfmigrationis* appellatur. *Ifaias* „ *Harefciòn* eft ille fortaffis *Ifaias* fil. *Eliae*, „ qui ex operibus *Rambàm*, *Rafcì*, & aliorum „ dictam Epitomen Judaici Juris collegit. „ Codex Hebr. MS. in 4. in pergameno. *Catal. Montf. ex autogr.*

In editione, hic Catalogus Codd. Orientalium, in hoc Pluteo adfervatorum ponitur in fine totius Catalogi huius Bibliothecae T. I. pag. 412. cui fubjunguntur haec verba. „ In numeris fequentibus occurrunt varii „ Tractatus de Kabala, qui cum praeter „ huius ineptae artis commenta nihil fani „ contineant, eos confulto praetermifi.

Praetermiffi vero Codices funt II. III. VII. X. XI. XIII. XIV. XVI. XVIII. XIX. XXI. & XXII. Notandum eft tamen in eo Catalogo, recenfionem modo adlatam, non effe Codicis primi, fed fecundi, ut infra apparebit.

CODEX I.

ספר מקבלה

LIBER CABBALAE.

I. PAg. I. Opufculum abfque titulo, principio, & fine. Ad caput legitur recentiori manu ר' אלעזר *R. Eleazar*, forte fuit auctor, vel poffeffor huius Codicis. Agitur in hoc fragmento de quibufdam rebus facris, v. gr. quibus verbis Sacerdotes populo benedicerent, ex cap. VI. Numer. v. 26. atque explicantur Orationes quaedam, & aliqui Pfalmorum verfus. Inc. a verbo, כדאמרינן quod periodum claudit כעסו def.

II. p. 9. ספר חידות והשגחות לרופא אבוקרט Sepher chidòth veafcgacòth la-rofè Habocràt. *Liber aenigmaticorum & Prognofticorum Medici Hippocratis*. Prognoftica *Hippocratis* memorat *Wolf.* Vol. III. p. 87. ubi pag. antecedenti de nomine ipfius apud Hebraeos, dicit: „ איפוקראט *Hippocrates*, quem „ Iudaei, ut plurimum, אבוקראט vocant.

III. p. 14. Tabula, qua intendit Auctor demonftrare cabbaliftice methodum dignofcendi, an infirmus reftituendus fit fanitati, vel e vita exceffurus, cum brevi explicatione in ferius.

IV. p. eadem *b*. Tabula Lunaris pro diebus criticis, atque de illis, qui faufti habentur pro fanguinis emiffione. Primus annus, ex quo videtur habuiffe initium haec Tabula, eft 1369. Huic item Tabulae fubiungitur quaedam explicatio in fine.

Cod. Hebr. membr. MS. a duabus diverfis manibus charactere Rabbinico faec. XIV. & XV. in 4. Conftat foliis 15.

CODEX II.

סוד התמונה

LIBER CABBALAE,

CODex hic potius inſcribendus fuerat exterius ליקוטים Lechutìm, *Collectanea*, i. variarum rerum; decem enim, & octo diverſa opuſcula in eo continentur, quae ſunt.

I. p. 1. סוד התמונה Sod athemunà. *Myſterium imaginis*, vel *Secretum ſimilitudinis*. In hoc opuſculo de figura, & forma litterarum Hebraicarum cabbaliſtice diſſeritur. Auctor putatur a *Wolfio* vel *R. Iſmaël* fil. *Eliſaei*; de quo V. Vol. I. p. 702. vel *R. Nechonia* fil. *Kana*, de quo eodem Vol. p. 905. & de hoc libello p. 908. n. 3. Reponit ipſum tamen inter Auctores Anonymos. Vol. II. p. 1383. n. 510. Inc. בכל עת def. ממנו מלאכי אלהים יחיו בגריך לבנים

II. p. 11. *b.* ספר הבהיר Sepher abbahìr, *Liber candidus*, ſeu *illuſtris*, vel *ſplendidus*. De eo V. ſupra p. 66. n. v. Cod. V. Pl. II.

III. p. 32. Nomen Dei tetragrammaton, ſed tribus tantum litteris quadratis cum punctis expreſſum, & ad varias ſignificationes translatum, modis LXXII.

IV. p. 34. Inſtructio precum dicendarum in tribulationibus, in qua indicantur Pſalmi recitandi.

V. p. 36. Additio Hymni, qui dicitur *Sanctificationis*. Auctore *R. Moſe Remos* de Maiorica. Inc. אל עיר בחרת def. מלך עולם

VI. p. 37. הקינה שעשה ר׳ משה רימוס ackinà ſceñgasà R. Mosè Remos. *Lamentatio facta a R. Moſe Remos*: qui aetate XXIV. annorum, morte damnatus, ut ipſe fatetur, per calumniam, orat, ut tranſmittatur ad ſuos: ſuaque ſtudia, in omnibus fere ſcientiis, enunciat. Inc. לקץ הימין def. מי האמין

VII. p. 38. *b.* Orationes III. pro Infirmis morti proximis, in lectulis ſuis peccata confitentibus Deo, quarum altera pro mare, altera pro femina, III. circa idem, ſed prolixior. Auct. *Nathan* ben *Samuelis*. Inc. Oratio I. אלהי הרוחות Tertia def. למחול ולסלוח

VIII. p. 42. *b.* תפילה על הדבר Thephilà ñgal addever, *Oratio contra peſtilentiam*. Praemittuntur aliqui Pſalmi. Auct. *R. Salomone* fil. quondam *R. Iſaach*. Oratio inc. p. 43. *b* ריקם מלפניך def. רבון כל העולמים

IX. p. 43. *b* Oratio ad Deum, ut flagella removeat. Auct. *R. Iuda Caſsìd*. Inc. וצרי def. שומע תפילה ברוב חסדיך

X. p. 45. Oratio rhythmica per alphabetum ad Deum, ut peccata dimittat, & liberet ab omni malo. Auct. Anonymo. Inc. אל מי אנוסה def. למשיב נפש

XI. p. 46. *b.* Oratio dicenda in die Expiationis: alia in Magno Jeiunio. Auctore *Salomone*, forte *ben Gavirol*, ut dignoſcitur ex initialibus litteris cuiuslibet ſtrophae. Inc. שבייה עגייה def. למה לנצח תשכחנו

XII. p. 47. Oratio ad Deum, ut nos liberet ab omni poena. Auct. Anonymo. Inc. אמרת אל תירא def. יי שמעה בקולינו

XIII. p. 47. *b.* Oratio ad Deum, ut liberet Auctorem, in compedibus detentum. Auct. Anonymo. Inc. אנקת אסיר def. חקיך למרני

XIV. p. 48. חדושים Chiduſcìm. *Novellae Deciſiones* ſuper Semàg, i. *Librum magnum praeceptorum* a *R. Moſe* fil. *Jacob Kotſenſe Hiſpano* elaboratum. Auctore *R. Jechiele Phoàb*. Cum aliis Novellis in prioribus inſertis, tam in ipſo Semàg, quam in aliis textibus. Auct. *Azriele Tarabòth* Gallo; & *Eſaia Riſcìon*. Inc. במצוה ראשונה def. מה נותר

XV. p. 62. Genealogia Scriptorum, qui Deciſiones in Legem poſt Talmudiſtas elucubrarunt. Inc. בראשונה def. לא נמצא על שמם

XVI. p. 63. *b.* Aliae Deciſiones in ſupradictum *Semàg*, forte ab Amanuenſe praetermiſſae, vel additae. Agitur in his de Ritibus Hebraeorum in diebus ſolemnioribus, ſc. Jeiunii, Paſchatis, Tabernaculorum, &c.

XVI. p. 72. ספר רזיאל Sepher Razièl. *Liber Razielis*. Huius libri recenſionem attulimus in hoc Tom. p. 60. ex Cod. LXI. Plutei I.

XVII. p. 77. Commentarius in eundem librum. Auct. *Abrahamo Abulaffia* Inc. ארז׳ def. ונשלים זה הספר ונתחיל אחריו רזיאל ספר איש ארם ב׳ע׳ה

XVIII. p. 93. ספר איש אדם Sepher Iſc Adàm, *Liber homo homo*. Opuſculum Cabbaliſticum eiuſdem Auctoris, circa numeros, ex quibus efficiuntur nomina Dei, ac ſpirituum &c. per anagrammata, unde ex titulo איש אדם׳ efficitur anagrammatice אשמדאי׳ *Aſmodai*, nomen Principis Spirituum Inferorum. Auct. *Abraham* ben *Samuelis Abulaffia* Hiſpano, de quo V. *Wolfium* Vol. I. p. 30. n. 45. ubi huius Libri titulus reticetur.

Cod. Hebr. chart. MS. varia manu charactere Rabbinico ſaec. XV. & XVI. in 4. Conſtat foliis 94. quorum folia 32. *b.* 33. 34. *b.* 25. 44. *b.* 46. *a.* & 71. vacua ſunt.

CODEX III.

ספר קבלה

LIBER CABBALAE,

I. P. 1. Tractatus Cabbaliſticus abſque titulo; eſt autem *in decem Sephiròth*, ad tyrones erudiendos. Auctor eſt, ut ex litteris ini-

initialibus trium verficulorum Pfal. cxviii. poft Dei nominis invocationem, ad libri caput adpofitorum, arguitur, *Moyfes* quidam. Horum verf. primus eft 103. fecundus 162. tertius 38. Eiufdem argumenti libellum etiam elaboravit *R. Jechiel Afcenazì* Germanus, היכל יהוה *Templum*, vel *Palatium Domini* nuncupatum, itemque alius, fc. *R Iacob* ben *Ruben*, de quibus V. *Bartoloccium* T. III. p. 833. & *Wolfium* de primo Auctore Vol. I. p. 574. Inc. ברוך ״ אלהי ישראל def. אשריו קדוש

II. p. 62. Tractatus Arithmeticus abfque titulo, & nomine Auctoris. Inc. אם יאמר אדם def. שבעת אלפים וחמשים וששה finis defideratur.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico, quod ad primum opus faec. xvi. quod ad fecundum faec. xv. Conftat fol 69. Folia autem 55. & fequentia ufque ad 61. inclufive, quod antiquitus circa marginem fuperiorem fciffa fuerint, alba charta inftaurata fuere: & folium 61. *b.* fcriptura caret.

CODEX IV.

ACTA MAVMETHIS.

IN Titulis exterioribus, qui praefixi funt libris Arabicis, & Turcicis in hoc Pluteo adfervatis, praetermittuntur Tituli, iifdem linguis exarati, ex characterum deficientia. Recenfio vero cuiuslibet Codicis, item ex praedictis linguis, defumta eft ex Catalogo Codicum MSS. Orientalium, edito a *Stephano Evodio Affemano* Archiep. Apameae, iam fupra in Pl. I. pluries laudato, Florentiaeque impreffo Anno cIↃ IↃcc xlii. in qua recenfione tamen nonnulla funt advertenda, ut fuis locis dicetur.

Praefens Codex fic ibi defcribitur. p. 46. num. xvii.

„ MOHAMEDIA, feu Tractatus de rebus „ Mahometanis, continens Theologiam Arabum de divinis nominibus, & Commentarios in felecta Alcorani loca, quibus Encomia Mahometis Pfeudoprophetae, & fociorum praefiguntur.

„ Codex bombycinus in 4. folio [l. in 4. mai.] Arabicis literis, & fermone Turcico eleganter exaratus; fed in fine mutilus.

„ Conftat paginis [l. foliis] 261. Adfervatur in Pluteo xliv. notatus num. 4.

CODEX V.

ALCORANVS.

„ ALcoranus, in 4. minori bombycino, nitidiffime exaratus, & optime confervatus.

„ Pertinuit ad *Ramadan*, qui ad initium Codicis haec manu fua adnotat. *Dominus huius libri, & poffeffor eft* Ramadan *ben* Mahometis, *ben* Alexandri *ben* Habdel Halìm *ben* Abd Aelvehab *ben* Alì *ben* Mahometis *ben* Abd Hallah: *quibus Deus veniam tribuat, & omnibus Mofulmanis.*

„ Conftat pag. [l. foliis] 358. Adfervatur in Pluteo xliv. notatus num. 5.

In edit. reperitur p. 46. num. xvi.

CODEX VI.

ALCORANVS.

„ ALCORANVS Mahometis Pfeudoprophetae.

„ Codex bombycinus in quarto, elegantiffimo charactere Arabico exaratus. [Adde] cuius duae primae paginae auro, minioque ornatae funt.

„ Conftat paginis 227. [l. foliis 328.] Adfervatur in Pluteo xliv. notatus num. 6. In edit. vero ponitur in pag. 45. fub num. xiii.

CODEX VII.

ספר המוסר

LIBER CABBALAE.

Titulus exterior explicandus erat, ut infra; quum infcriptio fit tantum primi Libri, ex fex, qui fimul in hoc volumine compacti fuerunt, quorum primi tres funt impreffi, alii vero MSS. Quare in eodem exteriori titulo addendum fuerat וספרים אחרים ufpharìm acherìm, *& Libri alii:* hique funt fequentes.

I. ספר המוסר Sepher amusàr. *Liber difciplinae. R. Iehudae* fil. *Clatz*, cum Obfervationibus in principio *R. Mofis Clatz* fil. *Eleazaris*, Auctoris ex fratre nepotis: qui etiam Praefationem praefixit: ad cuius caput vi. verfus Pfalmi cxviii. praemifit, bifariam divifos: Horum primi tres funt 97. 162. & 35. qui per initiales litteras efferunt משה alii vero tres, ideft 86. 94. & 141. fimili modo efficiunt כלץ. De hoc libro *Bartoloccius* Tom. III. pag. 58. haec habet „ Liber eft moralis, & doctus, docens, quomodo unufquifque vitam fuam dirigere debeat, & ad mores rectos componere. „ Dividitur in xx. capita: quorum agit 1. *de Eleemofyna*. 2. *de refipifcentia*. 3. *de humilitate*. 4. *de oratione*. 5. *de honore parentibus exhibendo*. 6. *de Matrimonio contrahendo*. 7. *de filiorum recta educatione*. 8. *de obfervatione Feftorum*. 9. *de operibus mifericordiae*. 10. *de tempore praefigendo pro ftudio Legis*. 11. *de negotiatione fideliter exercenda*. 12. *Contra proximum aliquid*

non

„ *non agendo opere vel locutione*. 13. *de Hypocrisi & Adulatione fugienda*. 14. *de Iracundia*. 15. *de recto Iudicio exercendo*. 16. „ *de Praeceptis Domini tota virtute servandis*, „ 17. *de statu, in quo quis reperitur, gaudendo*. 18. *de dilectione Proximi*. 19. *de secreto sibi credito non revelando*. 20. *de urbanitate servanda*. Fuit hic liber inter alia Auctoris scripta repertus a *R. Mosè* ben „ *Caletz* eius nepote, eumque typis evulgare curavit, ut dicit Typographus *R. Iacobus* ben *Naphtali Cohen* de *Gazulo Ascenazì* in fine huius libri p. 138. col. 2. „ Excusi *Mantuae* tempore *Guilielmi Gonzagae* Mantuani Ducis anno 351. minoris „ supput. Christi 1591. apud *Iacobum Ruphinellium* in 4. charactere rotundo. Huius „ meminit *Buxtorfius* in Bibliotheca Rabbinica in מוסר & impressum fuisse *Cracoviae* „ anno 358. Chr. 1598. in 4. affirmat. Nostra haec editio Cpoli facta fuit anno 297. C. 1537. in 4. quare est omnium antiquissima. Ea ignota fuit *Bartoloccio*; nota tamen fuit *Wolfio*, qui eam retulit Vol. I. p. 438. & Vol. III. p. 321. n. 737.

II. p. 136. דרשות Derasciòth. *Conciones*. Auctore *R. Salomone Malcho*. Harum Concionum Librum, *Wolfius* Vol. I. p. 1077. seq. ait „ appellari a Iudaeis etiam ספר המפיאר „ *Librum elegantissimum*: & שׁ׳ monet, praeter conciones inveniri ibi intentiones, sive sensus Talmudis interiores, subtili & mysterii plena ratione expositos, ac praeterea de futura liberatione exponi. Hic noster liber impressus est Thessalonicae ann. 289. C. 1529. 4. charactere Rabbinico.

III. p. 172. משרא קטרין Miscrè Chitrin. *Solvens nodos*. Auctor est *Abraham* Levita *sene*, discipulus *R. Mosis Corduero*, adeoque saeculo XVI. clarus Hierosolymis. De hoc opere [inquit *Bartoloccius* T. I. p. 30. col. 2.] „ Prolixe tractat *De supputatione septimanarum Danielis*. Probatur Iudaeis Constantinopolitanis, sed revera multa futilia, & „ contra textum sacrum proponit. De eo etiam *Wolfius* Vol. I. p. 67. fere eadem refert. Liber est impressus Cpoli charactere Rabbinico in 4. Nota impressionis reticetur a *Bartoloccio*: a *Wolfio* vero Vol. III. pag. 44. n. 104. memoratur locus & annus. Constantinopoli anno 265. Chr. 1505. Nostra autem editio est in eadem urbe ann. 270. C. 1510. opera *R. David* F. *Nachsmisc*, & *Asroch* Tolonensis, & aliis.

IV. p. 194. נבואות הילד הנביא נחמן בן החסיד הקדוש ר׳ פנחס מכפר ברעם Nebuòth ajeled annavì Nachmàn ben achasìd accadòsc R. Pinchàs. michepàr Barñgàm. *Prophetiae pueri Prophetae Nachmanis*, fil. *R. Pinchas pii & iusti ex oppido Barñgàm*. Auctor libri *Seialscelèth Hakkabbalà* p. 46. 1. fin. dicit דמן כפר כרעם ex oppido *Charñgàm*. Verum in nostro Codice clarissime scriptum est ברעם *Barñgàm*. De hoc libello *Wolfius* Vol. I. p. 67. haec pauca habet „ Prophetia *Nachmanis Ketupha*, filii *Pinchas*, qui vix natus vatem „ egit, statimque iterum obiit, explicata [i. ab *Abrahamo Levita Seniore* superius memo- „ rato in praecedenti opusculo] ex qua lo- „ cum affert *Schalscheleth Hakkabbalà* p. 46. „ sq. Et in nota ad paginae calcem „ Vide de hac Prophetia *Schalscheleth Hakkabbalà* p. 46. *a*. *b*. ubi & *Abrahami* nostri expositionem memorat. Ineditam esse hanc Prophetiam existimo; a nullo enim de ea, ut impressa, fit mentio. Haec Expositio elucubrata Hierosolymis anno 277. C. 1517. Inc. חסדי ײ אזכיר ex versu VII. cap. LXIII. Isaiae. des. ברית שלום ביניהם Ad calcem ponitur Fragmentum suo loco restituendum.

V. p. 235. אגרת סוד הגאולה Ighereth sod agheulà. *Epistola de mysterio liberationis*, [i. *a captivitate*] Auctor est idem *R. Abraham Levita sene*, qui hanc Epistolam scripsit in urbe Hierosolyma, ut in fine adparet. Item in ultimo folio reposita fuerunt tria fragmenta suis locis reponenda. Inc. cum ipso titulo. Des. אשרי כל חוכי לו

VI. p. 259. *b*. סדר המשמרות שעושים בירושלם עיר הקדש Seder amischmaròth sceñgoscìm biruscialaim ñgir accodesc. *Ordo Vigiliarum* (seu *precum*) *quae fiunt Hierosolymis, civitate sancta*. Auctor est incertus. Inc. המתנדבים בעם des. תענו ותעתרו מן השמים

Codex Hebraicus chart. medius impressus, medius vero MS. diversa manu, a pag. sc. 193. usque ad finem, saec. sc. circa XV. Constat in totum foliis 265. inter quae folia 132. 133. 134. & 135. 192. *b*. 193. 259. *a*. & 265. *b*. vacua sunt.

CODEX VIII.

ALCORANVS ARABICIS CHARACTERIBVS EXARATVS.

„ ALCORANVS, idest Mahometis Pseudo- „ prophetae Liber, quem tamquam de- „ lapsam e caelo legem venerantur eius se- „ ctarii idque ex Capite eiusdem Alcorani „ XCVII. *Suras Alkodra*, idest de Potentia Dei „ Optimi Maximi, eiusque Decretis (ubi „ sic Deum loquentem exhibet idem Ma- „ hometes: *Nocte decreti illum* (videlicet „ Alcoranum) *nos e Caelo demisimus*, &c. „ praecipue autumantes, eum proinde ineffabilem, increatum, divinum, & elegantissimum esse: nec in alia lingua, praeter- „ quam Arabica legi posse, perperam ad- „ firmant. Hinc Mahometani Europam, A- „ fricam universamque Asiam incolentes, „ variis licet linguis inter se omnino discrepantibus utantur, nunquam tamen vernaculis suis idiomatibus, sed Arabice dumtaxat, uti a Mahomete traditus fuit, Al- „ coranum in Fanis seu Moscheis recitant. „ Sed ridiculis hisce, atque futilibus Maho- „ metanorum inventis, de Alcorani prae-stan-

„ stantia praetermissis, in eo adcurati omnes „ rerum orientalium Scriptores conveniunt, „ quod nimirum anno Christi DCXXII. qui est „ primus Epochae Mahometanorum, quam „ a fuga, vulgo *Hegira* ad urbem Medinam „ a Mahomete eodem anno Christi DCXII. ad- „ repta, desumunt, idem Mahometes frau- „ dulentus, & versipellis Alcorani partes „ a Sergio Monacho Nestoriano, Phinea Iu- „ daeo, & Abdalla Arabe conditas, tam- „ quam caelo sibi delapsas, ubique vendi- „ tare coepit: quas postea Abubacrus pri- „ mus Mahometanorum Chalipha, & ipsius „ Mahometis succesor, in unum volumen „ redegit, eique varia nomina *Masaph* sci- „ licet, idest *Codicis*, Alphorkam, idest *Di-* „ *stinctionis veri a falso* & *Tanzil*, idest *cae-* „ *lo delapsi*, imposuit. Huius quidem septem „ editiones numerantur: quae a Iuristis „ Mahometanis eiusdem Alcorani expositori- „ bus passim citari solent. Prima & secun- „ da confecta fuit in urbe *Medina*: tertia ve- „ ro in urbe *Mecca*: quarta in urbe *Cufa*: „ quinta *Bassorae*: sexta in Syria: septima „ demum communis, seu vulgata dicitur, „ quam licet antedictae sex Editiones annis „ CC. & CCLX. praecedant, cum ea tamen „ in verborum & literarum numero conve- „ niunt: in omnibus siquidem Alcorani e- „ xemplaribus, quae ubique terrarum re- „ periuntur, 77639 verba: & 323015. li- „ terae recensentur. Neque obstat divisio „ eiusdem Alcorani in sexaginta Sectiones, „ & 114. capita, quae in nonnullis eiusdem „ exemplaribus conspicitur; nam haec re- „ cens est, & a quibusdam Imamis ad usum „ Fanorum dumtaxat excogitata.

„ Variae prodierunt Latine, Gallice, Hi- „ spanice, & Anglicane Alcorani versiones; „ sed omnium praestantissima fuit *Maracii* „ Latina, *Patavii* cum Commentariis edita, „ ad quam accedit Gallica *Andreae de Ryen* „ anno MDCLXXII *Parisiis impressa*.

„ Codex membranaceus in quarto minori „ quadrato, optime conservatus, pervetustis „ characteribus Mograbinis, seu Africanis, „ & sermone Arabico eleganter exaratus „ anno Hegirae DCXXI. (Christi 1223.) ut „ liquet ex epigraphe ad calcem ab Ama- „ nuensi adiecta videlicet: *Deo favente, ac* „ *virtutem, & opem praestante explicit Alco-* „ *ranus, Laus Deo: die decima mensis Gem-* „ *madi prioris, anno Hegirae DCXXI. Deus* „ *salutem dicat Mahomet suo Prophetae, eius-* „ *que parentibus & sociis*.

„ Huius Codicis aetas superat annos quin- „ gentos; annus enim Hegirae sexcentesi- „ mus vigesimus primus in subscriptione „ notatus respondet anno Christi millesimo „ ducentesimo vigesimo tertio.

„ Pertinuit olim ad *Achmetem* ben *Hotman*, „ qui anno Hegirae nongentesimo sexagesi- „ mo tertio, (Chr. 1555.) eundem *Cosmo I.* „ Mediceo, Florentinorum Duci dono de- „ dit, uti pagina 1. adnotatur.

Constat paginis 138. (l. foliis 137.) Adservatur in Pluteo XLIV. notatus num. VIII.

Haec recensio habetur in Catalogo Assemanniano, supra laudato pag. 44. sub n. XII.

CODEX IX.

ALCORANVS.

ALCORANVS Mahometis, Arabice scriptus, in quarto bombycino, ineunte mense Ramadan, anno Hegirae octingentesimo quinquagesimo quarto (Chr. 1450.) uti ad calcem adnotatur.

Constat paginis 328. (l. foliis 327.) Adservatur in Pluteo XLIV. notatus num. IX.

Descriptus in praefato Catal. Assemanian. pag. 45. sub num. XIV.

CODEX X.

ספר קבלה

LIBER CABBALAE.

COdex hic est acephalus, ac nonnullis etiam locis mutilus. Est tamen pars quaedam *Libri Sohar*: de quo V. Cod. II. Pl. II. p. 63. recensionem. Inc. פקודא בתר דא, des. אבא אליך וברכתיך

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico, circa saec. XVI. in 4. Constat foliis 138.

CODEX XI.

אגרת חמודות

LIBER CABBALAE.

PRaeter primum opusculum in titulo exteriori enunciatum, duo alia opuscula in hoc Codice continentur, ut infra in eiusdem Cod. descriptione patebit.

I. p. 1. אגרת חמודות Ighereth chamudòth. *Epistola rerum pretiosarum*. Agit de mysteriis Cabbalae. Auct. *Elia Vita* fil. q. *Beniamin* e Genanzano. Alius Liber eiusdem tituli inter Hebraicos reperitur, de quo mentionem facit *Wolfius* Vol. I. pag. 152. num. 243. 245. & Vol. IV. pag. 781. num. 243. sed est alterius Auctoris & argumenti; Inscribitur enim ut supra *Igheròth chamudòth*, & vertitur *Epistola de rebus desiderabilibus*, seu *insignibus*: agitque *de moribus animae*, &c. & est Auctor *R. Elias* F. *Chaiim Marcianus*; quare tam titulus, quam Auctor alius est a no-

noſtro. Hunc quidem exiſtimo eſſe idem, ac noſtrum. Inc. haec Epiſtola מאז גלית את def. ויגדיל תורתך ויאדיר אזני

II. p. 25. *b.* Diſputatio facta in *Vrbe Veteri* cum Magiſtro *Franciſco* ab *Aquis Taurinis*, Ordinis Minorum Praedicatore. Inc. כן דברת def. ויהי בתחלת דברו עמי

III. p. 34. Enarratio cuiuſdam maritimi itineris in Mediterraneo & Adriatico, a Neapoli videlicet uſque ad Hieroſolymam, cum reditu Venetias. Auct. *Meſciulàm* fil. *Menachèm Volaterrano*, qui hoc iter cum aliis ſociis peregit. Initio caret; at haec ſunt prima verba יום ב׳ כ״ה בו def. שלווים ושקטים Sequitur enumeratio milliariorum a Neapoli Hieroſolymam, & Damaſcum uſque, & ab his locis uſque Venetias, quae milliaria ſimul collecta efficiunt numerum 5703.

Cod. Hebr. chart. MS. varia manu charactere Rabbinico ſaec. xv. in 4. Conſtat foliis 54. quorum folia 1. *a.* 32. *b.* 23. & 54. *b.* vacua ſunt,

CODEX XII.

ALCORANVS.

ALCORANVS, in folio Bombycino Arabice, nitidiſſimo charactere ſcriptus ab *Almalech*, anno Hegirae octingenteſimo, nonageſimo octavo (Chr. 1492.) uti ſequens epigraphe ad calcem adnotata oſtendit. *Abſolvit deſcriptionem Libri Excelſi, in quem cadere non poteſt, ſervus imbecillis, & miſeratione Dei indigens*, Almalech Alvahab *ben* Sciam Ebdin *de* Hamdam, *anno Hegirae octingenteſimo nonageſimo octavo*. Conſtat paginis 223. (lege foliis 223.) Adſervatur in Pluteo XLIV. notatus num. 12.

In Catal. Aſſeman. poſitus in p. 46. ſignatus num. xv. & eſt in 4. mai.

CODEX XIII.

ספר מקבלה

LIBER CABBALAE.

OPuſculorum ac Fragmentorum, Cabbaliſticorum praecipue, farraginem, in hoc Codice complexam, indicare ſatagam; itaque brevius ac potero exordiar. Sciendum itaque eſt, in primo folio vacuo, pag. *a.* adpoſitam fuiſſe recenti manu hanc epigraphem, videlicet: פירוש התפילות ע׳ד קבלה Pirùſc attephilòth ñgal derech Chabbalà. *Commentarius Orationum, juxta Chabbaliſtarum explicationem*. At hunc titulum Opuſculo II. adfixum videbimus. Primum autem, quum titulo careat, ſic poteſt exponi.

I. p. 2. Regula, ſeu methodus circa ea, quae unuſquiſque facere debet ab initio diei uſque ad ipſius finem. Inc. כשאדם קם ממטתו Def. שאינו ממטבע הכמים

II. p. 40. פירוש התפילות Pirùſc attephilòth. *Expoſitio precum*. Inc. תהלה אערך In p. 54. manus Scriptoris variat. Def. דתרווייהו לעלמין וכו׳ poſt quae idem Scriptor ſe nil aliud reperiſſe fatetur.

III. p. 60. פירוש ברכת המזון על דרך הקבלה Pirùſc bircàt amazòn ñgal derech acchabbalà, *Expoſitio benedictionis ciborum, juxta Cabbaliſtarum opinionem*. Inc. עשרה דברים def. ובשם ״ אקרא

IV. p. 62. שערי הצדק Sciañgarè azzèdech. *Portae juſtitiae*. De duobus ejuſdem tituli Libris jam dictum eſt ſupra in recenſione Codicis V. num. 11. Pl. II. at hunc praeſentem libellum, neutrum eſſe autumo: imo ſuſpicor, partem eſſe operis, in tres partes diviſi, *R. Salomonis* ben *Moſis de Flumine Alghevir*, teſtimonio innixus *Bartoloccii*, qui Tom. IV. pag. 386. haec habet „ *R. Salomon* ben *Moſis de Flumine Alghevir*, ſapiens Phyſicus, compoſuit librum inſcriptum בית אלהים Beth Elohìm. *Domus Dei*. Tractat de Templo Salomonis, & dividitur in tres partes. Prima vocatur שערי צדק Sciaarè Zèdech. *Portae Juſtitiae*, habet capiita VII. Secunda vocatur בית מדות Beth Middòth, *Domus Menſurarum*. De Menſuris Templi. Tertia deſideratur. Extat MS. in Bibl. Vaticana. Memoratur hic Auctor etiam a *Wolfio* Vol. I. p. 1078. num. 2008. & ſeq. ac Vol. III. p. 1063. ſub eodem num. ubi pro paterno loco de *Flumine Alghevir* mavult efferendum *de Algerio*, vel de *Algeria*, urbe Sardinienſi. Et quidem opuſculum noſtrum VII. capitibus continetur, cum brevi Praefatiuncula. Inc. cum verſu 24. capitis VI. Numeror. יברכך יהוה וישמרך i. *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te*. Def. אוסיף להשכילך בינה cui ſubditur Medicamentum quoddam ad cordis ſolamen.

VI. p. 70. מעיין החכמה Mañghiian achochmà. *Fons ſapientiae*. De hoc libro dictum fuit in recenſione Cod. XV. Plut. II. p. 73. & ſeq. & pag. 78. n. IV. ubi alterum exemplar adſervatur. Attamen huius noſtri initium, diverſum eſt ab aliis ſuperius adlatis. Incip. enim ab his verbis, quae Titulo, eodemque maiore charactere adnectuntur. זהו שמוש חמשה חומשי תורה i. *Hic eſt uſus Quinque Librorum Legis*. def. זכור לטוב אמן Et haec eſt Praefatio, in qua narratur de Aſcenſu Moyſis in Caelum, & Angelorum occurſu. Opus vero incipit בראשית def. שאת Hoc Opus שמוש התורה Scimmùſc atthoràh, *Vſus Legis*, tribuitur a *Wolfio* Vol. II. p. 1436. n. 696. Auctori *Anonymo*, ubi ait „ Libellus „ eiuſdem farinae „ ac שמוש תהלים Scimmùſc Theilìm, *Vſus Pſalmorum*, de quo ſupra loquitur „ qui ſimilem Legis uſum ſuperſtitioſum commonſtrat, quemque MS, „ tantum exſtare ſcribit *Bartoloccius*.

VIII.

VII. p. 79. Mysteria quaedam Cabbalistica circa Dei nomen, & alias res, quorum primum est.

VIII. p. 82. Brevis observatio circa ultimum versum Psalmi LXXXIX. & totum sequentem LXXXX. ubi deest littera ז. Huic adnectuntur Mysteria quaedam cabbalistica, & expositiones diversarum Orationum usque ad folium 84. *a.*

IX. p. 86. *c.* Hymnus in laudem Dei. Auct. Anonymo. Inc.
מי ימלל גבורות אל
des.
ובא מבא ואיש תמים

X. p. 89. Methodus, circa usum Cabbalae servanda: unicum folium comprehendit, & ab hoc folio ad totum 103. membr. sunt.

XI. p. 90. Fragmentum cabbalisticum de Dei nomine: item unum folium occupat.

XII. p. 91. Fragmentum, in quo praescribitur Orationis methodus.

XIII. p. 92. *b.* Tractatus Cabbalisticus absque principio, in quo agitur de Paradiso, Inferno, Angelis, & aliis rebus. Inc. circa dimidium capitis I. his verbis. אמר ר׳ ישמעאל des. וחבלא לא משוו ביה Auctor est incertus, & quamvis in medio primo Capite mentio fiat *Ismaëlis* cuiusdam, hic esse potest Scriptor citatus in opere, non autem ipse Auctor operis. Verum in aliquibus sequentibus Opusculis *Ismaël* quidam reperitur Auctor.

XIV. p. 104. מעניין המרכבה Mengianìn Amercavà. *Tractatus de Quadriga*. (sc. *Ezechielis*) Inc. הקב״ה רם ונשא des. ברכה ותהלה

XV. p. 107. *b.* ספר הרזים Sepher arazìm. *Liber*, sc. *Cabbalae*. *Arcanorum*. A *Wolfio* Vol. II. pag. 1423. num. 651. Liber huius tituli tribuitur Auctori Anonymo: dicitque: „ Ibi nomina Angelorum singulis mensibus praefectorum, & pro prospera fortuna invocandorum, recensentur. Forte est pars Libri *Rasiel*. Inc. זה ספר מספרי הרזים des. ומכל טומאה

XVI. p. 114. *b.* Descriptio VII. Caelorum: Enarratio de Angelorum nominibus: de VII. Abyssis, ordine tamen inverso: de Operibus Dei in VII. Creationis diebus: de Divinis Attributis per Alphabetum, ac denique de Oratione, Auctore Anonymo. Inc. שם הרקיע הראשון des. אשרי אדם בוטח בך

XVII. p. 123 שיעור קומה Scisigur chommà. *Mensura Magnitudinis*, seu *Staturae*. Auctore *R. Ismaële*. *Wolfius* Vol. I. pag. 702. n. 1295. 3. hunc titulum memorat sub titulo ספר הקומה eumque tribuit *Ismaeli* fil. *Elisaei*, Hebr. אלישע Elisciang, quod nomen ipse *Wolfius* ita scripsit, at Typographus pro *Elisaei* impressit *Eliae*. Inc. אמר ר׳ ישמעאל des. לתושבחתיה דמריה Subditur Nomen Dei diversimode scriptum cum aliquibus orationibus ad ipsum.

XVIII. p. 138. Dialogus *R. Ismaëlis* cum Angelo, qui ab eo creditur fuisse *Enoch*. Hunc Dialogum profecto respicit, quod dicitur a *Wolfio* loc. cit. n. 2. de Libro inscripto פרקי היכלות *Capitula de Templis* „ Liber Cabbalisticus amplus, & magnae apud Iudaeos auctoritatis. Sed cuius exigua tantum pars exstat in libro ארזי לבנון Idem Liber alias vocatur חנוך, quia ab Auctore ope *Metatron*, quo nomine vocatur *Enochus*, scriptus creditur. Inc. אמר ר׳ ישמעאל des. p. 146. *b.* בחלחלה Deinde vero Amanuensis deseruit scriptionem, residuum dictae paginae, ac totum folium 147. vacuum praetermittens, atque in sequenti pag. 148. idem opus prosequitur, ac in pag. 149. des. his verbis ושמו אחד ex v. 9. cap. XIV. *Zachariae*.

XIX. p. 153. שער השמים Sciangàr asciamàim. *Porta caelorum*. Explicatio in X. Sephiròth. Auct. Anonymo. Inc. Praef. שאלת ממני Opus vero הנה עליון des. רחמיו וחסדיו

XX. p. 186. פ׳ ספר יצירה Pirùsc sepher jetzirà. *Commentarius in librum jetzira*, ubi item explicantur X. Sephiròth, Auct. Anonymo. Inc. עשר ספירות des. ושמו אחד

XXI. p. 195. פירוש מן י״ג מדות להר׳ אשר זלה״ה Pirùsc min scelòsc ngesrè middòth le R. Ascèr zallà. *Commentarius in* XIII. *Attributa Dei* R. Ascèr requiescat. Inc. ערכתי את לבי des. יקר יפעתם

XXII. p. 204. *b.* Fragmenta quaedam Cabbalistica, quae incipiunt ab Expositione Capitis I. Genesis.

XXIII. p. 212. Fragmentum Commentarii in librum *Ietzirà*.

XXIV. p. 218. Fragmentum aliud in eundem librum, quod definit צור עולמים & haec omnia incerto Auctore.

Cod. Hebr. Chart. & partim membr. MS. charactere Rabbinico a variis, saec. XV. & quod ad partem membranaceam XIV. in 4. Constat foliis 225. folium enim 86. dupliciter numeratum fuit: quorum folia 39. *b.* 81. 84. *b.* 85. 86. primum, & 86. secundum fere totum 87. 88. 122. *b.* 133. *b.* usque ad totum 137. 147. 150. 151. 152. maiori ex parte 185. *b.* 211. 216. 217. 218. *a.* & fere totum ultimum vacua sunt.

CODEX XIV.

ספר הקבלה

LIBER CABBALAE.

IN primo huius Codicis folio notatur ad caput, manu quidem antiqua ספרי הקבלה sephere accabbalà. *Libri Cabbalae*; continentur enim in eo Opuscula, & Fragmenta non pauca, ipsam Cabbalam respicientia, ut modo videbitur.

I. p. 1. *b.* Liber absque titulo; at in eius fine legitur: *Explicit substantia Commentarii*

in nomen LXXII, *litterarum*. Auctor est incertus. Inc. a verbis v. 14. Psalmi XXIV. סוד השם ליריאיו i. *Firmamentum est Dominus timentibus eum &c.* des. cum eiusdem versus verbis.

II. p. 10. Commentarius in idem nomen, iuxta quadrifariam litterarum concurrentiam, primo scilicet ex LXXII, litteris; secundo ex XLII. tertio ex XXII. quarto demum ex XIV. Inc. אחי ישמרך האל des. vero cum verbis ultimi versus Psal XVIII. i. *Et erunt ut complaceant &c.*

III. p. 12. Explicatio LXXII. litterarum, earumque usus, atque punctorum ipsis adpositorum. Auctore Anonymo. Inc. והו ג״מ בוה des. כהונה תורה מלכות deinde Amanuensis fatetur, se nil aliud adinvenisse.

IV. p. 15. Fragmenta varia Expositionum in Dei nomen, in librum *Jetzirà*, in X. Sephiròth, & alia huiusmodi.

V. p. 25. שאלות ותשובות על עשר ספירות Sciaalòth utsciuvoth ñgal ñgeser Sephiròth. *Interrogationes & Responsiones in X. Sephiroth*. De Auctore, prope finem, sc. pag. 30. *b.* id testatur Amanuensis „ Hucusque sunt verba „ Sapientis *R. Uzriel*, secundum quod sibi „ traditum fuit a quodam magno Magistro. Huius nomen reticetur. Inc. שאל חשואל des. שנית אמן

VI. p. 31. *b.* Commentarius in praecedentem Dialogum. Auct. Anonymo. Inc. פירוש לשאלה השנית des. אין להשיב Subditur breve exemplum in Sephiròth.

VII. p. 34. פירושים על דרך הקבלה ממקצת מצוות התורה Pirusciìm ñgal derech accabbalà mimichzàth mizvòth attorà. *Commentarii juxta Cabbalae stylum in aliquot Legis Praecepta*. Auctore Anonymo. Inc. מנורה des. למען תורא

VIII. Animadversiones, & Themata varia, quae ex litteris Hebraicis, ut numericis, excipi possunt. Inc. זכור את יום השבת des. in p. 56. עומדת לעד In pag. vero 56. *b.* prope finem admonet Scriptor, transferenda esse quae sequuntur post versum XXII. p. 54.

IX. p. 57. Sermones VII. quorum VI. sunt in VII. Exodi sectionem, quae initium sumit a v. 1. cap. XXV. Exodi: & procedit usque ad v. 8. Cap VI. Levitici. Septimus autem Sermo est in primum diem Paschatis Hebdomadarum. Inc. כי לקח טוב des. in p. 72. דברו של הקב״ה

X. p. 78. ספר יצירה Sephèr Jetzirà. *Liber Creationis*. De hoc libro V. supra p. 36. col. 2. p. 61. n IV. & seq. & p. 67. n. VIII. & p. 82. Cod. XXIII.

XI. p. 79. *b.* פירוש ספר יצירה Pirùsc Sepher Jetzirà. *Commentarius in Librum Creationis*. At ad laevam, minori charactere, additur haec periphrasis הנקרא ספר חכמוני שבתי anicrà Sepher chachmonì Sciabbathài. *Vocatus Liber scientificus Sciabbathài*, sive *Sabbathi*. In Praefatione narrat hic Auctor, hucusque Hebraicis Bibliographis ignotus, se fuisse filium *R. Abraham*, & cognominatum fuisse *Dottalum*, seu *Dattalum* Medicum de civitate *Taranti*, quae a Saracenis capta XIX. mensis *Thamuz* (h. e. *Iunii*) die Lunae, hora IV. diei, dominante Marte, anno 4685. (Chr. 925.) aetatis suae anno XII. ac exinde excogitasse, se velle litterarum studiis operam dare, & praecipue Astrologiae, ut causas tam infaustorum eventuum edisceret; quare a genitoribus digressus, per varias Orbis terrae partes peregrinatus, Graecis & Arabibus magistris adhibitis, inter quos *Bagamum* quendam Babylonem nominat, illam scientiam ediscere curavit: atque primum suum opus fuisse testatur Tabulam, Lunares cursus describentem anni 4706. (Chr. 946.) Inc. haec Praef. שלום רב des. דגים Post quam sequitur זה ספר חכמוני Ze sepher chachmonì. *Hic est liber scientificus*. In eo agitur De Dei magnitudine, hominis creatione, ejusdemque cum Mundo conformitate. Inc. סוד ײ ליריאיו des. וימלא כבודו את כל הארץ

XII. p. 87. זו תחלת פירוש ספר יצירה Zò thechilàth Pirùsc Sepher Jetzirà. *Hoc est initium Commentarii Libri Creationis*. Auctor est idem *Sciabbathài Dottalus*, ut adparet in principio, & fine. Hic Commentarius diversus est ab aliis quinque, qui in Codice XXIII. Pl. II. inveniuntur impressi. V. supra, p 82. Inc. הכתוב אומר des. ודבור אמת Sequitur Amanuensis testimonium, quod est hoc נכתבפה ונשלם ר״ח אייר שנת קנ״א לפ״ק *Scriptus fuit hic . . . . & expletus die prima mensis Iiar* (*i. Aprilis*) *anno* 151. *min. supp. Christi* 1391. In hac subscriptione nomina propria sunt deleta.

XIII. p. 105. *b.* ספר הנפש על דרך הקבלה Sepher annephesc ñgal derech accabbalà. *Liber de Anima secundum opinionem Cabbalistarum*. Liber hic in tres partes dividitur: in quarum prima de Generatione hominis agitur: in secunda de operibus humanis in vita: & tertia de iis, quae ipsi post mortem usuveniunt. In Praefatione demonstratur, homines in vita magis curam habere corporis, quam Animae. Ea inc. אמר המחבר Opus vero הנה כבר נודע des. בית מקדשנו ותפארתנו Liber hic diversus est ab eo, qui supra in Cod. XLIV. Pl. I. pag. 38. descriptus fuit.

XIV. p. 125. Liber est absque titulo; at ex Praefatione deprehenditur inscribendum esse ספר הייחוד Sepher aiichùd. *Liber Vnitatis*. i. Dei. Inc. דע כי החכמה הראשונה des. לע מורה הנון

XV. p. 162. *b.* זהו פירוש שם שדי Zeù Pirùsc scem Sciadài. *Haec est expositio nominis Sciadài*, h. est *Omnipotens*. Auctor est Anonymus. Inc. כך אמר ישעיהו des. לשום אדם

XVI. p. 164. מאמר פלוני אלמוני Maamàr Pelonì almonì. *Tractatus Auctoris Anonymi*. Est Cabbalisticus de Mysteriis ineffabilis Nominis Dei. Inc. בזאת יבא אהרן des. ויהוה שמו

XVII. pag. 171. ספר העיון Sepher añgiùn. *Liber contemplationis*. Auct. *R. Chammai*

mai Geonaeo. Citatur a *Wolfio* Vol. I. p. 337. Inc. זה ספר העיון שחבר רב חמאי def. ותורה שבעל פה

XVIII. p. 178. Rituale quoddam de rebus agendis in principio diei cum explicatione Orationum & Psalmorum infra diem recitandorum.

XIX. p. 188. Explicatio in figuras litterarum mysteriosas, Auct. *R. Iacob* fil. *Iacob Cohen*. h. e. *Sacerdotis*. Inc. הנני יעקב הקטן בן יעקב הכהן def. קדמוהי יקומון

XX. p. 199. סוד דרכי הניקוד והברת התנועה Sod darchè annicùd veavaràth atthenuñgà. *Mysterium Viarum Punctationis, & ipsius sonus*. Inc. דע לך אחי def. מלח

XXI. סוד עשר ספירות Sod ñgeser Sephiròth. *Mysterium X. Sephiroth*. Inc. זהו אמתת הבורא def. ולא יחטא ex v. 21. cap. VII. Ecclesiastes.

Cod. Hebr. chart. foliis membranaceis primis quaternionibus roboratis, scriptus charactere Rabbinico, diversis ad minus quatuor manibus saec. partim XIV. partim vero XV. in 4. min. Constat foliis 222. quorum folia 72. *b*. & quinque sequentia, deinde a 101. ad 105. *a*. & a 173. *b*. ad totum 177. itemque 186. ac 187. vacua sunt.

CODEX XV.

NVGAE SECTAE MAHVMETANAE.

„ IACOB BEN SAIED ALI De Secta Malechitarum. *Expositio Legis* Mahometanorum „ vigintinovem Capita complectens, in quibus de Mahumetis, & Alcorani laudibus, „ de Oratione, de Jejunio, de Purificatione, „ & Peregrinatione, deque ceteris Mahometanae Sectae Ritibus, & Praeceptis agitur, „ & Responsa Sapientum Arabum ad varios „ casus eiusdem Mahometanae Religionis re- „ feruntur.

„ Codex Bombycinus, in 4. minori, Arabicis literis & sermone exaratus, a seniore *Imamo Abi Alkasem Ben Hussain Hispahanensi*, seu de urbe *Hispahan*, notissima Regum Persarum sede, Anno Hegirae DCCCCLXX. „ Chr. 1563. ut in fine Codicis, ab eodem „ *Hussain* adnotatur. Constat paginis 217. „ [l. foliis 220.] Adservatur in Pluteo XLIV. „ notatus num. 15.

Hic numerus in editione excidit, ut videre est in pag. 44. sub n. XI.

CODEX XVI.

סוד התמונה

LIBER CABBALAE.

OPuscula fere omnia in hoc Codice, una, eademque manu diligenter exscripta, praeter ea, quae peculiariter advertemus, esse coniicio eiusdem Auctoris, sc. *R. Abraham Abulhaphia Hispani*, cuius nomen ad Codicis calcem legitur: idque facile ex nonnullis coniecturis arguitur, ut suis locis dicetur. Adeoque primo loco ponitur.

I. p. 1. Opusculum absque titulo: at est *Commentarius in Librum Ietzirà*, i. *Creationis*. (De eo *Wolfius* Vol. I. pag 30. num. 45 4.) post alia *Abulhaphiae* opera, subdit: „ Addes „ his Comment. in librum *Iezirà*, ex quo *Io.* „ *Steph. Rittangelius* p. 19. ad libr. *Iezirà*, locum bene longum, sicut & alibi plures af- „ fert. Editum illum esse, ex eo forte con- „ jeceris, quod *Rittangelius* paginam 25. & „ 26. illius libri alleget. Idem nomen ei „ *Abrahami Alaphiae* tribuit. Noster ni forte principio careat, inc. פליאות מכוסות def. אחר במקום

II. p. 5. Liber item sine titulo; est autem. *Expositio in X. Sephiròth*: & ea in hoc Codice *R. Mosi* fil. *Nachman* tribuitur. Inc. יהי שם יי מבורך def. ויי שמו

III. p. 9. Hoc quoque Opusculum inscriptione vacat. Est Commentarius alter *in Librum Ietzirà* i. *Creationis*. Incertum est hic, ne, vel alter positus num. I. sit *Abulhaphiae*. Inc. ודבור אמת def. תחלת בריאת

IV. p. 17. סתרי תורה Sithrè Thorà. *Secreta* seu *Arcana Legis*. Tam *Bartoloccius* T. I. p. 14. quam *Wolfius* l. c. hoc opusculum *R. Abraham Abulhaphiae* tribuunt. De eo primus ait: Sithrè „ Thorà, *de Secretis*, seu *Arcanis Legis*. *De* „ *Mysteriis Legis Mosaicae*, ubi *de Prophetia*, & „ modo, quo Prophetae illustrabantur, ut futura praedicerent, & de quamplurimis aliis „ diversis rebus pertractat. Inscribitur etiam „ מעין מים חיים Mañgiàn màim chaìm. *Fons* „ *aquarum viventium*, & *Fons vitae*. Habe- „ tur MS. Latine inter Codices MSS. He- „ braicos, una cum aliis opusculis in Bibl. „ Vatic. Papyr. in fol. *Wolfius* fere eadem refert; addit tamen: „ Vtrumque (i. *Li-* „ *brum*, sc. *Lux intellectus*, inferius n. VII. re- „ censendum: & praesentem *Arcana Legis*) ex „ *Bartoloccio*, ut puto, memorat etiam *R. Schab-* „ *batai*, qui praeter eos recenset alium eiusdem „ Auct. dictum מורה המורה i. e. *Doctor Doctoris*, quo contineri ait Commentarium in *Morè Nevochìm* Cabbalisticum. Circa quod sciendum est, hunc Commentarium, in hoc ipso Tractatu contineri. Advertendum demum est, quod hoc opus in III. partes dividitur, & uni-

unicuique proprius Titulus atque Praefatio praefigitur. Pars I. inſcribitur אורח חיים Orèch chaiìm. *Via vitae*. Inc. Praef. univerſalis באשר לו Pars autem inc. in p. 20. *b.* נודע Pars II. dicitur מקור חיים Mechòr Chaiìm. *Fons vitae*, & inc. נודע Pars III. nominatur תוכחת חיים Thohahuth Chaiìm. *Reprehenſio Vitae*. Inc. ידוע ומבואר deſ. ולעולמי עולמים Ex quibus patet, *Bartoloccium* ſecundam tantum Partem nominaſſe.

V. p. 62. *b.* Orationes quaedam ad avertenda pericula & procellas maris. Incerto Auctore: recentiori manu ſunt exaratae.

VI. p. 63. עשר הויות ñgeſer avaiòth. *Decem Eſſentiae*, i. *Dei*. Forte eiuſdem Auctoris eſt. Inc. והם נשפלים לפניו ‛‛ שמו deſ.

VII. p. 67. אור השכל Or aſcechel. *Lux intellectus*, Auctore *R. Abraham Abulhaphia* „ „ quo libro [inquit *Bartoloccius* T. I. p. 14.] „ Kabaliſtice nomen Dei τετραγράμματον ex- „ plicatur. Aſſervatur MS. in Bibliotheca Va- „ ticana membr. in 8. Praecedit Praef. Inc. opus in p. 68. *b.* תחלת מדרגות deſ. צורת הנבואה

Cod. Hebr. membr. MS. elegans charactere Rabbinico, ſaec. XV. in 4. min. Conſtat foliis 102.

CODEX XVII.

HISTORIAE.

„ ANONYMI TRACTATVS ETHICVS, cui titulus *Liber Narrationum*: in quo partim ſoluta, partim ligata oratione Praecepta „ quaedam moralia, adductis virorum illuſtrium exemplis comprobantur. Dividitur „ autem in viginti Capita, quorum ſex priora cum poſtremo deſiderantur.

„ Cap. VII. *Illuſtris Senis Genaidi ſententiae „ & parabolae morales dilucidantur.*

„ Cap. VIII. *Abu Bacri, Mahometis Moſulmanorum Prophetae conſanguinei, opera mo- „ ralia, & virtutes laudantur.*

„ Cap. IX. *Alterius Genaidi compendium Vi- „ tae.*

„ Cap. X. *Abrahami Sultani res praeclarae „ geſtae, & Vita Anachoretica commendantur.*

„ Cap. XI. *De laudibus Ieſu magni Prophetae „ & Chriſtianorum Legislatoris.*

„ Cap. XII. *Sententiae Omari Mahometanorum Imperatoris referuntur.*

„ Cap. XIII. *Nonnulla Praecepta ad bene vi- „ vendum, a Mahomete Moſulmanis tradita, „ quae in Alcorano commentantur.*

„ Cap. XIV. *Phatai Mercatoris Ninivitae Nar- „ rationes, plerumque fabuloſae.*

„ Cap. XV. *Abrahami Patriarchae Encomium.*

„ Cap. XVI. *Mahometis Prophetae Vita & „ Laudes.*

„ Cap. XVII. *Philoſophorum Arabum & Poetarum Proverbia illuſtrantur.*

„ Cap. XVIII. *Hiſtoria Senis Duelnun Aegy- „ ptii Mercatoris.*

„ Cap. XIX. *De rebus geſtis Abrahami Sua- „ chenſis.*

„ Codex chartaceus, in quarto, Arabicis „ litteris, & Sermone Turcico exaratus, ſed „ in principio, & in fine mutilus.

„ Conſtat paginis (I. foliis) 90. Adſervatur in Pluteo XLIV. notatus num. XVII.

In Edit. Catal. Aſsemann. reperitur in p. 42. ſeq. ſub num. IX. Deſunt quaedam prope extremitatem inferiorem foliorum 24. & ſex ſequentium, quae diſciſſa, alba charta inſtaurata fuerunt.

CODEX XVIII.

אילן הקבלה

ARBOR CABBALISTICA.

ARbor Cabbaliſtica membranacea ad inſtar Tabulae complicatilis, longitudinis palmorum VI. latitudinis palm. V. paullo minus, ſcripta per totum charactere Rabbinico; quod ad titulos vero & alias peculiares partes charact. quadrato, cum figuris linearum & circulorum, rerum & inſtrumentorum, ad ſacram Scripturam pertinentium, coloribus expreſſorum; nempe Candelabrum aureum, duo Cherubim aurei ſtantes ſuper tegumentum Arcae; inſtrumentum aureum ad operiendos panes calidos: Turris Babel cum Scala a terra ad ſummum, aliaque breviori ſcala ad aſcendendum ſuper arcem Turris: & haec circa medium Tabulae: inferius autem altera Turris Babel aliquantum maior, cum ſimilibus ſcalis, & terreſtris Paradiſus, cum Adamo & Eva, apud arborem ſcientiae boni & mali ſtantes, & ſerpente ipſis appropinquante, qui bipes eſt, pedibus tamen rapacium avium ſimilibus, ſeſſoremque habet, hominem repraeſentantem; ſed ſuino capite, cornibus armatum in fronte. Vniverſa haec Tabula exhibet ſiſtema quoddam Theologicum, quod circa Dei Attributa, in decem Sephiròth diviſa, verſatur, Auctore *Anonymo*. De conſimili Arbore Cabbaliſtica differit *Wolfius* Vol. II. p. 1221. ſeqq. quem, ſi placeat, vide. Noſtra eſt admodum obſoleta, atque ad caput adtrita, ut vix legi poſſit.

Cod. Hebr. membr. MS. ut ſupra, ſaec. circiter XIV. in fol.

CODEX XIX.

ציוני מקבלה

LIBER CABBALAE.

TItulus exterior vertendus erat: *Tziunì*, (i. *R. Tziunì*) *de Cabbala*. Interior ſic ſe habet:

bet: ספר ציוני ביאור על התורה על דרך האמת להחכם השלם הקדוש רבי מנחם ציוני בן מהו״ר מאיר זלה״ה ממדינת שפיירא Sepher Tziunì Biùr ñgal atthorà ñgal derech aemèt lecachacàm asciałèm accadòsc Rabì Menachèm Tziunì ben maaràr Meìr zallaà minedinàth Spira. *Liber Tziunì. Commentarius in Legem juxta modum veritatis* [i. *Cabbalisticum*] *docti, perfecti, justique* R. Menachèm Tziunì, *fil. R. Magni Magistri R.* Mehir, *requiescat, de provincia* Spirae. *Wolfius* Vol. I. pag. 774. n. 1450. de Auctore, & de hoc Opere sic fatetur „ ציוני *Sionaeus*, i e. Commentarium Cab- „ balisticum in Legem Cabbalistice ex Zohar, „ Bahir, & aliis libris in Praefatione citatis, „ collectum. *Cremonae* 320 C. 1560 4. pp. 110. „ apud *Vincentium Conti*. Et haec est nostra „ editio.

Cod Hebr. chart. impr. charactere quadrato *Cremonae* Magni Hispaniarum Regis *Philippi II.* ut supra dictum est 1560. in 4. min.

CODEX XX.

VITA MAHUMETIS.

„ SENIORIS GIAPHAR. Tractatus de Astro- „ nomia, cui titulus Thualeh Elmualid, id- „ est *Ascendentia Nativitatis*: ubi multa de Ge- „ nituris, & Telesmatibus, de Diebus fastis „ & nefastis, de occultorum interpretatione, „ futurorumque praevisione, deque Planeta- „ rum periodo ac virtute adcuratissime refe- „ runtur. Opus ex Arabico in Turcicum ser- „ monem, partim soluta, partim ligata ora- „ tione deductum, & apud Mahometanos ce- „ leberrimum.

„ Iste *Giaphar*, cognomento *Sadik*, idest „ *Iustus*, patre *Mahomete Bachero*, & matre „ *Omma*, *Fervach Mahometis* filii Abu *Baeri*, „ primi Mosulmanorum Chaliphae filia, in „ urbe Medina, quae sita est in Arabia Feli- „ ci prope Meccam, anno Hegirae LXXXIII. „ (Chr. 705.) natus inter Imamos, seu Le- „ gis Mahometicae Antistites, sextus habitus „ fuit. Annum aetatis LXXVII. agens, relictis „ tribus filiabus, septemque filiis, e quibus „ *Ismaele* defuncto, *Moysem* in Imamatu suc- „ cessorem declaraverat, in eadem urbe Me- „ dina decessit, anno Hegirae CLX. [Christi „ 782.] regnante *Abugiaphar Almansore*, de „ stirpe Habadissarum, Calipha. Praeter su- „ periorem Astronomiae Iudiciariae Tracta- „ tum, duos eiusdem fere generis libros edi- „ dit: quorum primum de sortibus, per Al- „ corani versus eliciendis, inscripsit: alterum „ vero, in quo characteribus mysticis inter fi- „ guras delineatis [quorum interpretationem „ cuidam *Mahedo*, prope mundi finem nasci- „ turo, reservatam esse autumant Mahome- „ tani] res omnes ab ineunte Hegira ad fi- „ nem mundi eventuras ordine alphabetico „ digessit: exemplum *Ali Abu Talebi*, qui hu- „ iusmodi librum composuit, secutus, *Gefru* „ *Giame*, seu membranam nuncupavit. *Giapha-* „ *ri*, cui etiam titulus *Scheich*, idest *Senioris*, „ non quidem ob provectam ipsius aetatem, „ sed ob doctrinae excellentiam, iniungitur „ (hoc enim vocabulo Praesules Mahometa- „ ni, & celebres Doctores, sive Collegio- „ rum, & Communitatis Religiosorum Re- „ ctores, vulgo cognominantur) opera omnia „ in summa veneratione habentur a Maho- „ metanis, qui ea in omnes linguas, quibus „ utuntur, ab originali Arabico transtule- „ runt.

„ Codex Chartaceus, in quarto minori, „ Arabicis characteribus, & sermone Tur- „ cico nitidissime scriptus, anno Hegirae „ DCCCCXV. (Chr. 1509.)

„ Constat paginis (l. foliis) 117. Adser- „ vatur in Pl. XLIV. notatus num. 20.

In edit. haec recensio reperitur in pag 43. sub num. x.

CODEX XXI.

נחום בן הקנה

NACHUM IN CABBALAM.

TItulus hic vertendus fuerat *Nachum fil. Kanae*. Hoc enim est simul nomen Auctoris, & Operis epigraphe: quod ad Opus, est *Expositio Cabbalistica in primam Pentateuchi sectionem*, quae incipit a Genesis principio, & finem habet in vers. VIII. cap. VI. *Bartoloccius* T. IV. p. 245. seq. de Auctore, & libro suo sic loquitur: „ *R. Nachum ben* „ *Hakannà* scripsit librum Cabbalisticum, nun- „ cupatum ספר הפליאה Sepher happeliàh. „ *Liber admirabilis*: & est Commentarius „ Cabbalisticus super Pentateuchum. MS. tan- „ tum reperiri dicitur apud quendam Iudaeum „ nomine *Iosephum Bonafossam* in urbe Con- „ stantinopolitana, alibi nuspiam: nec unquam „ impressus fuit. Magno in pretio habetur „ propter insigne nomen Auctoris, qui & an- „ tiquissimus est, & Princeps Cabbalistarum „ habetur, secundum sententiam nonnullorum, „ a qua nos recedimus; nam illi confundunt „ hunc Auctorem cum alio quidem antiquis- „ simo, qui vocatur נחוניה בן הקנה *Nechu-* „ *nià ben Hakannà*, & est Auctor libri הבהיר „ *Habbaìr*, & libri יצירה *Ietzirà* tantum quod „ verisimiliter ponunt aliqui, de quo infra. „ Hic autem *Nachùm* non est adeo antiquus, „ ut putatur; sed in pretio est propter rari- „ tatem, & molem ipsius, (sc. libri) quia „ alibi non reperitur, nisi tantum apud prae- „ fatum Judaeum *Bonafossam*, & est adeo in- „ gentis molis, ut dicatur constare quingen- „ tis quinternionibus, & in solo libro Ge- „ neseos plusquam centum quinterniones in- „ sumuntur. Huius libri quaedam pauca colle-

,, lectanea, novem tantum quinternionibus ,, comprehensa, exstant in Biblioth. Vaticana ,, MSS. & collecta a quodam *R. Iacobo*, quae ,, anno Mundi 5225. Chr. 1465. secum in ,, Cretam insulam asportavit, ut legitur in ,, Codice MS. Biblioth. Vatic. Papyr. in fol. ,, &c. quae praetereo, quod ad rem nostram non faciant. Ex dictis, manifestum fit, Commentarium, qui in nostro Codice continetur, esse tantum unicam partem totius magni Operis superius descripti. Hoc exemplar diligenter exscriptum fuit, atque in charta levigata, quae membranae similitudinem refert. Nonnullas lacunas reperies, videlicet p. 140. *b.* cum toto seq. folio, 46. *a.* 210. *b.* 212. *b.* 216. *a.* & fol. 349. quas in margine adnotavit amanuensis, eas identidem esse in exemplari, ex quo hanc transcriptionem suscepit: in qua ad calcem hoc testimonium adiecit:

ותכל מלאכת הספר הזה אשר בשם נחום
בן קנה יכונה יום ה׳ כד׳ לחדש תמוז שנת
וְהִשִּׂיג לכם דיש את בציר לפ״ק פה פרושה
ע׳ הצעיר אהרן בן לא״א בנימן יצ״ו מנולא
וכתבתי אותו למעלת כמה״ר יהודה מבלאניש
יצ״ו אביר הרופאים יי׳ יזכנו להגות בו ויורנו
מן השמים להשכילו ולהבינו ותורת אמת
תהיה בפינו אמן

,, Expletum fuit opus huius Libri, inscripti *Nachùm fil. Kanà*, die ,, quinta [i. *Iovis*] xxvi. mensis *Tamuz* [i. ,, *Iunii*] 313. (hic numerus conflatus fuit ex tribus ultimis litteris verbi והשיג maiori charactere expressis, quod legitur in v. v. cap. xxvi. Levitici *Et apprehendet &c.* & est C. 1553.) ,, Perusii per minimum *Aaron* fil. *Beniamin*, ,, quem sospitet Deus, Nolanum: & exscri- ,, psi pro digno Doctore Magistro *R. Iuda de* ,, *Blanes*: Deus illum servet, Medico insigni. ,, Deus nos dignos faciat, ut studeamus in i- ,, pso, & e caelis doceamur ejusdem intelli- ,, gentiam ac comprehensionem: atque Lex ,, veritatis sit in ore nostro. Amen. Post hanc subscriptionem sequitur pars Tabulae rerum notabilium, sc. usque ad pag. 141.

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico, saec. xvi. Constat foliis 438. in 4. Numeratio Hebraica istius Cod. habet folia 439. quod primum absque scriptura fuerit enumeratum cum aliis.

CODEX XXII.

ספר קבלה מעשית

LIBER CABBALAE. OPERATIVAE.

Codex hic, quem prae manibus habemus. & opuscula quaedam Cabbalistica ac Medica continet, male compactus, & forte etiam imperite transcriptus; ut aliqualis de eo notitia Lectoribus tradatur, sic mihi exponendus videtur.

I. p. 1. In hoc folio & seqq. usque ad 11. *a.* Habentur quaedam Cabbalisticae Observationes circa usum xviii. Benedictionum, quae dicuntur in Orationibus quotidianis, permixtis inter ipsas nonnullis aliis Cabbalisticis mysteriis. Inc. שימוש ח׳ ברכות des. רפאני יי׳ וארפא

II. p. 11. *b.* Tabulae vii. numericae super vii. Planetis.

III. p. 13. Tractatus medicus, ad sanitatem corporis servandam, in quo primo proponuntur regulae adhibendae in unoquoque anni mense. At quoniam anni caput apud Hebraeos est in mense Septembri, & in hac pagina positus sit ad caput, mensis October, initium huius opusculi reperies in pag. 38. *b.* post dimidium, quod ibi inc. אלה דברי secundo adferuntur varia remedia pro diversis infirmitatibus: tertio differitur anatomice de quibuslibet corporis partibus, tam exterioribus, quam interioribus. Auctor est Anonymus. des. ומחמם הכליות

IV. p. 27 Tractatus de virtutibus diversorum Oleorum: cuius initium est liber ספר קטן מחיות ועופות וסגולות אחרות פרטיות Sepher Katàn mechaiòth veñgophòth ugulòth achevòth perathiòth. *Liber parvus de animalibus & volatilibus*, Auctore Anonymo. Huius initium habetur in pag. 58., & procedit usque ad totum folium 65. deinde retroceditur ad pag. 39 & progreditur usque ad pag. 63. *b.* & denuo revertitur ad p. 27. usque ad p. 28. *b.* ubi des. Inc. autem מאמר אריסטו׳ & des. in pag. 28. *b.* ביום הגבול

V. p. 28. *b.* Interrogationes nepotis ad patruum de quibusdam dubiis circa Philosophiam naturalem, cum eiusdem patrui responsionibus, Auctore Anonymo. Inc. אלו השאלות des. הוא הגיד..... deinde Scriptor inquit, se amplius non invenisse, quod ipsi valde displicuit.

VI. p. 35. Tractatus de corpore humano, quod ad eius materiam, videlicet utpote composito ex quatuor elementis, humoribus, ossibus & nervis, &c. Auct. Anonymo. Inc. הש׳ ברא האדם des. in pag. 38. *b* הגפן לפרוח

VII. p. 66. ספר הנהגת הנשים Sepher anagàth annascìm. *Liber de directione mulierum*, & ספר אהבת הנשים Sepher avàth annascìm. *Liber de Amore mulierum*. Initium huius libri habetur in pag. 94. in fine: ubi in tertio ultimo versu inc. אתחיל ספר אהבת נשים & completo eo folio, quod est ultimum Codicis, revertendum est ad p. 66. & seqq. usque ad p. 80. *b.* & exinde retrocedendum ad p. 54. usque ad p. 58. in qua est finis *Libri de Amore mulierum*, sc. ותהר בחון. Ad finem pag. 67. *b.* asserit Auctor, se hactenus dixisse de medicamentis occultis, ad sanitatem, & ad vigorem virorum pro generatione curandum, ac de rebus iisdem mulieribus desiderabilibus: & postremo de pigmentis ad fucandam sibi faciem, atque de modo evellendi pilos ne redeant, & his similibus; dicturus in posterum de medicamentis.

VIII. p. 81. מאמר כללי בסגוה Maamàr chelalì bisgullà. *Tractatus universalis de virtutibus nempe medicamentorum*. Auct *Rachman.* fil. *Isaac*,

Isaac, ut in linea 14. pag. 81. *b.* ubi titulus, & initium est Operis, legitur. Tractatus hic in Partes x. dividitur: quarum I. agit *de Virtutibus medicamentorum in genere*. II. *de infirmitatibus, quae a cerebro proficiscuntur*. III. *de iis, quae faciei membra afficiunt*. IV. *de Affectionibus, quae in membris respirationis occurrunt*. V. *de morbis in membris interioribus*. VI. *de morbis genitalium*. VII. *de articularibus morbis*. VIII. *de exterioribus morbis*. IX. *de febribus*. X. *de virtutibus sympaticis*. Inc. אני הוא עבד אל des. in ult. versu p. 94. יקיא וישלשל In his Opusculis Medicis citantur saepe *Avicenna*, *Hippocrates*, *Galenus*, *Rasis*, *Aristoteles*, *Plato* & alii.

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico saec. xv. in 4. Constat foliis 94. inter quae fol. 4. *b.* & 12. scriptura vacant.

CODEX XXIII.

PRAECATIONES QVAEDAM ALCORANI.

„ PRECES nonnullae, ad usum Mahometanorum, ex capitibus Alcorani decerptae, „ cum aliis precatiunculis partim Arabico, „ partim Turcico sermone digestis, quas *Amuleta*, idest *gestatorias* vocant, quod secum eas deferre Mahometani solent.

„ Codex bombycinus, in decimo sexto Arabice, & partim Turcice exaratus.

Constat paginis (l. foliis) 120. Adservatur in Pluteo XLIV. notatus num. 23.

FINIS PLVTEI XLIV.

In fronte huius Plutei post *praeter unum*, adde *impressum*, & *alterum*.



BIBLIOTHECAE
MEDICEO-LAVRENTIANAE CATALOGVS
PLVTEVS LXXXVIII.

QVI BIFRONS EST, AC CONTINET CODICES LVII. OMNES HEBRAICOS PRAETER VNVM ARABICVM, ET VNVM GRAECVM

Plutei LXXXVIII. Pars anterior, quae continet Codices XXIII. Horum XII. sunt MSS. XI. vero impressi.

CODEX I.

EXCERPTA VARIA ARABICE.

1. „ Tractatus Philosophico-„ Poeticus Arabicus MS. „ fol. Arab. *Langius*.

„ I. Excerpta ex omni „ argumento minime pas„ sivo, aut obvio. Opus „ *Amami Schab oddin Achmed Rhetoris Sciaph*. „ In his politica, moralia, physica, histori„ ca, & politioris literaturae argumenta tra„ ctantur, & Arabum Philosophorum, ac „ Poëtarum testimoniis illustrantur. Cod. MS. „ Arabicus optime conservatus, nitidissime, „ & eleganti stylo exaratus in fol. min. *Catal. Montf. ex autogr.* at haec Descriptio desumta est ex recensione Cl. *Petri Ambarachi*, alias supra laudati.

„ AMAMI SCEHABBEDINI ACMETIS de se„ cta Sciapheitarum Excerpta varia, octo„ gintaquatuor Capitibus comprehensa, in „ quibus Politica, Moralia, Physica, Histo„ rica, & politioris literaturae argumenta tra„ ctantur, & Arabum Philosophorum ac Poë„ tarum testimoniis illustrantur.

„ Cap. I. *De Fundamentis Religionis Ma*„ *hometanorum*.

„ Cap. II. *De Intellectu & Memoria*.

„ Cap. III. *De Alcorani praestantia, deque* „ *bonis eumdem legentibus a Deo promissis*.

„ Cap. IV. *De Morum integritate, deque* „ *methodo pro Discipulorum instructione a Prae*„ *ceptoribus habenda*.

„ Cap. V. *De Rectitudine Iudicii*.

„ Cap. VI. *De Parabolis & Proverbiis*.

„ Cap. VII. *De Eloquentia & politiori Li*„ *teratura*.

„ Cap. VIII. *De Brevitate Orationis*.

„ Cap. IX. *Oratorum ac Poëtarum maioris* „ *notae gesta describuntur*.

„ Cap. X. *De Continentia & Fiducia*.

„ Cap. XI. *De Consilio & Correctione fra*„ *terna, deque Novissimorum recordatione*.

„ Cap. XII. *Praecepta Moralia dilucidantur*.

„ Cap. XIII. *De Custodia linguae ac Silentio*.

„ Cap. XIV. *De Imperatoribus & Regibus*, „ *eorumque cura & benevolentia in subditos;* „ *deque subditorum obedientia & obsequio iis*„ *dem praestando*.

„ Cap. XV. *De Familiaritate cum Regibus*.

„ Cap. XVI. *De Ministris Regum, eorum*„ *que qualitate*.

„ Cap. XVII. *Quam plurimis periculis Po*„ *pulorum Rectores subiiciuntur*.

„ Cap. XVIII. *De Iudicibus, deque ignominia* „ *eorum, qui munera acceptant*.

„ Cap. XIX. *De Aequitate & Favore*.

„ Cap. XX. *De Injustitia & Innocentium* „ *oppressione*.

„ Cap. XXI. *De Tributis a Christianorum* „ *Natione exigendis*.

„ Cap. XXII. *De Vectigalibus Mosulmano*-*rum*.

„ Cap. XXIII. *De reciproca hominum aequa*„ *litate*.

„ Cap. XXIV. *De intercessione, Conversatio*„ *ne, & Dilectione fraterna*.

„ Cap. XXV. *De Commiseratione in Dei Crea*„ *turas*.

„ Cap. XXVI. *De virtute Humilitatis, ejus*„ *que laudibus*.

„ Cap. XXVII. *De Superbiae & vanae Mun*„ *di gloriae vitio & vituperatione*.

„ Cap. XXVIII. *De Petulantia & vana Cu*„ *riositate*.

„ Cap. XXIX. *De vera generis & animi no*„ *bilitate*.

„ Cap. XXX. *De Prophetis, qui sanctitatis* „ *fama claruerunt*.

„ Cap. XXXI. *Celebriorum Iustorum gesta* „ *referuntur*.

„ Cap. XXXII. *De Concupiscentia*.

Cap.

„ Cap. XXXIII. *De Liberalitate, eiusque laudibus.*
„ Cap. XXXIV. *De Avaritia & Prodigalitate.*
„ Cap. XXXV. *De nimio ciborum delectu.*
„ Cap. XXXVI. *De vana peccatoris excusatione.*
„ Cap. XXXVII. *Ingrati animi vitium exemplis & ratione reprobatur.*
„ Cap. XXXVIII. *De iis, qui alios de suo scelere accusant.*
„ Cap. XXXIX. *De Insidiis, & Furto.*
„ Cap. XL. *De Bello & animi Fortitudine.*
„ Cap. XLI. *Gesta Virorum illustrium referuntur.*
„ Cap. XLII. *De grati animi erga benemerentes significatione.*
„ Cap. XLIII. *De Bono & Aequo.*
„ Cap. XLIV. *De Vero & Mendacio.*
„ Cap. XLV. *De optima Filiorum Educatione.*
„ Cap. XLVI. *De varia hominum indole.*
„ Cap. XLVII. *De Arte Medica, eiusque origine, deque celebrioribus Medicis, qui in Graecia, Arabia, Aegypto, Syria, & in Perside floruerunt.*
„ Cap. XLVIII *Sanitatis tuendae multa praecepta proponuntur.*
„ Cap. XLIX. *De Compositione Medicamentorum, eorumque variis nominibus.*
„ Cap. L. *De maxima hominis potestate.*
„ Cap. LI. *De Cupiditate divitiarum.*
„ Cap. LII. *De Paupertate, eiusque Encomiis.*
„ Cap. LIII. *Obiectiones contra Paupertatis virtutem referuntur, & validissimis argumentis confutantur.*
„ Cap. LIV. *De Muneribus & Praemiis.*
„ Cap. LV. *Elegantiora Artis opera recensentur.*
„ Cap. LVI. *De Hominis in eodem statu inconstantia.*
„ Cap. LVII. *De Animi aegritudine, quam sequitur gaudium.*
„ Cap. LVIII. *De Servorum delectu.*
„ Cap. LIX. *De Arabum Origine, & eorumdem ingenii perspicacia.*
„ Cap. LX. *De Vigilantia & somno, deque animi tranquillitate.*
„ Cap. LXI. *De optatae rei Adeptione.*
„ Cap. LXII. *De Volucribus, Quadrupedibus, Bipedibus, & Reptilibus, quorum nomina, natura, & proprietates, ordine alphabetico, breviter, sed accurate referuntur.*
„ Cap. LXIII. *De Mirabilibus Creaturarum.*
„ Cap. LXIV. *De Lemurum natura, & variis eorum operibus.*
„ Cap. LXV. *De Mari, Fluminibus, & Fontibus, deque mirabilibus in iisdem contentis.*
„ Cap LXVI. *De Terra, Montibus, & Vallibus, deque mirabilibus Regionum.*
„ Cap. LXVII. *De Mineralibus & Lapidibus, eorumque proprietate, pondere, & pretio.*
„ Cap. LXVIII. *De Melodia, hominumque de ea multifario usu ac opinione.*
„ Cap. LXIX. *De Cantoribus, qui Caliphis Aegypti Regibus inservierunt.*
„ Cap. LXX. *De Cantatricibus.*
„ Cap. LXXI. *De Amatoribus, qui ob nimium muliebre desiderium perierunt.*
„ Cap. LXXII. *Varia de iisdem Poëtarum Carmina referuntur.*
„ Cap. LXXIII. *De Mulierum natura & qualitate, deque earumdem familiaritate, connubio, & repudio.*
„ Cap. LXXIV. *De malis, quae vini potatoribus continuo accidunt.*
„ Cap. LXXV. *De eorumdem contumelia.*
„ Cap. LXXVI. *De Votis.*
„ Cap. LXXVII. *De modo orandi.*
„ Cap. LXXVIII. *De Poenitentia.*
„ Cap. LXXIX. *De Venia.*
„ Cap. LXXX. *De causa morborum.*
„ Cap LXXXI. *De Morte & Sepultura.*
„ Cap LXXXII. *De Patientia.*
„ Cap. LXXXIII. *De frequenti Hominum, & Mundi vicissitudine.*
„ Cap. LXXXIV. *Selectae preces ad Mahometem Mosulmanorum Legislatorem & Prophetam breviter exponuntur.*

„ SCEHABBEDIN ACMET, vulgo EBN NOVERI IMAM, idest *Legis Mahometicae Antistes*, obiit anno Hegirae DCCXXXII. (Chr. 1331.) Praeter Excerpta, de quibus hactenus dictum est, Chronicon, sive Historiam universalem edidit, in quinque Partes divisam, cuius exemplar decem Tomis comprehensum vidimus olim *Lutetiae Parisiorum* in Bibliotheca Christianissimi Regis. Secta autem Sciapheitica, quam professus est noster *Scehabeddinus*, Auctorem habuit *Sciapheum*, alias *Abu Addallah Mahomet*, ben *Edris Abdalmothlebì*, *Mahometis* Pseudoprophetae patrui nepotem, in urbe Gaza Palestinae natum, anno Hegirae CL. (Chr. 767.) Hic post susceptam peregrinationem Meccanam, anno Hegirae CXCVIII. (Chr. 813.) Aegyptum adiit, ibidemque primus inter Mahometanos librum de Jurisprudentia edidit: cui adiunctis paullo post variis Tractatibus de Fundamentis Mahometicae Religionis, ac de eiusdem Jure tam Civili, quam Canonico, tantam doctrinae famam apud suos adeptus est, ut illius Schola in Sectam postmodum conversa, secundum locum inter celebres Juristarum Mahometanorum Sectas *Malechiticam* scilicet, *Hanbeliticam*, & *Haniphiticam*, ad haec usque tempora obtineat. Huic Sectae, nimirum *Sciapheiticae*, quae in expositione Alcorani, & Juris Mahometici differt a supra citatis, addicti sunt plurimi Mahometani, celebrioresque Imami & Seniores, seu Doctores in Collegiis *Cairi*, & *Herat* urbis *Chorophani* a Regibus *Saladdino*, & *Gaiateddino* fundatis, qui memorati *Sciaphei* Opera exponunt.

„ Codex apud Orientales optimae notae,

„ in folio bombycino, Arabicis literis & ſer-
„ mone, elegantiſſime ſcriptus.
„ Conſtat paginis (l. foliis) 304. Adſer-
„ vatur in Pluteo XLIV. notatus num. 4. *Ex*
„ *Catal. Aſſemanniano* alias laudato.

At hic Codex nequaquam in eo Pluteo adſervatur, ſed in hoc num. LXXXVIII. notatus, n. I. ubi vel a tempore *Langii* [h. e. anno 1652.] reperiebatur.

In editione autem haec recenſio habetur in pag. 39. & ſeqq. ſub num. VIII.

CODEX II.

דוד קמחי

GRAMMATICA DAVID.

„ 2. Michlol Rab. David Kimchì cum Le-
„ xico eiuſdem: ad finem quaedam
„ de verbo Grammatic. MS. 4. nitide He-
„ braic. *Langius*.

„ II. מכלול Grammatica Hebraica R. Da-
„ vid Kimchì. Cod. Hebr. MS. in 4. ſed o-
„ lim impreſſus Venetiis, Sabionetae, & ali-
„ bi. Inc. יתברך ויתעלה def. וכבר זכרנוהו
Catal. Montfauc ex autogr.

Ad Operis caput hic titulus praefixus legitur נאם דוד בר יוסף בן קמחי ספרדי Neùm David bar Ioſeph ben Kimhì Sephardì. *Dictum Davidis fil. Ioſeph fil Kimchì Hiſpani.*

I. p. 2. ספר מכלול Sepher Michlòl. *Liber Compendii Grammaticae*. Auct. *R. David* ben *Ioſeph Kimchì*. De hoc Opere, ac eius Auctore inter Hebraeos celeberrimo, V. *Bartoloccium* T. II. p. 25. ſeqq & *Wolfium* Vol. I. p. 299. ſeqq. Vol. III. p. 192. & Vol. IV. p. 807. In fine noſtri Cod. p. 244. legitur haec Amanuenſis ſubſcriptio: נשלם על ידי משה בכ״ר שבתי יש״רו הדר עתה בטיאני ליל ג׳ כ״ה באדר ראשון רל״ג ה׳ יקיים בי ועל זרעי ועל זרע זרעי מקרא שכתוב לא ימוש ספר התורה הזה מפיך והגית בו יומם ולילה למען תשמור לעשות ככל הכתוב בו כי אז תיצליח את דרכיך ואז תשכיל הלא צויתיך חזק ואמץ אל תערוץ ואל תחת כי עמך ״ שומריך בכל אשר תלך
ואמיץ הקורא חזק הכותב

„ Expletus eſt (hic Liber) manu *Moyſis* fil.
„ *Sciabathai* (vivat annis multis & bonis)
„ qui modo habitat Thiani, nocte feriae
„ ſecundae, adveniente Feria III. die xxv.
„ Adar primi (h. e. Februarii) anno minoris
„ ſupp. 233. (C. 1473.) Dominus confirmat
„ in me, & in meis filiis, atque in filiis filio-
„ rum meorum, quod ſcriptum eſt [in cap. I.
„ v. 8. & 9. Joſue] *Non recedat volumen Legis*
„ *huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo die-*
„ *bus ac noctibus, ut cuſtodias, & facias omnia,*
„ *quae ſcripta ſunt in eo: tunc diriges viam*
„ *tuam, & intelliges eam. Ecce praecipio tibi*'
„ *confortare, & eſto robuſtus: noli metuere*'
„ *& noli timere: quoniam tecum eſt Dominus*
„ *cuſtos tui in omnibus ad quaecumque per-*
„ *rexeris.*

Robuſtus ſit Scriptor: & fortis Lector.

II. p. 244. *b.* Nonnulli verſus, praecipue ex Libro Paralipomenon, & aliis Libris Biblicis, quibus ſuperpoſitus eſt ſonus recitationis ipſorum.

III. p. 245. Fragmentum Grammaticale circa Verborum Coniugationem. Principio, & fine caret.

IV. p. 226. Liber Grammaticae, Auctore *R. Juda* fil. *David* de civitate *Fetz*, de quo abunde loquitur *Wolfius* Vol. I. p. 424. Vol. III. p. 307. n. 708. & Vol. IV. p. 830. ſeqq. ex Arabico in Hebraicum verſus a *R. Moyſe Sacerdote*, fil. *Samuelis* de civitate *Cordubae*, ad petitionem *R. Iſaac* quondam *Salomonis*. *Wolf.* l. c. in Vol. I. poſt fil. *Samuelis* addit *Haccohen* f. *Gecatiliae*, reliqua vero ab eo reticentur. Inc. זה ספר אשר חברו def. כתוך עלמות תופפות In fine huius Grammaticae [pag. ſc. 341. *b*] idem *Moyſes* Amanuenſis ſe ſubſcribit, fere iiſdem verbis, ut ſupra; heic tamen ſubdit, ſe oriundum eſſe e *Paleſtrina*.

V. p. 345. Nomina Verborum variabilium. Incerto Auctore. Inc. שם הפועל def. ומשוא פנים deinde Scriptor aſſerit, ſe nil aliud inveniſſe.

VI. p. 346. Commentarius brevis in Librum *Jetzirà*. Auct. Anonymo. Inc. כל בכל מיני הצטרפם def. תיבות ספר

VII. p. 349. Explicatio Tractatuum de Verbis, Incerto Auct. Inc. ביאור שערי הבנינים def. וכן כל שאר הבנינים

Cod Hebr. chart. MS charactere Rabbinico, ſaec. xv. in 4. Conſtat foliis 349. Folium 342. & duo ſequentia ſcriptura carent.

CODEX III.

שרשים ומכלול

DICTIONARIVM HEBRAEVM.

„ 3. Liber Radicum, ſeu Theſaurus Lin-
„ guae Hebraeae eiuſdem impreſs. in
„ fol. Hebraice. *Langius*.

„ III. ספר השרשים Liber Radicum. Lexi-
„ cum Hebraicum *David Kimchì* cum Adno-
„ tationibus *Bachùr*, ſeu *R. Eliae Levì* Germa-
„ ni: & haec eſt altera pars *Michlol*, eiuſdem
„ *David*. Editio Veneta 5307. a Cr. M. Co-
„ dex Hebr. in fol. *Catal. Montf. ex auto-*
grapho.

ספר השרשים חברו החכם הגדול רבי דוד קמחי Sepher aſciaraſcìm chibberò acchacàm ag-

aggadòl Rabì *David Kimchì*. *Liber Radicum*, quem compofuit *Doctor magnus* Rabì *David Kimchì*. *Thefaurus Linguae Sanctae*, *five Dictionarium Hebraeum*. De eo *Bartoloccius* T. II. pag. 34. ubi, poftquam expendit Librum *Michlol*, de quo in antecedenti Codice n. I. dictum eft, fic fubiungit! „ Secunda Pars „ huius מכלול vocatur שרשים *Scerafcìm*. „ *Radices*: & eft *Onomafticum omnium primi-* „ *tivarum vocum Sacrae Scripturae*, quas He- „ braei *Radices* vocant, coniunctum cum I. „ Parte *Michlol*, hoc eft fimul cum *Gramma-* „ *tica*: evulgatum fuit eadem forma, & iif- „ dem locis fupra recenfitis in *Michlol*. Se- „ paratim excufum reperitur in magno fo- „ lio, charta optima, anno tamen non nota- „ to, aut loco impreffionis, & affervatur in- „ Collegio Neophytorum Romae. *Buxtorfius* „ notat, primo excufum fuiffe *Neapoli* anno „ רנ׳ 250. min. fupput. Chrifti 1490. Deinde „ *Venetiis* apud *Marcum Antonium Juftinia-* „ *num*, an. השׁ׳ 312. Chr. 1522. Cui edi- „ tioni additae funt *Animadverfiones*, *& Signi-* „ *ficata vocum Latina*, margini appofita: quae „ editio optima eft, inquit *Buxtorfius*. Et haec eadem eft noftra, quam prae manibus habemus. Erravit *Buxtorfius* in annorum fupputatione, an. fc. 312. editionis; nam in ea legitur השׁז׳ ליצירה qui numerus fupputandus fuerat a Creat. Mundi, ut ibi dicitur, ac vertendus 5307. Chrifti 1547. quod advertit *Wolfius* ex *Wagenfelio* Vol. IV. pag. 807. & 808.

Cod. Hebr. chart. impr. charact. partim quadrato, partim Rabbinico, *Venet.* ann. 1522. ut fupra dictum eft, in fol.

CODEX IV.

מורה מקום מתלמוד

REPERTORIUM.

„ 4. INdex Parafcharum, & aliorum tex- „ tuum explicatorum in Talmude. MS. „ 4. Hebraice. *Langius*.

„ IV. מורה מקום מתלמוד *Docens fontem in* „ *Doctrina*. Sententiae ex Libris Sacrae Scri- „ pturae decerptae. Codex Hebr. MS. in 4. „ Incip. a Libro Genefis. Defin. in Lib. IV. „ Regum. *Catal. Montf. ex autogr.*

מורה מקום מתלמוד Morè Macòm mitalmùd. *Repertorium Talmudis*, i. Verfuum Scripturae Sacrae, in Talmude relatorum: iique funt a Genefis principio ad Regum finem. Collector eft *Anonymus*.

Cod. Hebr. chart. fcriptus charactere Rabbinico in Civitate *Laudenfi* anno 311. [Chr. 1551.] in fol. min. Conftat foliis 35.

CODEX V.

שרשים

DICTIONARIUM.

„ 5. RAdices R. D. Kimchì impr. in fol. „ Hebraice. *Langius*.

„ V. ספר השרשים Liber Radicum *Ra-* „ *dak*. Cod. impr. in pergameno in fol. „ Nota impreffionis excidit. *Catal. Montf.* „ *ex autogr.*

ספר השרשים Sepher afciarafcìm. *Liber Radicum*, Auctore *R. David* ben *Iofeph ben Kimchì Hifpano*: qui per compendium litterarum dicitur *Radak*. Idem eft, ac fupra in Codice III.

Cod. Hebr. membr. impr. charactere quadrato. In cuius ultimo folio vacuo fit mentio, fcripta charactere Rabbinico venditionis factae a *Sciabathai* fil. *Salomonis*, Teftibus *Leone* ben *Iofeph*, & *Samuele Chananelle*. Emptor, annus, & pretium reticentur. Ceteroquin haec editio valde elegans eft: ac conftat foliis 183. quare locus eft dubitandi, an fit Neapolitana impreffio. Neque heic fub filentio praeteream, hoc idem opus effe penes me, fcriptum in membrana anno 217. [C. 1457.] Rabbinico charactere.

CODEX VI.

שרשים בקלף

DICTIONARIUM.

„ 6. IDem MS. in fol. Hebr. Cod. bonus, „ & fcriptus a quodam *Mafamone*. *Langius*.

„ VI. סדר השרשים Liber Radicum *Radàk*. „ Cod. MS. Hebr. in fol. fatis antiquus, & „ bonus. *Catal. Montf. ex autogr.*

שרשים בקלף Scerafcìm becheleph. *Radices in membrana*, fc. *fcriptae*. In fine legitur שרשים מר׳ דוד בן קמחי ממני פרט מיימון Radices *R. David* fil. *Kimkì*, a me (i. *fcriptae*) *Paràth*, *Maimon*.

Ad calcem folii 207. *b*. legitur haec Reviforis fubfcriptio: 1555. *die* 18. *Decembris revifus per D. Iacobum Geraldini Commiffarium Apoftolicum*.

Caefar Belifsus Curiae Epifcopalis Bonon.
Barth. D. Commifs. Not. manu &c.

Cod. Hebr. membr. fcriptus charactere Rabbinico, ab eo qui fupra, faec. circiter XIII. in fol. Conftat foliis 210.

CODEX VII.

מתורגמן

DICTIONARIVM CHALDAEVM.

„ 7. LExicon Hebraico-Chaldaicum Eliae „ Levitae Germani: explicat voces „ Syriacas *Targumìm*, *Onkelos*, *Ionathanis*, & „ *Hierosolymitani*. Impr. in fol. Hebr. *Langius*.

„ VII. Dictionarium Chaldaicum Eliae Le- „ vitae. Impressus in fol. ann. a C. M. 5301. *Catal. Montf. ex autogr.*

„ מתורגמן Meturghemàn. *Dictionarium, seu* „ *Lexicon Chaldaicum*, *Targumicum*, *Talmu-* „ *dicum*, *&* *Rabbinicum* completum [ut inquit *Bartoloccius* Tom. I. pag. 137. ex ipsius Auctoris testimonio] „ anno Mundi 301. min. „ supput. Christi 1541. & eodem anno *Isnae* „ excusum charactere quadrato, punctisque „ vocalibus instructo. Reliqua de eo, & ipsius operibus ibi. V. pag. 134. seqq. & etiam *Wolfium* Vol. I. p. 152. seqq. & Vol. III. p. 97. seqq. num. 249.

Cod. Hebr. chart. impr. *Isnae*, ut supra in fol.

CODEX VIII.

בנינים מהדקדוק

CONIVGATIONES VERBORVM.

„ 8. GRammatica Hebraeo-Latina Franci- „ sci Titii impr. in fol. Hebr. *Langius*.

„ VIII. Typi Coniugationum Hebraicarum „ Francisci Wittembergensis. Cod. impr. Ba- „ sileae 1561. in fol. *Catal. Montfaucon. ex autogr.*

Titulus exterior sic effertur בנינים מהדקדוק Biniamim Meadikduk. *Coniugatio Verborum*. Sed titulus interior est: *Quatuor Typi Conjugationum Ebraicarum*, *secundum sex Verborum Ordines*, *ex optimis Hebraeorum Grammaticis collecti*, *cum annotationibus quambrevissimis*, *tum exemplis Bibliorum*, *ea diligentia*, *ac fide illustrati*, *ut studiosis Linguae sacrae non parum sint profuturi*. *A M.* Francisco Titio Witebergensi. Basileae per Hier. Frobenium & Nic. Episcopium, *Anno M. D. LXI.* in fol. cum Epistola Nuncupatoria *Philippi Melanthonis*, Illustrissimo Principi, & Domino, D. *Ioachimo Principi in Anhalt*, &c. Constat foliis 43. ab altera tantum parte impressi.

Cod. Lat & Hebr. impr. ut supra in fol.

CODEX IX.

כללי המבטא

REGVLAE LINGVAE HEBREAE.

„ 9. VAria Grammat. Hebr. Ad finem Tra- „ ctatus est de Nominibus propriis „ S. Scripturae. Codex bonus MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ IX. כללי המבטא Chelalè amivthà. Re- „ gulae universales pronunciationis, Incip. au- „ xilio, & ope illius, qui נ״ב [i. *proventum*, seu *fructum* ex *Isaiae* cap. 57. v. 19. - „ labiorum condidit, incipiam leges, lingua] „ doctrinarum. Cod. Hebr. MS. in pergame- „ no bonae notae. Desiderantur in fine non „ pauca, cum quibus nomen Auctoris, & „ nota Amanuensis exciderunt. *Catal. Montf.* „ *ex autogr.*

כללי המבטא Chelalè amivthà. *Regulae pronuntiationis*. At verus titulus totius Codicis hic est מחברות מנחם בן סרוק Machberòth Menachèm ben Saruch. *Collectiones*, seu *Radices Menachèm* fil. *Sarùch*, i. *Liber Grammaticalis* ipsius *Menachèm*, una cum aliorum Scriptorum animadversionibus circa illum. De eo *Wolfius* Vol. I. pag. 770. ait „ Hoc Libro, qui in Bibliotheca Vaticana „ n. 402. & 413. in fol. in Vindobonensi ve- „ ro in 4. exstat, explicantur voces Hebrai- „ cae omnes in sacro Codice extantes. Et in „ Vol. III. p. 692. n. 1444. asserit, non esse distinctum a *R. Menachem* ben *Iacob*, de quo in utroque Vol. loquitur sub num. 1432. Heic autem addit partem Praefationis, quem ex quodam Codice membranaceo optimae notae apud Rev. *Ioachimum Morgenvvegium* exstantem exscerpsit: quae quidem cum eo, quae in nostro Codice legitur, praeter tamen quasdam variantes lectiones concordat. Nostra enim Praefatio inc. בעזרת בורא ניב שפתים deinde dicit, hanc Praefationem, in qua „ tum in genere de dono linguarum, „ a Deo hominibus concesso, tum in specie „ de Lingua Hebraea, eiusque conditio- „ ne differitur: & hoc argumentum foliis sex „ integris persequi [at in nostro octo fere foliis continetur] initium libri reponit, quod item cum nostro coincidit, & est אב אתחלק מתתאלהים לעשה & des. in fine pag. 135. *b.* מנחם

postea legitur nomen Auctoris, scilicet מנחם בן סרוק *Menachem* fil, *Saruk*. In fol. 87. *b.* delineatum inspicitur Candelabrum Visionis *Zachariae* cum VII. lucernis, ac duabus olivis, altera ad dexteram, ad laevam altera erectis: & septem infusoria lucernis, ut in principio cap. IV. eiusdem Prophetae legitur.

II. p. 136. Odula *Anonymi* in eundem Auctorem, quae strophis 146. quatuor versiculis unaquaque constante, continetur. Primi tres versiculi sunt consoni, quartus absonus; at idem Rhytmus repetitur in singulis strophis: & est eius detinenentia in ים Inc.

דעה לבי חכמה

def. דברי הישרים

III. p. 139. תשובות מהדקדוק Tesciuvòth meadikduk. *Responsiones Grammaticae*. Auctore *Donasch*. Hae responsiones, seu Confutationes, factae fuerunt ab eo, (ait *Wolfius* Vol. I. p. 332. „ ad Quaestiones sibi a „ *Menachèm* ben *Saruck* propositas, quae ex„ stant MSS. in Bibliotheca Vaticana fol. „ sub nomine אינפרוויא דורן Haec habet „ *Bartoloccius*, que fateor me non satis assequi. Inc. מנחם לא בדעת דברת def. p. 173. ותרון לשון אלם

IV. p. 174. Odula, constans strophis LIII. eiusdem rhythmi, ac superior, posita n. II. quartus versus definit in רי ac versatur circa sequens opus. Auctor est incertus. Inc.

יתין אל עויצנות

def. אני אאיר באורי

V. p. 175. Refutatio Confutationis *Danasch* contra *Menachèm* b. *Saruk*, de qua supra uum. III. Auctor est *Anonymus*, deque eo nemo quod sciam, fecit adhuc mentionem, sicuti etiam de supradictis Odulis; quare Collectio circa hanc materiam, quae in nostro Codice adservatur, singularis, ac rara censenda est. Vnicus defectus ipsam commaculat; is est, quod finis desideretur: neque id accidit ob foliorum abstractionem, sed quod amanuensis, expleto folio 221. *a.* ulterius non profecutus fuerit opus. Inc. אמנם נשארו נאם אנאם def.

Cod. Hebr. membr. MS. perdiligens & elegans, charactere Semirabbinico, circa saec. ut puto, XIII. in 4. Constat foliis 221.

CODEX X.

ספר דקדוק

GRAMMATICA.

„ 16. GRammat. Eliae Grammat. impr. „ in 12. Hebr. *Langius*.

„ X. דקדוקים Codex Hebr. impr. Venetiis in aedibus Bombergianis ann. 306. a C. M. in 8. Continet Grammaticas quatuor *Moysis Kimchi*, *Eliae Levitae*, *Abenezrae*, & *Anonymi Hispani*. *Catal. Montfauc. ex autographo*.

דקדוקים Dochdochim, *Grammaticae*, non דקדוק Dochdoch, *Grammatica*, hic Codex inscribendus fuerat exterius; continet enim non quatuor tantum Grammaticas, ut *Catal. Montfauc.* refert; sed septem. Occurrit primo loco Grammatica *R. Mosis Kimchi*, fil. *R. Ioseph*, quae una cum aliis tribus impressa fuit *Venetiis* apud *Danielem Bombergium* ann. 306. C. 1546. Harum Grammaticarum singulos referam titulos.

I. מהלך שבילי הדעת Maalàch scevilè hadaǵgàth. *Incessus semitarum Scientiae*. Idest (inquit *Bartoloccius* T. I. p. 137. ubi *de R. Elia* Levita disserit) „ *Scholia in Grammaticam R. Mosis Kimchii*, quae vocatur „ *Iter semitarum Scientiae*. Haec composuit „ Romae, ut ipse testatur in Praefatione se„ cunda ad librum *Massorèth ham Massorèth*, „ quamvis in fine huius libri legatur fuisse „ composita Paduae, A. M. 264. min. sup„ put. Christi 1504. Postea sub nomine *R.* „ *Beniamin* ben *Iudae Romani* prodierunt „ *Pisauri* ann. Mundi 5268. Christi 1508. „ anno V. Pontificatus *Iulii II.* sub Domi„ nio *Ioannis Sfortiae* in 4. Vnde ipse Au„ ctor de hoc furto, sibi invito Domino fa„ cto, conqueritur. In fine eorumdem scho„ liorum. Liber impr. *Venetiis* apud *Danielem Bombergium* per *Cornelium Adelkinad* ann. . . . .

II. פתח דברי Petàch Devaràì. *Apertio verborum meorum*. De hac Grammatica, quam inter opera *R. Eliae Levitae Germani*, recenset *Bartoloccius* T. I. p. 141. sic loquitur *Pethac Devarài* „ ita vocatur quaedam „ absolutissima Grammatica olim in Hispa„ nia composita ab ignoto Auctore, quam „ e tenebris eruit, scholiis illustravit, se„ dulaque industria, ac labore in publicam „ lucem exposuit ac imprimi curavit *Pi*„ *sauri* sub Dominio *Ioannis Sfortiae*, ann. V. „ Pontificatus *Iulii II.* apud *Mosen* חביב *Aben Chavìu* anno Mundi 5306. Christi 1546. apud *Danielem Bombergium* in 8. Tipographo *Cornelio Adilkinad*. Eadem *Wolfius* Vol. I. p. 158. n. 11. de hoc Scriptore vero, supra p. 153. seqq. n. 249. & Vol. III. p. 97. seqq. sub eod. num.

III. ספר צחות בדקדוק Sepher Tzachùth Bedochdòch. *Liber puritatis Grammaticae*. Auctore *R. Abraham* ben *R. Meir*, ben *Ezra*. *Bartoloccius* T. I p. 39. titulum mutat, dicendum צחות הלשון Tzachùth hallasciòn. *Puritas Linguae*: eumque sequitur *Wolfius* Vol. I. p. 80. n. 7. quos vide locis citatis.

IV. ספר מאזני לשון Sepher moznè lasciòn. *Liber bilancis linguae*. Eiusdem Auctoris. *Bartoloccius* T. I. p. 40. „ Est Gram„ matica absolutissima, & optima; excusa *Ven.* ut supra dictum est. Praeter has quatuor *Grammaticas*, adiunctae fuerunt sequentes tres.

V.

V. מרפא לשון Marpè lafciòn. *Medela linguae*, Auct. *R. Moysè* ben *Chavìu*, feu *Chavib*. De ea *Bartoloccius* T. IV. p. 70. „ Eft „ Grammaticalis libellus de re metrica e„ tiam tractans. Excufus eft *Venetiis* apud „ *Danielem Bombergium*, anno 306. Chrifti „ 1546. per *Cornelium Adelkind* in 8. Et haec eft noftra editio. Item de hoc Auctore, & fuis operibus *Wolfius* Vol. I. p. 821.

VI. ספר הרכבה Sepher Harchevà. *Liber compofitionis*. Auctore *R. Elia Levita*, compofitus ab eo Romae anno 1517. ibique primo excufus ann. 1519. ut ait *Bartoloccius* T. I. p. 138. quem vide, & etiam *Wolfium* Vol. I. p. 155. n. 4. ubi dicit, in eo effe „ Librum Grammaticum, atque agi de „ extraneis Heteroclitis vocibus, quae ex di„ verfis coniugationibus componuntur, & a „ confueta coniugandi, & declinandi ratio„ ne abeunt. Noftra editio eft eiufdem *Bom*„ *bergii*.

VII. פרקי אליהו לוי Pirkè Eliav. *Capitula Eliae*. De his *Bartoloccius* loc. modo fupra citato: „ funt quatuor Capitula, quibus „ de litteris, punctis, & nominibus diferte „ tractat. Et *Wolfius* Vol. I. p. 158. n. 10. eorumdem quatuor Capitum titulos, & fynopfes adfert „ פרק שירה Dictum, in XIII. „ Cantica rhythmica diftinctum, de litteris, „ earumque pronunciatione, de vocalibus de„ cem &c. Liber impr. apud eundem *Bombergium*, eodem anno *Venetiis*, ut reliqui omnes huius Codicis.

Cod. Hebr. chart. impr. *Venetiis*, ut fupra partim charactere quadrato cum punctis, partim Rabbinico, in 8.

CODEX XI.

מסכת פורים

HISTORIA PVRIM.

„ 11. MAfechèt Purìm. Tractatus de „ Purim. Ebr. cum Comm. in Lib. „ Ruth. Libelli aliquot Cabbaliftici Saadiae „ Gahon. MS. 8. Hebr. *Langius*.

„ XI. Varia Opufcula, in unum compacta Volumen מגלת סתרים Liber occultorum, מסכת פורים Sectio fortium. Impr. Venet. ann. 312. fequuntur פיחש מגלת רות Expofitio Libri Ruth. an. 311. impr. *Catal. Montf. ex autogr.*

מסכת פורים *Hiftoria Purìm*. Hic titulus exterior indicat tantum primum Opufculum; quum omnino fint VII. Itaque fingulos fecundum feriem enunciabimus.

I. מסכת פורים Mafsècheth Purìm. *Codex* five *Tractatus fortium*. Hunc Tractatum complecti ferme eadem, quae continet אגרת פורים Igherèth purìm, *Epiftola fortium*, affèrit *Bartoloccius* Tom. IV. p. 10. Auctore *R. Leone de Valentibus*. ubi haec de ea refert: „ Ita vocatur Epiftola quaedam, verbofa „ oratione, compofita a profano homine, & „ impio Poeta, recitanda in feftivitate פורים „ Mardochaei & Efther, in qua folent Iudaei „ vino fine termino indulgere, & bacchana„ lia agere. Reliqua, potius reticenda, vide loco citato. Eadem fere *Wolfius* Vol. II. p. 1269. n. 97. inter Anonymos Scriptores, fub titulo ספר בקבוק Bachbùch, i. e. *Baucalium*, feu *Lagena Vinaria* (vulgo *Boccale*.) Ibi citat hoc noftrum exemplar, utpote relatum in Catalogo a *Cl. Fabricio* edito, p. 168. qui eft *Langii*, a me fuperius relati: deinde dicit, fe vidiffe Venetam editionem ann. 312. in 8. Chrifti 1552. quae abfque dubio eft haec noftra, Typis *Danielis* ben *Cornelii Adelkinad*, charactere quadrato abfque punctis.

II. פירוש מגלת רות מגלה סור הגאולה Pirùfc meghilàth Ruth, megalèh fod aggaolàh. *Commentarius in Hiftoriam Ruth, revelans myfterium Liberationis*; eo quidem intuitu, ut redemptionem populi Iudaici futuram demonftret. Auctor eft *R. Ifaac*, fil. *Iofeph* Sacerdos. Hoc noftrum exemplar excufum fuit *Sabionetae* ann. 311. Chr. 1551 in 8. charactere Rabbinico. Et haec ex *Wolfio* Vol. I. p. 660. n. 1206.

III. ספר הפדות והפורקן לרבינו סעדיה Sepher appedùth veapurcàn lerabbenu Sañgadìa. *Liber de Liberatione, & Redemptione* (i. Iudaeorum ab exilio) Rabbini *Saadias Gaòn Alfefinò*, fc. civitatis *Fetz*, in Regno *Marochii*. *Wolfius* Vol. I. p. 932. ait *Saadias Gaòn*, ut ad Libri caput legitur. „ fil. *Iofeph Ae*„ *gyptius* ex urbe *Pithom* (*Al Fiumì*) unde „ & *Saadias* הפיתו או appellari folet; flo„ ruit ann. 4687. Chr. 927. (*Bartoloccius* inquit T. IV. p. 266.) Chr. 627. Hoc opufculum deinde refert p. 934. n. 7. ubi ipfum impreffum dicit *Mantuae* 316. C. 1556. nec tamen typographum nominat, qui fuit *Iofeph Iacobi de Padua* anno fupradicto, & haec eft noftra editio inter alias, quas idem *Wolfius* enumerat; atque prima, quae charactere Rabbinico facta fuit.

IV. ספר התחייה וספר הפדות לרבינו סעדיה גאון בן יוסף Sepher attechià, vefepher apedùth le R bbenu *Sañgadìa Gaon* ben *Iofeph*. *Liber Refurrectionis, & Liber Liberationis Rabbini* Saadìa Gaon *fil.* Iofeph. Libellus eft contra negantes Refurrectionem mortuorum. Auctor eft idem, & ibidem, praedicto impreffore, & anno, vulgatus.

V. צפנת פענח Saphnàth pañganeàch. *Revelator Arcanorum*. Hoc opufculum expendit *Wolfius* de ipfius quoque Auctore verba faciens Vol. III. p. 687. n. 1433. *a*. tali pacto „ *R. Menachem F. Iac. Cohen de Porto* [forte *Furthenfis*] idem eft cum *R. Abra*„ *ham Menachèm*, de quo Parte I. fuo loco, „ Et in his quoque acceffionibus diximus. „ Eius eft praeter *Mincha Belula*, l. c. de „ quo

„ quo צפנת פענת *Revelator Arcanorum*. i. e. „ Inſtitutio de Cryptographia, ſive occulta „ literas ſcribendi ratione, ut legenti non pateant: *Venet.* 316. Chr. 1556. foliis 4. at eſt abſque impreſſionis nota; verum Epiſtola nuncupatoria, quae praemittitur, data eſt *Venetiis*, die xv. Octobris, anno 316. (Chriſti 1556.) Advertendum in hoc opuſculo, quod quatuor tantum foliis conſtat, religatum fuiſſe in medio ſequens opuſculum, quod item quatuor foliis continetur. Auctor eſt *R. Menachem* bar *Ianacò Accbohen* de *Porto*, & impreſſum fuit *Sabionetae* anno 314. C. 1554. 8. charactere Rabbinico.

VI. סימני כל השמנה בנינים Simanè col aſcemonà Binianìm. *Signa octo Verborum*, [i. ipſorum] *Coniugationes*. Auctore *R. Meìr* ex Familia *Meìr* fil. *Iair*.

VII. ספר חבקבוק Sepher Chabbachbùch. *Liber Hababbacbuc*. Libellus eſt, qui primo huius Codicis, quod ad materiam, reſpondet: & octo tantum capita complectitur, methodo prophetica exaratum. In eo auctor introducit diſceptationem quandam inter Vinum & Aquam, ſub nominibus *Carmì* vinea mea, & *Beerì* puteo meo, Regum, & *Bacbuch* Prophetae. Auctor eſt *Anonymus*. V. *Wolfium* Vol. II. p. 1269. n. 97. prope finem. Impreſſus eſt *Venetiis* apud *Danielem Adelkinad* fil. *Cornelii*, anno 312. (Chr. 1552.) 8. charactere quadrato cum punctis.

CODEX XII.

כתבים

Epistolae.

„ 12. Litterae familiares quaedam. MS. „ 8. Hebr. *Langius*.

„ xii. כתבים Epiſtolae familiares Vario- „ rum. Cod. MS. Hebr. in 4. Inc. *Super* „ *ſtratum meum in noctibus*. *Catal. Montf. ex autogr.*

כתבים Chethavìm. *Scripta*, i. e. *Epiſtolae*, non autem *Diverſorum*; ſed ſunt Epiſtolarum formulae, in omni fere ſcribendi genere, & ad cuiuslibet gradus perſonas, cum propriis ſubſcriptionibus, & inſcriptionibus. Auctor eſt *Anonymus*, qui regulas, probe ipſas componendi docet, locis S. Scripturae inluſtrandas eſſe ſuadens. Quare prima inc. על משכבי בלילות *In lectulo meo per noctes*, ex v. 1. cap. iii. Cântici Canticorum. deſ. ר׳ פלוני

Cod. Hebr. chart. MS. charactere Rabbinico ſaec. circiter xv. Conſtat foliis 62. quorum 3. 4. 5. *a*. 9. 19. 20. & 42. vacua ſunt.

CODEX XIII.

אליה בחור

Grammatica Eliae Levitae.

„ 13. Liber boni ſenſus, ſeu de Vocali- „ bus & accentibus Hebraicis Eliae „ Germani, Eiuſdem Maſoreth Hamaſoreth. „ *R. Jacob Baal Haturìm*, Comm. in Legem. „ Geometrici, & Cabbaliſtici Tractatus. Impr. „ 4. Hebr. *Langius*.

„ xiii. ספר טוב טעם Liber boni ſenſus. „ Grammatica Hebr. *Eliae Levitae*. Traditio „ Traditionum, eodem *Elia* Auct. פירוש „ התורה Expoſitio Legis *R. Iahakob* b. *Haſ-* „ *cer Bahal Hatthurìm*. Eſt Commentarius in „ Pentateuchum ex Maimonide contractus. „ Cod. Hebr. impr. *Venetiis* anno 300. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus exterior אליה בחור *Elia Bachùr*. nomen eſt Auctoris, qui vocabatur *R. Elias Levita Germanus*, cognomento *Habbachùr*, ſc. *Iuvenis* ſeu *Electus*, ut habet *Bartoloccius* T. I. p. 134. Ceterum hic Codex quatuor diverſa opuſcula continet, quae ſic recenſentur.

I. ספר טוב טעם Sepher Tov Tañgam. *Liber boni guſtus*, de quo (*Wolfius* ait Vol. I. p. 156. n. 6.) „ per octo capita de He- „ braeorum accentibus commentatur. i. e. Auctor *R. Elias Aſcenazì*. Impr. *Venet.* in Typographio *Bombergiano*, anno 298. Chr. 1538.

II. ספר מסורת המסורת Sepher Maſsòreth amaſſoreth. *Liber* (inſcriptus) *Traditio Traditionis*. Auctore eodem *R. Elia*. De hoc libro *Bartoloccius* T. I. p. 140. ita loquitur: „ Traditio Maſſorae, quae nihil aliud eſt, „ quam traditio Doctrinae Criticae circa „ textum Sacrae Scripturae Hebraicae, ge- „ nuinae eius lectioni conſervandae inſerviens. „ Ibi de Auctoribus Maſsorae, Abbreviatu- „ ris, Aenigmatibus, Signis & Symbolis, qui- „ bus Maſſoretae utuntur enucleate pertra- „ ctat. V. etiam *Wolfium* l. c. n. 8. Poſt folium quintum, habetur alterum folium MS. quod praefert ſignum, alteri ſimili ſigno in praecedenti pag. circa medium poſito, quod indicat, ut arbitror, fragmentum quoddam ex autographo in editione reſciſsum, & heic ad operis complementum repoſitum.

III. פירוש התורה לרבינו יעקב ז״ל בעל הטורים בן הרב רבינו אשר ז״ל Piruſc Atthorà le Rabenu Iañgacob zal bañgal atthurìm ben arràv Ralènu Aſcèr zal *Commentarius in Legem Rabbini* Iacob, *requieſcat*, *Auctoris Turìm* fil. *magni Rabbini* Aſcèr, *requieſcat*. Sunt notulae marginales (inquit *Wolfius*

fius, Vol I. p. 584. ad num. 2.) „ fub ti- „ tulo בעל הטורים quae addi coeperunt Bi- „ bliis Rabbinicis &c. Deinde fubdit : „ Ex- „ ftant quoque feorfim (fc. impreffae) *CPoli* „ 274. C. 1514. 4. ap. *Sam. ben Nachmias*, „ *Venet.* 1544 ap. *Io. de Phari* & fratribus, ac correctore *Cornelio Adelkiuad*.

Cod. Hebr. chart. impr. ut fupra in 4.

CODEX XIV.

כתב אל תהי באבותיך

LITERAE AD CONVERSVM.

„ 14. Literae Rab. *Chalda* ad *David Gaon*, „ qui Iudaifmum deferuerat, Com. „ Rab. *Iofephi* filii *Schem. Tob.* in Agadoth, „ MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ xiv. Epiftola Hebraea cuiufdam Magi- „ ftri, qui Hebraice fcribitur פריפיט דוראן „ e *Perpiniano* ad Magiftrum *David* prius „ Iudaeum, hoc nomine; deinde Neophytum, „ appellatum *Bonettum Boniobannem*, cum „ Commentario *R. Iofeph ben Scem Tov*. Tra- „ ctatus contra Chriftianam Religionem, quem „ אבן בחן *Lapidem Lydium* nuncupari fu- „ pra diximus. Cod. xvii. Pl. II. Cod. MS. „ Hebr. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

I. p 1. Titulus exterior כתב אל תהי כאבותיך fic exprimitur : Chetàv al Tehi cheavotheca. *Noli effe ut Genitores tui*. De hoc titulo, ac fimul de ipfo Opere & Auctore *Bartoloccius* T. I p 403. feq. ubi legitur „ *Enprophiiat Duran Hifpanus* ex Iudaeo Chri- „ ftianus, & ex Chriftiano iterum Iudaeus. „ Aenigmaticam Epiftolam fcripfit, ad filium „ fuum *Davidem*, בוניטו *Bonettum* Avenione „ commorantem inter Chriftianos, qua eum ad „ Iudaicam fectam revocare nititur, frequen- „ ter haec verba proferens: אל תהי כאבותיך „ *Ne fis, ficut* (fuerunt) *Patres tui*, Qui- „ bus & aliis fimilibus verbis eum ad reti- „ nendam Chriftianam Religionem perfuade- „ re videtur; cum interim per hanc anti- „ phrafim, & fubdolam loquendi artem, ad „ Iudaifmum allicere nitatur. Reperitur MS. „ in Bibliotheca Vaticana cum explanatione „ totius aenigmatis, Anonymo Auctore. Quadruplici autem diverfo nomine unicum Auctorem fupradictae Epiftolae infignivit *Bartoloccius* T. enim I citato p 98. dicitur ab eo *Enperophia Duràn*, & p. item citata 403. feq. *Enprophiàth Duràn*: T. II. p. 283. *Donàfc Neophytus*: & T. IV. p. 354. *R. Peripetus Durant*. *Wolfius* vero Vol. I. p. 992 eum nominat fecundum *Scalfchebeleth* p. 61. *b.* פריפוט דוראן *Peripòth Duràn*; at nofter Codex clare habet ad caput פריפיט דוראן *Peripèth Duràn*; & poft finem Epiftolae legitur אינפרופייט דוראן *Enperophiiath Duràn*; quare idem nomen, prout diverfimode effertur; unius tantum perfonae nomen appellativum eft. *Donàfc* autem *Neophytus* quomodo eidem tribuatur, ignoro. Neque etiam intelligo, quo pacto eum, ad quem hic Auctor Epiftolam fcribit, effe filium fuum, ut *Bartoloccius* vult, loco fuperius adlato; nam prope finem praefatae Epiftolae, legitur genitorem ipfius iam deceffiffe. Forte deceptus fuit ab extremis eiufdem Epiftolae verbis, quae modo adferam. Inc. ראיתה מגלה def. לאח ובן יקר אקחך i. *te habebo loco fratris, & filii dilecti*. Deinde in fequenti pagina ponitur Epiftolae fuperfcriptio, ex qua apparet, eum, ad quem mittitur, in Iudaifmo vocatum fuiffe *David*: Neophyto poftea facto, nuncupatum effe *Bonettum Boniobannem*, ut fupra in *Catal. Montf.* indicatum fuit.

II p. 8. פירוש אגרת אינפרופייט ר יוסף שם טוב Pirùfc ighereth inprophieth, *R. Iofeph* Scem Tov. *Commentarius in Epiftolam Prophieth*, *R. Iofeph Scem Tov*. Huius Commentarii nulla apud Bibliographos fit mentio, quod fciam. Inc. כבר התפרסם def. אור נגה עליהם

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico, faec. circiter xvi. in 4. min. Conftat foliis 41.

CODEX XV.

שרשים

VOCABVLARIVM.

„ 15. Radices Linguae Hebraeae. MS. 4. „ Hebr. *Langius*.

„ xv. שרשים Radices. Titulus exterior. „ Fragmentum Collectionis variorum loco- „ rum ex Pentateucho & Prophetis. Codex „ MS Hebr. in 4. foli Auctori utilis. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus exterior ille eft, qui fupra pofitus fuit in medio, i. שרשים Sciarafcìm, *Radices*. Ceterum dicendum fuerat *Titulus interior*; quum ad Codicis caput aliqua Epigraphe exfcripta fuerit, quae idem fignificat, quod in *Catal. Montfauc.* enunciatur. Alioquin Codex eft parvi momenti, foliis cum fchedis, undequaque ex S Scriptura collectis, & ut aiunt, volantibus, inordinate compactus.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico, *Pifis*, anno 323. (C. 1563.) ut legitur ad caput fol. 26. Conftat foliis 32. ex quibus 7. *b.* 8. 9. 10. 11. 18. *b.* cum feptem feqq. vacua funt.

CO-

CODEX XVI.

לכל חפץ

FORMVLARIVM INSTRVMENTORVM.

16. Liber ad omne desiderium, seu For-
„ mula conscribendi Contractus, &c.
„ MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ XVI. לכל חפץ Formularium Instrumen-
„ torum. Cod. Hebr. impr. Venetiis ann.
„ 312. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

לכל חפץ Lecòl chèphez, *Vniuscuiusque desiderio*, seu *voluntati* adaptatum „ Ostendit „ hic liber *Modum conscribendi quascumque* „ *Epistolas, & in quavis materia. Bartoloccius* T. I. p. 189. ubi eius Auctor dicitur *R. Elièzer Mimèli*. *Wolfius* tamen, Vol. I. p. 179 respuit, hunc esse verum Auctorem: ac p. 458. n. 779. pro eo inducitur *R. Iehuda* fil. *Samuelis Abarbanel*, de quo sic ait: „ Scripsit לכל חפץ *Omnium desiderio inserviens*, ex *Eccles.* III. I. ubi exponit ratio- „ nem omnis generis litteras v. c. libellos „ repudii, contractus, juris Matrimonii, em- „ tionis, venditionis, &c. exarandi. *Venet.* „ 312. C. 1552. 4. Hunc librum *Plantavitius* „ n. 284. & *Cavius* in Theatro Anonymo- „ rum Placciano p. 701. a. *R. Eliezer Mimmeli* falso tribuunt, cum in Praef. ipsa ve- „ ri Auctoris, quem diximus, nomen adfe- „ ratur.

Cod. Hebr. chart. impr. *Venetiis*, anno 312. C. 1552. apud *Danielem* fil. *Cornelii Adelkinad*, in 4. min.

CODEX XVII.

כתב התנצלות

LITTERAE EXCVSATIONIS.

„ 17. Sententiae de Actionibus & gestis
„ mundi, collectae ex variis Scripto-
„ ribus, praecipue *Aben-Ezra*. Rhythmi mo-
„ rales ex *Ben-Sira*. Formulae Epistolarum.
„ Omnia MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ XVII. כתב התנצלות Epistola excusatio- „ num. Continet varias preces. Hanc exci- „ pit קערת כסף Scutella argentea. Carmen „ pareneticum *R. Ioseph Haazubì* ad filium. „ Sequitur Epistola Excusationum *R. Iadahak* „ ad *R. Salomonem* b. *Abraham*. Cod. Hebr. „ MS. in pergameno in 8. *Catal. Montfauc* *ex autogr.*

Varia opuscula, quae in hoc Codice continentur, sic per ordinem diluuntur.

I. p. I. Pars quaedam Moniti, seu Interdicti in eos, qui studiis philosophicis operam dabant. Auctore *R. Salomone* ben *Addeièth*, per compendium litterarum vocatus *Harischà*, *Barcinonensis*. Inc. אשר כרתנו def. נוחיל עוד לאל

II. p. 2. *b.* בחינת עולם Bechinàth ngolàm. *Examen Mundi*: „ Qua (inquit *Bartoloccius* T. III. p. 6.) Auctor „ agit de vanitate mundi „ contemnenda, & Regno Dei quaerendo mira „ eloquentia; ita ut Hebraeus Cicero dici „ posset. Deinde varias huiusce libelli editiones enumerat. Auctor est *R. Iedaaiàh* ben *Abrahàm Happeninì*. V. etiam *Wolf.* Vol. I. p. 401.

III. p. 13. תהלה לשם Theillà Lascèm. *Precatio ad Deum*. Idem *Bartoloccius* pag. seq. „ cuius dictiones omnes incipiunt a lite- „ ra מ. Asservatur MS. in Bibliotheca Va- „ ticana papyr. in 4 Auct. eodem *R. Iedaaiah*.

IV. p. 15. Rhythmus, Distichis XXII. comprehensus, octo tantum verbis constantibus, quorum unumquodque eadem littera incipit, ea scilicet, qua Auctoris nomen conflatur; hoc est אני ידעיה הפניני בר אברהם Inc. אמרתי אשקרה ארח אמת def. ושמעת אל תפלת עבדך

V. p. 15. *b.* חרוזים לר׳ אברהם בן עזרא אשר נתאכסן בבית קמצן ובצאתו מביתו נטל כמנו רשות. זהו רשותו Caruzìm le Raubì *Abrahàm* ben *Ngezrà* ascèr nitachsàn bevèth camzàn: uvezeethò mibbethò natàl mimmennu resciùth: zeù resciuthò. *Carmina R. Abraham aben Ezra, qui receptus hospitio fuit domi cuiusdam avari: atque inde discedens, sic discedendi licentiam postulat. Haec est licentia*. Rhythmus est, qui 30. versibus constat: & idem est ac in Cod. XLVI. num. VI. Pl. II. descriptus supra pag. 101. col I ubi addendum, ineditum esse; quare heic archoteleiam adpono. Inc באתי ביום def. לשבעתים Succedunt alii XII. versiculi.

VI. p. 17. קערת כסף Caagaràth Cheseph. *Scutella Argentea*. Auct. R. *Iosepho Ezovì*, seu *Hyssopeo*. Praemittitur Praefatio, cuius meminit *Wolfius*, eamque refert cum versione Latina *Merceri*, Vol. IV. p. 1140. seqq. variisque lectionibus adornatam. Ad ea, quae diximus de hoc Carmine, in recensione Codicis modo citati num. IV. (ibi enim habetur alterum eiusdem Poëseos exemplar.) addendum est, praesens hoc nostrum integrum esse; complectens scilicet versus 130. qui versus tam a *Bartoloccio* T. III. p. 796. quam a *Wolfio* l. c. bini pro uno, seu pro disticho usurpantur.

VII. p. 19. *b.* Rhythmus in Encomium praecedentis Carminis, versibus 44. expressum. Auct. *Anonymo*. Inc. נפש קנה מוסר def. בפיך תהי כדבש למתוק Idem est, ac in citato Codice sub num. V.

VIII. p. 20. מכתב ההתנצלות Michethàv Aithenazelòth. *Scriptum Apologeticum* ſeu *Excuſationis*, ad *Salomonem* fil. *Addereth*, dictum *Ariſchà*, de quo ad caput huius Cod. ideſt n. 1. & 11. dictum eſt. Hoc opus nominat *Wolfius* Vol. I. p. 403. num. 4. Praemittuntur tituli honorifici. Epiſtola inc. יפיפית מבני אדם ex v. 3. Pſ. xliv. deſ. האמת והשלום

Cod Hebr. membr. MS. charact. Rabbinico admodum elegante, ſaec. circiter xv. in 8. Conſtat foliis 43.

C O D E X XVIII.

נוסח הכתבים

Formvlarivm Literarvm.

„ 18. **L**iber Agadoth. Titulus eſt: For-
„ mulae Litterarum. MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ xviii. נוסח הכתבים Formularium Epi-
„ ſtolarum, ſeu ספר האגרות Liber Epiſto-
„ larum. Codex Hebr. eleganter ſcriptus in
„ pap. in 4. Varia Epiſtolarum paradigma-
„ ta iis exhibet, qui ab Epiſtolis ſunt.
„ *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus exterior eſt נוסח הכתבים Nosàch acchetavìm. *Formularium Epiſtolarum*. Interior vero ספר האגרות Sepher aigheròth. *Liber Epiſtolarum*.

I. p. 1. *b*. Collectio Formularum pro Epiſtolis, in quolibet genere conſcribendis. Auct. *Anonymo*. Inc. ab Epiſtolarum titulis p. 3. *b*. poſt Indicem. Inc. אדני וגאוני deſ. p. 30. עתה תשלם

II. p. 31. *b*. „ *Forma Candelabri* [ut habet *Bartoloccius* T. IV. p. 328. his verbis] quibus „ deſcriptus eſt Pſalm. lxvii. *Deus miſereatur* „ *noſtri &c.* & aſſerunt Cabaliſtae, ita exti- „ tiſſe in vexillo regis David, quando egre- „ diebatur ad bellum contra inimicos, & vir- „ tute illius eos vincebat. Auctore *Anony-* „ *mo*. Singuli verſiculi conſtituunt ſingulos „ calamos: a dextera parte incipit deſcen- „ dendo, & unus verſiculus ſub altero ſcri- „ bitur, ita ut quartus ſit longior & me- „ dius calamus. Reliqua vide l. cit. In noſtro enim Codice ad latus Candelabri legitur Hebraice. *Traditio vera, & indubitata, quod quicumque pie ac devote legerit hunc Pſalmum, quolibet die, in diebus* xlix. *ſc. a Paſchate ad Pentecoſtem, fiet certus, in illo anno non poſſe ab Inimicis offendi; hunc enim Pſalmum David Rex, quum ad bellandum procederet, deferebat ſecum in lamina aurea in Candelabri formam inſculptum, in eo fidem habens, ſe ſemper evaſurum victorem.*

III. p. 32. *b*. Epiſtola *R. Iochanan* fil. *Mathathiae*, ad Hebraeos repraeſentantes ipſorum Congregationem Patavii. Inc. הנחמדים מזהב deſ. לעשות ולהקים

IV. Aliae duae litterarum formulae, quas Patentes vocant.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico ſaec. circiter xv. in 4. Conſtat foliis 33. in 4.

C O D E X XIX.

כתבים

Epistolae.

„ 19. **V**ariae Epiſtolae, & alia. MS. 4.
„ Hebr. *Langius*.

„ xix. Epiſtolae variorum Hebraeorum,
„ quibus accedit ſententiarum excerptum, &
„ Hebraeorum Ethica, cum altero excerpto
„ ex Libris Biblicis. Cod. Hebr. MS. in 4.
Catal. Montf. ex autogr.

I. p. 1. In tribus primis foliis, in quorum ſecundo, quinque tantum lineae non completae exaratae cernuntur, continentur formulae quaedam circa initia Epiſtolarum, in genere.

II. p. 4. Epiſtolae Familiares xxviii.

III. p. 11. *b*. Ab hac pag. ad p. 26. *a*. habentur fragmenta, ſeu potius aliarum Epiſtolarum paragraphi.

IV. p. 27. Collectio Sententiarum moralium, ab hoc folio, uſque ad 36. *b*. at ad caput folii 27. ſcriptum legitur ספר מאומיטו *Liber Mahumetis*, forte, quod ex alicuius *Mahumetis* opere ea, quae ibi referuntur excerpta fuerint: & in margine ſuperiori folii 32. ſcriptum fuit, hunc non eſſe proprium locum rerum inibi exiſtentium: & revera finis folii 31. cum initio folii 33. omnino coheret. Poſt folium 36. alia tria ſuccedunt alba.

V. p. 40. Aliae Epiſtolae num. viii.

VI. p. 44. קינה חברה מורינו הרב ר' משה ז"ל מריאיטי על פטירת אשתו ע"ה Chinnà chibberà morenu arrau R. Moſcè zal, mirieti ñgàl petiràth iſcthò ñgalea aſcialòm. *Lamentatio facta a Doctore Magiſtro R. Moyſe, requieſcat, Reatino in morte uxoris: ſit illi quies*. Soluta eleganti oratione elucubrata eſt. Inc. צפורה אשת משה deſ. עורה קול שאוני

VII. p. 44. Epiſtola encyclica in commendationem cuiuſdam *Ioſephi*, infortunio affecti.

VIII. p. 46. *b*. Collectio Sententiarum moralium. His adnectuntur phraſes in Epiſtolis adhibendae: ipſarum initia, tituli, aliaque huiuſmodi.

IX. p. 57. התחלות Atchalòth. *Initia*, ſc. litterarum.

X. p. 72. Rhythmus deprecatorius. Inc. מעון קדשך deſ. למול פני

XI. p. 73. Formulae aliquot pro Epiſtolis com-

commendatitiis. Et haec omnia hucusque exposita incertum habent Auctorem.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico saec. circiter xv. in 4. Constat foliis 79. comprehensis albis, ut supra indicatum est.

CODEX XX.

לשון למודים

GRAMMATICA.

„ 20. GRammat. Hebraico-Latina *Ioh. Isaaci*. Impr. 4. *Langius*.

„ xx. Grammatica Hebraico-Latina *Iohannis Isaak*, impressa *Antuerpiae* in 4. anno „ 1574. *Catal. Montf. ex autogr.*

לשון למודים Lesciòn Limmudìm. *Lingua Eruditorum*. Hic titulus Hebraicus extrinsecus adfixus, impressus cernitur ad caput frontis Libri in ornamento, in cuius medio sequens titulus inspicitur.

„ Grammatica Hebraea, absolutissima, in duos „ Libros distincta; necnon in ordinem studiosis commodiorem digesta, ac plurimis in locis locupletata, Auctore *Ioanne Isaeco*, amplissimi Senatus Coloniensis publico professore. Editio quarta. *Antuerpiae*, ex Officina „ *Christophori Plantini M. D. LXIV.* in 4. Dicata fuit ab Auctore *Antiquissima Nobilitate iuxta ac Pietate & Doctrina Praestanti* „ *Viro Domino* D. Bernhardo Morrien *apud Monasterienses in summa Aede Praeposito dignissimo*, *Mecoenati suo plurimum observando*. *Wolfius* Vol. I. p. 473. num. 816. alio titulo hanc Grammaticam insignivit, videlicet מבוא אמרי שפר Meboà imerè scepher. *Introductio ad verba elegantia*. Forte hic titulus fuerat in praecedentibus editionibus; quum haec, quae quarta est, sit renovata, immutata, & adaucta. Hanc differentiam idem *Wolf.* advertit, qui Vol. III. p. 357. num. eod. ubi indicatis tribus anterioribus editionibus, subdit: „ Est tamen inter has editiones non exigua „ differentia. Illa enim anni 1557. titulum „ habet לשון למודים & tribus libris constat &c. deinde de hac nostra sequitur: „ *Antuerpiensis* 1564 pp. 162. in duos tantum libros distincta, & hinc inde non solum mutata, sed & accessionibus aucta fuit; „ ut a me iam dictum est. De Auctore autem ibi narrat appellatum fuisse *R. Iochanan Isaacum Levitam* Germanum, ex Iudaeo Christianum, Professorem Coloniensem, ac saeculo xvi. medio floruisse, & scripsisse.

Cod. Hebr. Lat. chart. impr. ut supra, non an. 1574. ut habet *Catal. Montfaucon.* sed 1564. in 4.

CODEX XXI.

פירוש המילות

GRAMMATICA.

„ 21. GRammatica quaedam sine nomine. „ MS. 8. Hebr. *Langius*.

„ xxi. פירוש המילות Expositio Verbo- „ rum. Lexicum MS. in pap. in 8. ex Le- „ xicis *Eliae* & *Radàk*. Collectio ad usum „ tyronum, Hebraicas, Persicas, Arabicas, „ & Chaldaicas voces exponit. Codex bo- „ nus. Ad calcem legitur nonnullarum vo- „ cum βραχυγραφία. *Catal. Montfaucon. ex autographo*.

פירוש המילות Pirùsc ammilòth. *Expositio Verborum*. Dictionarium, cum explicatione vocum difficiliorum, quae occurrunt in Talmude, & in aliis operibus Rabbinicis, atque etiam in Paraphrasi *Onkelos*, Auct. *Anonymo*.

Codex Hebr. chart. MS. charactere Rabbin. saec. circiter xv. in 8. Constat foliis 175. Enumeratio antiqua Hebraica, ostendit constasse foliis 224. quare suspicor, quae desunt excidisse: & forte nonnulla folia, quae scriptura carent, passimque in hoc Codice occurrunt, supplere posse numerorum deficientiam.

CODEX XXII.

דקדוק

GRAMMATICA.

„ 22. GRammatica Hebraico-Latina MS. „ 8. *Langius*. (pro *MS.* l. *impr.*)

In *Catal. Montfaucon.* praetermittitur hic Codex, sed eius loco reponitur ille, quem sub sequenti num. xxiii. indicabimus.

Titulus interior huius Libri hic est: *In hoc Libello continentur, De literis Hebraicis, de punctis, de accentibus, de quantitate syllabarum, deque vera linguae Hebraicae pronunciandi ratione, quatenus scriptis ostendi potest*. „ Peculium Agathii מקנה אגתיי *Parisiis* „ *in officina* Christiani Wecheli, *sub Scuto Basiliensi, in vico Iacobaeo, Anno M. D. XXXVII.* Haec est Grammatica *Agathiae Guidacerii*, quem refert *Wolfius* Vol. II. pag. 608. inter Grammaticos Hebr. ex Christianis; sed hanc edi-

editionem reticet, quae prima fuit; eam enim Auditoribus fuis, (erat enim Parifiis Sacrae Theologiae Regius Profeffor) ftudiofifque omnibus, dicat Epiftola, data Parifiis Kal. Novembris *M. D. XXXVI.*

Cod. Hebr.-Lat. impr. ut fupra in 8.

CODEX XXIII.

דקדוק

GRAMMATICA.

„ 33. EROtemata impr. in 12. Latine.
„ *Langius.*

„ XXIII. (Signatus n. XXII.) Linguae Sanctae.
„ Erotemata, quibus accedit, Veterum de
„ Chrifto iudicium, & Catalogus Librorum
„ editorum in lingua Hebr. Chald. Arab.
„ Aethiop. Graeca & Latina Michaëlis Saar-
„ nienfis. [l. Soravienfis] Cod. impr. Bafileae.
in 8. *Catal. Montf. ex autogr.*

Codicis huius interior titulus hic eft. *Sanctae Linguae Hebraeae Erotemata: quorum feriem verfa pagina reperies. Omnia vero ita abfoluta brevitate, facilique ordine tractata, ut non modo tyrones Grammaticae Hebraeae praecepta inde nullo cum negocio intra paucas feptimanas addifcere poffint; fed etiam perfectiores iam, ibidem inveniant, quod ipfos iuvare queat. Acceſſerunt ad finem dicta veterum Rabinorum de IESV MESSIA, Mundi Salvatore. Item Catalogus librorum quorundam praecipuorum in lingua Hebraea, Chaldaea, Aethiopica, Arabica, Graeca, & Latina. Omnia in gratiam Studioforum linguae Sanctae* a Michaële Meandro *Soravienfe edita.* Bafileae *apud* Ioannem Oporinum. Hoc Opufculum infcribitur *Clariffimis, atque Ampliffimis Viris, virtute, atque prudentia praeftantibus,* D. Praefecto, *ac* Senatoribus *in inclyta* Vratislavia, *fuis Dominis atque Patronis, perpetua obfervantia colendiffimis:* quae Epiftola data fuit *E ludo Monafterii Ilfeldenfis, anno a nato Chrifto* 1556. *in ipfo die gloriofiffimae Refurrectionis filii Dei, Domini Noftri Iefu Chrifti, Salvatoris piorum omnium unici.* Dicta veterum Rabinorum, & alia, quae in titulo fuperius adlato indicantur, incipiunt a pagina 198. & procedunt ufque ad pagin. 293. ubi hoc Opufculum explicit. Haec Grammatica memoratur a *Wolfio* Vol. II. pag. 613.

Cod. Hebr.-Lat. chart. impr. ubi fupra in 8.



PLV-

PLVTEI LXXXVIII. PARS POSTERIOR

QUAE CONTINET CODICES XXXIV.

Omnes Hebraicos praeter unum Graecum. Sunt etiam, tribus exceptis, reliqui omnes MSS. atque enumerationem Anterioris Partis sequuntur.

CODEX XXIV.

ספר אותות השמים

METHEORA ARISTOTELIS.

„ 24. Liber Meteoron Aristotel. ex Arabic. transl. MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ xxiv. ספר אותות השמים Liber Metheororum Aristotelis, cum Commentario Averrois. Cod. „ MS. Hebr. optimae notae, nitidissime scri„ ptus in pergameno in fol. parvo. [erravit Auctor, ut videbitur infra] „ In fine le„ gitur: *Explicit interpretatio Tractatus quar„ ti ex libro Metheororum Caeli, Philosophi Ari„ stotelis, cum quo explicit eiusd. de hac mate„ ria Liber, die 12. mensis Tamuz anno nongente„ simo septuagesimo quinti millenarii a Creatione* „ (C.1210.) *super aquas; quum ab urbe* Alexan„ dria *Aegypti navigarem inter duas insulas*, „ Lampadosam & Pantalariam. *Deus propter* „ *misericordiam suam ad nostras nos reducat* „ *domos. Amen*. Sequitur Liber de *Sensu* & „ *Sensili*, seu *Sensibili*, Compendium *Aver„ rois*, & illud transtulit ex lingua *Agar* in „ linguam *Heber* sapiens R. Philosophus *Sa„ muel* fil. *Iudae* Hispanus fil. *Tabbun* anno „ post millesimum quintum decimo quarto in „ Neomenia Tamuz. Cod. optimae notae in „ pergameno, nitidissime scriptus in fol. par„ vo. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

I. p. 1. ספר אותות השמים Sepher Othòth asciamàim. *Liber Signorum Caelestium*. Liber hic translatus fuit ex Arabico in Hebraicum a R. *Samuele* ben *Iuda* aben *Tibbon*: Deque eo mentionem facit *Bartoloccius* Tom. IV. p. 393. his verbis: „ Vertit ex Arabico in „ Hebraicum sequentes Libros', videlicet: „ *Aben Rasciad* (sc. *Averroëm*) de Physico „ audito, de Caelo & Mundo, de Genera„ tione & Corruptione, de Anima, dè Sen„ su & Sensibili, &c. Librum inscriptum „ אותות השמים *Othòth Asciamàim, Signa Cae„ li*. Est Tractatus de Meteoris, compila„ tus ex Operibus Aristotelis, divisus in „ quatuor Partes. Extat apud me MS. in 8. „ In fine dicitur quod fuerit scriptus a *Mar„ dochaeo* ben *Danielis Medici* an. 522. min. „ supput. Chr. 762. quod alienum a veritate videtur; nam si *Wolfio* credendum est. „ *R. Samuel* supradictus „ saeculo xiii. floruit, ut legitur Vol. I. pag. 1098. Hoc opus in duas Partes dividitur: in quarum prima Capp. xix. agitur de Elementis, Terra, Mari, Vaporibus, &c. in secunda capp. xi. agitur de Homine, & Animantibus. Inc. השער הראשון בהויות def. ולהופיע אתחמודותיו

II. p. 74. חכמת הטבע בנפש וכחותיה ומפעליה Chochmàth attevañg bannephesc vecochothèa umiphñgalèa. *Scientia naturalis Animae, ipsius potentiarum & operationum*. Forte est idem liber, qui inscribitur ספר מהות הנפש Sepher muath annephesc. *Liber de Essentia Animae*, & ex Aristotele in Arabicum versus, & ex ea lingua in Hebraicam, Interprete eodem *R. Samuele* aben *Tibbon*. Item haec versio citatur a *Bartoloccio* l. c. ubi tamen eius Auctorem facit *Averroëm*. At idem *Bartoloccius* T. I. p. 5. hoc opus sub hoc nostro titulo tribuit *Abunassàr Alpharabi*: ubi addit „ ab *Anonymo* He„ braice translatus. Habetur MS. in Bibl. Pat. „ papyr. in 4. Inc. בקראם האדם def. incomplete p. 142. *b.* כי ידוע

III. p. 144. *Libri Signorum Caelestium ex Aristotele, Pars IV. Interprete R. Samuele* ben *Tibbon*. Inc. בעבור שהקדמנו def. מן ההויות. Ad huius partis calcem legitur Interpretis colophon, superius in *Catal. Montfaucon.* relatus, qui incipit: *Explicit Interpretatio Tractatus quarti* &c.

IV. p. 182. ספר החוש והמוחש Sepher achusc veamuchàsc. *Liber de Sensu & Sensibili*. Auct. *Aristotele*, & in compendium redactus ab Interp. *R. Samuele* ben *Tibbon*. Inc. בעבור def. הזמן וטורח Abbreviatus anno 5014. (Chr. 1254.) mense Tamuz, (i. *Iunii*) ut item in colophone dicitur, ubi

ubi titulus reperitur, ut supra. *Bartoloccius* T. I. p. 481. ait, hunc Librum, seu Tractatum reperiri impressum *Venetiis*, coniunctum Commentario *R. Levi* ben *Gersonis*.

Cod. Hebr. non in pergameno, sed bombycinus, MS. charact. Rabbinico, nec quidem nitidissime, ut in *Catal. Montfauc.* asseritur, sed vulgari scriptura, saec. circiter xv. in 4. Constat foliis 206. inter quae folia 76. 77. 78. 79. superne circa marginem discissa sunt; & folium 181. vacuum est.

CODEX XXV.

ספר המדות

ETHICA ARISTOTELIS.

„ 25. Eiusdem Ethica ad Nicomachum. „ Platonis de Republica. Albuma-„ sar Alpharabi de Intellectu. De Anima. „ MS. nitid. in fol. Hebr. *Langius*.

„ xxv. ספר המדות Libri Magnorum Mo-„ ralium Aristotelis, cum Commentariis A-„ verrois. In eodem Volumine Libri Plato-„ nis de Republica, cum Commentario Abu „ Nassar Alpharabi, quibus nectitur brevis „ Dissertatio de Speciebus Animae. Cod. ni-„ tidissime scriptus in folio parvo. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

I. p. 1. ספר ניקומאכיא והוא ספר המדות באור המאמר הראשון Sepher Nicomachia, veù sepher ammiddòth Biùr amamàr arisciòn. *Liber ad Nicomachum*, (idest *Liber Ethicorum*). *Commentarius in Librum primum* Eo quod Aristotelis Libri Ethicorum ad Nicomachum inscribantur Graece Ἀριστοτέλους Ἠθικῶν Νικομαχείων. βιβλία i. *Aristotelis Ethicorum Nicomachicorum*; *Libri X.* hinc puto, apud Arabes primum, deinde apud Hebraeos illos Libros appellatos fuisse *Nicomachia* pro *Nicomachicos*. Codex hic noster non habet Aristotelis Textum, sed Expositionem tantum in x. ipsius Philosophi Ethicorum Libros. quae in *Catal. Montfauc.* dicitur esse *Averrois*. *Bartoloccius* autem T. I. p. 481. & ex eo *Wolfius* Vol. I. p. 221. asserunt illud Opus commentatum fuisse *R. Ioseph* fil. *R. Scem Tov*: ex interpretatione Don *Meir*, Medici Regis Castiliae, facta A. M. 5165 (Christi 1405.) At haec nostra Expositio nequit eadem esse; quum Codex hic anterior sit saec. xv. ut infra videbitur. Inc. אמר שכל מלאכה def. ברוך הנותן ליעף כח אמן

II p. 100. באור בן רשד לספר הנהגת המדינה לאפלאטון Biùr ben Rasciàd lesepher Annagàth Ammedinnà leaplatòn. *Commentarius Averrois in Librum Platonis de Republica*. Inc. ופעלתלם הכונה בזה המאמר def. לפניכם Deinde interpres excusationem suam adnectit, in qua dicit, se adortum esse hanc translationem mense Chislev, [i. Novembris] anno 81. sexti millenarii, quod est [C. 1321.] & explesse mense Tamuz (sc. Iunii) anno 82. (Chr. 1322.) Et hoc Opus translatum fuisse e Graeco in Arabicum ab *Averroë*, & ex Arabico in Hebraicum a se, scilicet *Samuele* fil. *Iudae*, fil. *Mesciullàm*, fil. *Isaac*, fil. *Salomonis Massiliense*, dum esset detentus in carcere in urbe *Vtinae* in Turri *Balchieri*. Veniam postulat, quod non potuerit conferre cum doctis Christianis quae ex Arabico transtulit: ac promittit, si aliquando libertatem receperit, se velle corrigere ea omnia, in quibus dubitat se errasse; quum Philosophos deceat in scientiarum studiis veritatem inquirere, ut ad plenam ipsarum agnitionem perveniatur. Quum id totum aliquanto diffusius sit, illud characteribus Hebraicis exhibere praetermisi: id enim satis est, ad novi huius interpretis notitiam publicandam.

III. p. 139. מאמר אבונצר אלפראבי בשכל ובמושכל Maamàr Abunatzàr Alpharabi bassechel uvamuschàl. *Tractatus Abunatzar Alpharabi de Intellectu, & intelligibili*. Auctor hic, omnium Arabum Philosophorum facile princeps, ut ait *Bartoloccius* T. I. p. 5. & qui saeculo x declinante floruit, sicut ex *Wolfio* Vol. I. p. 7. n. 19. deprehenditur, hoc Opusculum elucubravit, quod utrique Hebraicorum Librorum Bibliographo ignotum fuit. Inc. שם השכל def. יוצא מכונתנו הנה

IV. p. 143. *b. Dissertatiuncula de Anima, iuxta Pythagorae, & Platonis sententiam*. Inc. אמר ראו המון def. נשלמה בזמנם

V. p. 144. *b.* קיצור באור הבדל חלקי הנפש והלוקם Chitzùr biùr Evdèl chelchè annephesc vechillucàm. *Compendium Expositionis distinctionis partium Animae, earumque divisionum*: idque ex Parte II. Libri Aristotelis *de Anima*. Auctor est *Anonymus*. Inc. וכן כונת הרכבן זל def. חלקי הנפש

Cod Hebr. membr. MS. nitidissimus charactere Rabbinico saec. xiv. in 4. Constat foliis 146.

CODEX XXVI.

חלק ז׳ סיני

PARS AVICENNAE.

„ 26. Pars Avicennae ex Arab. trad. MS „ in fol. Hebr. *Langius*.

„ xxvi. חלק ז׳ סינא Pars Avicennae. Ti-„ tulus falsus. Est Tractatus Medicus Ano-„ nymi, decerptus ex Canone Avicennae. „ Huic nectitur Libellus שערי צדק Portae „ Iustitiae. De conjugali convictu. Codex di-

„ diligentissime exaratus in pergameno in fol. „ parvo. *Catal. Montf. ex autogr.*

In hoc Codice Continentur quae sequuntur.

I. p. 1. *Tractatus de Scientia Medicinae*, Auctore *Anonymo*. Inc. אמר המחבר אמר והשני לשמרם def. השר אבן עלי אבן סינא

II. p. 80. Commentarius in praecedentem Tractatum, Auctore *Anonymo*. Inc. אומר שהרפואה. Finis desideratur. Dubium est, an haec Expositio unita procedat usque ad p. 90. *a.* nam pagg. 83 *b.* & 84. *a.* vacuae sunt: neque mihi otium fuit expendere, an quae sequuntur concordent. Def. tamen הלמוד החמשי

III. p. 91. שערי הצדק Sciañgarè atzedech. *Portae Iustitiae.* Continet Institutionem pro ducenda uxore, VI. Capitibus comprehensam. Auct. *Anonymo*. Diversum est hoc Opusculum ab iis, quae sub eodem titulo supra pag. *66.* descripsi: adeoque ignotum adhuc ipsum fuisse aliis Hebraicis Bibliographis existimo. Post brevem Praefationem, inc. דע אחי def. שם שמים deinde in sequenti pagina ponitur Regula quaedam adhibenda a coniugatis circa usum ciborum: & Oratio ad Deum pro bona prole suscipienda.

Cod. Hebr. chart. & membr. (cuiuslibet enim quaternionis primum, & ultimum folium membranaceum est) MS. charact. Rabbinico eleganti, saec. circiter XV. Constat foliis 95 inter quae folium 73. *b.* 79. 83. *b.* & 84. *a.* scriptura carent. in 4. mai.

CODEX XXVII.

ן סיני

AVICENNA.

„ 27. Eiusdem aliquot Libri. MS. 4. Hebr „ *Langius.*

XXVII. Epitome Libri primi Canonis *Avi-* „ *cennae*, usque ad caput XXXI. accurate scri- „ ptus in chart. bombyc. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

Canon Avicennae, ex Arabico in Hebraicum conversus, Interprete *Anonymo*. Dividitur in Tractatus IV. quorum Liber hic eo quod primus sit quinque Librorum eiusdem Auctoris: quorum in primo folio habetur Index, sic inscribitur הספר הראשון בעניינים הכוללים בחכמת הרפואה Asepher Arisciòn benginianìm accolelìm bechochmàth arrephuàh. *Liber Primus. Sententiae Universales Scientiae Medicinae.* Hic Codex, Librum hunc tantum continet, qui in quatuor Tractatus dividitur. Agitur in Primo de Definitione Medicinae, deque eius essentia: in Secundo de distinctione Infirmitatum, ac de ipsarum Causis & Accidentibus: in Tertio, de Salutis conservatione: in Quarto demum capp. XXXI. de Diversitate Formularum in conficiendis Medicamentis. Inc. אמר שהרפואה def. בתרופות הנפרדות Deinde Amanuensis testatur, se complesse hunc Librum Canonis Avicennae in civitate *Arbonae* die 22. Elule (i. *Augusti*) anno 4249. (Chr. 489.) at numerus primus videtur repositus, quum quaedam abrasio appareat; quare prius scriptum fuisse 5249. autumo (quod esset Christi 1489.

Cod. Hebr. Chart. & membr. (primum enim, & ultimum folium cuiuslibet quaternionis membranaceus est, ut in aliis Codd. factum vidimus) MS. charact. Rabbinico, saec. XV. in 4. min. Constat foliis 189. folium namque 67. dupliciter ob incuriam enumeratum fuit.

CODEX XXVIII.

ספר מספרים

ARITHMETICAE.

„ 28. Arithmetica vulgaris, & sexagena- „ ria. Alius tractatus Arithmeti- „ ticus Iacobi filii Machor. Geometrica & „ Astronomica Abraham filii Chaìm Hispa- „ ni. De Astrolabio iuxta Ptolemaeum. MS. „ omnia nitide in 4. Hebr. *Langius.*

„ XXVIII. ספר מספרים De Arithmetica „ Liber singularis, quem alter excipit de A- „ stronomia R. Iacob ben Machìr ben Tab- „ bun Naharai. Item ספר צורת הארץ Fi- „ gura Terrae. Tractatus Geographicus A- „ brahami bar Chia Hispani. Ad haec ספר „ חשבון המהלכות Ephemerides Abràhami. „ Geographia Alphagrani, in Epitomen, con- „ tracta a Iacob ben R. Aba. מעשה כלי „ האצטרולב De Astrolabio Libri duo. Tra- „ ctatus de Sphaerà R. Isaak ben Israël ex „ Arabico in Hebraicum conversus a Isahak „ fil. Salomonis ben Israël. Codex bonus in „ pergameno nitide scriptus. Principium, & „ finis desiderantur. in fol. parvo. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Opuscula XIII. Arithmetica, Geometrica, & Astronomica complectitur hic Codex: quorum series haec est.

I. p. 1. ספר מספרים Sepher mesepherìm. *Liber de Arithmetica.* Dividitur in VII. Tractatus: initio tamen caret, at incipit circa medium secundi Tractatus ab his verbis: לפי שהוא דביעי def. שברי מרובע המבוקש Auctor est *Anonymus.*

II. p. 49. ספר התכונה Sepher atthechunà. *Liber Astronomiae*, Auctore *R. Iacob* ben *Machir*

chìr ben *Tabbun Haarari*. Hoc opus in xvi. Tractatus dividitur: in quorum ultimo agitur de ratione conficiendi quadrantem. *Bartoloccius* Tom. III. p. 859. & *Wolfius* Vol. I. p. 606. iudicant hoc unum opus, eſſe duo: atque adeo ſeparatim ea referunt; titulumque ſecundo praefigunt: רבע ישראל Rovañg Iſrael. *Quadrans Iſraëlis*. Videant Eruditi. Noſter Liber, poſt Tractatuum Elenchum inc. לפי שחכמת התכונה def. כי שם הוא מקומו

III. p. 74. 2.ª Tractatus alter *de Quadrante*. Auct. *Vita Chaiim*. Inc. בראותי אני חיים def. לנקדת כ׳

IV. p. 79. ספר צורת הארץ Sepher Zuràtha ares. *Liber Figurae Terrae*, Auct. *R. Abraham* ben *R. Chiia*. V. *Bartoloccium* T. I. p. 24. ſeq. & *Wolfium* Vol. I. p. 51. ſeq. ubi nominantur MSS. at noſter utrique ignotus fuit. Inc. Praef. ברוך יי אלהי ישראל Opus vero כל החכמים def. תלוי בדברי תורה

V. p. 145. *b.* ספר חשבון המהלכות Sepher Chasbòn ammalachòth. *Liber ſupputationis Itinerum*, ſc. *Sphaerarum*, Auctore eodem *Abrahamo* ben *Chiia*. Hiſpano, diſcipulo *R. Moſis Haddarſchan*: & floruit A. C. 1105. fuitque inſignis Aſtronomus, atque praegrande opus elucubravit *de Rebus Aſtronomicis*, praefixitque ei titulum ס׳ על חשבון העיבור Sepher ñgal chesbòn añgibbur. *Liber Supputationis Emboliſmorum*, de quo V. *Bartoloccium* T. 1. p. 25. n. 2. & *Wolfium* Vol I. p. 53. ñ. 4. Forte noſtrum eſt Pars quaedam illius magni Operis, quod in tres partes diviſum dicitur: ac dubitandi locus patet ſit ne noſtra Pars integra, an Pars partis. Qualiſcumque ea ſit, in Tractatus xx. dividitur, & habet Scholia quaedam ad marginem. Alterum huius operis exemplar reperies infra in Cod. XXX. num. vi. Inc. Praef. אני מתחיל Opus כבר ידעת כאן def. והחתמתי את דברי

VI. p. 222. ספר אלפרגני Sepher Alphargani. *Liber Alphargani* „ *Alphraganus* „ *Arabs*. [& haec ex *Bartoloccio* T. I. p. 367.] „ *De Elementis Aſtronomicis, & Caelorum motu*, ex lingua Arabica in Hebraicam vertitur a *R. Ioſepho* bar *Samſonis* אנטולי *Antolì*., menſe זיו Ziu, *Maio*, anno Mundi 5040. Chriſti 1280. Dividitur in 32. „ Partes, ſive Tractatus. Reperitur MS. in „ Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. *Wolfius* vero Vol. I. p. 194. addit Libri titulum peculiarem, ſc. יסודות התכונה *De Elementis Aſtronomicis & Motu Coelorum*: & Interpretis nomen aliquantum immutat, dicens *R. Ioſeph* bar *Simſon Arntolì*. Enumerat etiam praeter Vaticanum Cod., etiam alios MSS. atque Latinas verſiones duas impreſſas, quarum ſecunda edita fuit, una cum textu Arabico, & notis *Iac. Golii*, *Amſtelod.* 1669. 4. V. etiam eundem *Wolfium* Vol. III. p. 125. ſeq. In noſtro Codice habetur primo loco brevis Introductio, quam ſequitur Index xxxii. Partium, ſeu Tractatuum, deinde Inc. Opus די למבין def. in fine p. 266. *b.* חדשי הערביים

VII. p. 267. Caput Menſurae. Incerto Auctore. Inc. שער בהתחלפות הימים והלילות def. ובמקרם המזרחי

VIII. p. 269. Tractatus de ratione dignoſcendi tempus Coniunctionis duorum Luminarium caeleſtium. Auct. *Anonymo*. Inc. בעת ההיא בעה def. הרוצה לדעת

IX. p. 273. מעשה כלי האצטורלב Mañgaſſè chelì Aaſtorlab. *Opus Inſtrumenti Aſtrolabii*. Auct. *Anonymo*. Inc. ראוי לעשות להשלים המלאכה def. תחלה

X. p. 286. מעשה כלי ההבטה הנקרא אצטורלב והוא לבטלמיוס לשבעה אקלימים Mañgaſsè chelì aabithà annicrà Aſtorlab. vehù li-Btholomeios leſciuñga eclimìm. *Opificium Inſtrumenti ad perſpiciendum, nuncupati Aſtrolabii, ex Ptolemaeo pro VII. Climatibus*. Auct. *Anonymo*. Inc. ברצה לעשות def. יתבאר הענין באמתו

XI. p. 297. ביאור כלי האצטורלב לחכם בטלמיוס Biùr chelì Aaſtorlàb le-Chacam Btolemios. *Explicatio Inſtrumenti Aſtrolabii Doctoris Ptolemaei*. Hoc Opus dividitur in xl. capita, quorum Index ponitur in principio; deeſt tamen caput penultimum. Inc. p. 198 תחלת זה def. ad caput pag. 315. לשנה ההיא

XII. q. 315. Modus conficiendi inſtrumentum aereum, ſc. Aſtrolabii. Auct. forte *Aben Ezra*, cui ad caput Scriptor precatur auxilium a Deo. Inc. אין כח def. בין שני הסימנים ſed finis deſideratur.

XIII. p. 323. יסוד עולם Iesòd Ñgolàm. *Fundamentum Mundi*. Compendium eſt Operis magni *R. Iſaac* fil. *Ioſeph*, *Iſraelitae* nuncupati. In xii. capita diviſum. Aſtronomica tractat, cum figuris. V. *Wolfium* Vol. I. p. 663. & ſeqq. Hoc vero Compendium una cum verſione ex Arabico in Hebraicum elucubratum fuit ab *Iſaac* fil. *Salomonis* fil. *Iſrael*. Inc. דע כי def. והקלה חלקים Exaratum fuit alia manu, ac reliquus Codex.

Cod. Hebr. membr. MS. charact. Rabbinico ſaec. circiter xv. admodum diligenter, in 4. min. Conſtat foliis 330.

CODEX XXIX.

ספר רפואה

LIBER MEDICINAE.

„ 29. DE Medicina, Moſis filii Abor. MS. „ 4. Hebr. Cod. bonus. *Langius*.

„ xxix. ספר רפואה Tractatus Medicus Philoſophi Moyſis ben Habedallah Cordubenſis, ab Auctore Arabice ſcriptus, in Hebraicum Sermonem converſus eſt a *Moyſe ben Tabbun*, ut indicat nota Amanuenſis: „ ex qua diſcimus, Auctorem eſſe *Moyſen Maimo-*

„ *monidem*, qui se filium *Habid Hallab*, sc. „ *servorum Dei* appellat. Huic nectitur Tractatus de Venenis eiusdem Maimonidis, eodem *Moyse* ben *Tabbun*, fil. *Samuelis* Interprete. Cod. bonus in 4. in pergameno, „ nitide & eleganter scriptus. *Catal. Montf. ex autogr.*

I. p. 1. ספר רפואה Sepher Rephuà. *Liber Medicinae*. Auct. *Moyse Habed Allah* [i. Servo Dei] *Cordubensi*: quod cognomen desumtum fuit ex v. 20. Cap. VI. *Danielis*. Nomen autem proprium est *Moyses* fil. *Maimonidis Cordubensis*, ut ad calcem legitur. Hoc Opus dividitur in Tractatus XXV. quorum Index habetur in principio post Praefationem: Elaboratus vero est hic Liber super *Galeni* Operibus. Inc. Praef. הרבה בני ארם Opus vero העצבים def. לא דבר אחר

II. p. 135. *b.* Tractatus de ratione evitandi venena, & de remediis contra eadem. Auct. eod. *Moise*, & ipsum elucubravit in Aegypto an. Aerae Hegirae 595. (Chr. 1217.) deinde ex Arabico in Hebraicum conversus fuit a *R. Moise* fil. *R. Samuel*, fil. *Iudae Tibon*. Inc. כבר התפרסם def. בעה ית וית

Cod. Hebr. chart. & membr. sicut praecedens Cod. XXVII. MS. charact. Rabbinico perdiligente, saec. circiter XV. in 4. Constat foliis 146.

CODEX XXX.

ספר לעשות המולדות

MOTVS LVNAE.

„ 30. R. Immanuel filii Iacob, de Annis, „ Mensibus, Motu Solis, & Lunae, „ cum Tabulis Astronomicis R. Abraham filii Chaim Philosophica Mathematico-Physica, nitide. De Circulo & Lineis ei inscriptis, seu de Trigonometria. MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ XXX. Tabulae Astronomicae *Emmanuelis* „ bar *Iabakob*, qui *Babal Hachenaphim*, i. *Auctor Tabularum*. κατ' ἐξοχὴν apud suos audit, ex Ptolemaeo, & Albatenio. Sequuntur Ephemerides *Abraham* ben *Haia* Hispani. Cod. membran. nitid. in 4. *Catal. Montfauc. ex autogr.*

Titulus exterior ספר לעשות המולדות Sepher laiigasòth ammoladòth. *Liber ad constituenda Novilunia*. At in eo continentur, quae sequuntur, videlicet.

I. p 1. *b.* Tabula rotunda, qua demonstratur illuminatio Lunae, a Sole facta, secundum cursum XXX. dierum, sc. unius mensis, quolibet die immutata. In sequenti p. 2. *a.* duae Tabulae delineatae sunt, repraesentantes Eclipses Solis & Lunae: & in quatuor ulterioribus pagg. habentur Regulae quaedam medicinales; quae omnia sunt varia manu exarata.

II. p. 4. *b.* כנפי נשרים Canphè Nesciarìm, *Alae Aquilarum*. Auctor, qui est *R. Emmanuel ben Iacob*, sic denominavit hunc suum libellum, quem XLV. Tabulis Astronomicis praemisit, eumque sic appellavit, eo quod in sex alas Aquilarum diviserit; exindeque ipsemet cognomen sibi acquisierit, sc. *Auctoris Alarum*, h. e. *Alarum Aquilae*, ut arguitur ex titulo, quem ex *Plantavitio* n. 274. refert *Wolfius* Vol. I. pag. 950. n. 1792. & est לוחות בעל הכנפים Luchòth baiigal achenaphim. *Tabulae Auctoris Alarum*, scilicet *Aquilarum*. Videndus item idem Auctor Vol. III. pag. 877. & Vol. IV. pag. 940. num. eodem. Ibi locum affert *R. Immanuelis*, in quo rationem reddit, quare suo libello huiusmodi nomen imposuerit; ait enim „ se Tabu- „ las illas sex elaborasse, & vocasse *Sex A-* „ *las* ob brevitatem & facilitatem operis, „ quae tanta sit, ut vel puer earum ope „ rem discere, & volare quasi possit. In „ antecedentibus Calendarium suum adeo ac- „ curatum, & artis plenum esse contendit, „ ut ceteris omnibus anteferri mereatur. Ibi ipse *Wolf.* nostrum hunc Cod. enunciat, ex *Langii* recensione superius adlata. Post Rhythmum in laudem Operis, & Praefationem inc. p. 6. v. 6. כשתרצה לדעת def. p. 8. עניין הכנף הששי adnectuntur Tabulae supra memoratae.

III. p. 29. Explicatio duarum Tabularum Astronomicarum, quae ibi subiiciuntur. Auct. eodem R. *Emanuele*.

IV. p. 29. *b.* Regula ad dignoscendos motus Solis & Lunae, secundum *Ptolemaei*, & *Albathenii* sententiam. Auct. eodem *R. Emanuele*, qui tamen dicit supradictos Auctores confecisse tantum Tabulas circa Solis & Lunae motum; se vero addidisse alias de motu Stellarum errantium. Inc. ראה ראיתי def. in p. 36. *b.* ששה מזלות Sequuntur aliae quatuor Tabulae geometricae cum suis explicationibus.

V. p. 39. Tabulae LXVI. in praecedenti articulo enunciatae, diligenter & nitide atramento ac minio exscriptae. Auct. eodem. Titulus Tabulae I. hic est לוח מהלך שבתי לבטלמיים ללמודי ר׳ עמנואל בן יעקב In aliquibus Tabulis pro לבטלמיום legitur לאלבתני i. *Albathensi*.

VI. p. 71. *b.* ספר חשבון המהלכות Sepher Chescbòn ammalachòth. *Liber supputationis itinerum*, sc. *sphaerarum*. Auctore *R. Abraham* ben *Chiia*. Idem opus est, ac recensuimus supra in Cod. XXVIII. num. V. ubi vide.

VII. p. 114. פנים במשפט Panìm bamiscpàth. *Facies in iudicio*. Libellum sub hoc titulo *Wolfius* refert Vol. I. p. 1033. eumque tribuit *R. Salomoni* ben *Abraham Avigador*: dicitque, esse opus Astronomicum. Alterum Librum eiusdem tituli innuit *Bartoloccius*

Tom II. p. 859. eiusque interpres dicitur esse *Todros Theodorus* ben *Mesciullàm* ben *David Todròs*, qui eum ex Arabico *Abù Ismaelis Pharabì* in Hebraicum transtulit; ac in eo comprehendi LX. parvos Tractatus Philosophicos ad mentem Aristotelis. In hoc nostro, qui tantum initium habet, Auctor nuncupatur *Magister Ranellus de Bellanova*, seu *Villanova*.

VIII. p. 115. *b.* מופתי כלי ההכטה Mophetè Chelì haabbathà. *Demonstratio Instrumenti Astrolabii*. Auctore *Ptolomaeo*. At ultimum caput adiunctum fuit ab *Abbò Alchasàm* e *Salma* fil. *Achmeth*. Inc. אחר שהוא אפשר מן הכתוב בלוחות des. Opusculum est pluribus figuris geometricis, probe delineatis, refertum.

IX. p. 125. *b.* ראשית חכמה Resçith Cochmà. *Initium Sapientiae*. Liber Astronomicus in x. Tractatus divisus: quorum tamen heic duo primi tantummodo habentur. Inc. הגלגל נחלק des. incomplete, ut dictum est, his verbis זנב הדוב הקטן Ad caput pag. 135. *b*, post libri titulum, qui unicuique paginae praefigitur, legitur *Aben Ezra* eodem charactere Rabbinico. Videtur *Wolfius* indicasse hoc Opusculum inter Opera *Aben Ezrae* Vol I. p. 83. n. 2. ubi de Libro ipsius ספר המאורות sive *de Luminaribus*, & *Diebus Criticis* verba facit: & Codicem, in nostra Bibliotheca exstantem, ex *Langii* Catalogo refert.

Cod. Hebr. membr. MS charact. Rabbinico elegante, saec. circiter xv. in 4. Constat foliis 141. Huic ultimae pag. adfixa est Tabula rotunda cum duobus circulis versatilibus, altero inferius, superius altero, movendis circa planisphaerium cum suis gradibus, ad dignoscendum Lunae incrementum & decrementum.

CODEX XXXI.

כונות הפלוסופים

PHILOSOPHIA ALGAZELIS.

„ 31. Albucamar (qui Algazel dicitur) „ varia Philosophica, Logica, Phy„ sica, Mathematica &c. cum Scholiis MSS. „ fol. Hebr. *Langius*.

„ xxxi. כונות הפילוסופים Opiniones Phi„ losophorum *Abu Achmad Algazeli*. Sequi„ tur Disputatio de ultimo fine hominis, e„ iusque Beatitudine, Auctore *Abu-Lualid*, „ Interprete *Moyse* fil. *Iosue*. Codex in fol. „ parvo scriptus eleganter in charta bombyc. *Catal. Montf. ex autogr.*

I p. 1. כונות הפילוסופים Gavanòt appilosophìm. *Opiniones Philosophorum*. Hunc librum indicat *Bartoloccius* T. I. p. 3. col. 1. tali pacto: „ Scripsit (i. *Abu Achmad Algozalì Arabs*, „ de quo in p. 2.) alium librum *De opinio*„ *nibus Philosophorum*, circa diversas res na„ turales. Hunc in Hebraicam linguam tran„ stulit *R. Isaac* אלבלג *Albalàgh* A. M. 5067. „ Chr. 1307. qui & notas illi addidit. Asser„ vatur MS. in Biblioth. Vatic. papyr. in 4. eadem & *Wolfius* Vol. I. p. 3. n. 3. at varios in ipsum Commentarios addit; & Vol. III. n. vi. pag. 2. ad caput, subiungit; „ Aucto„ ris nomen efferendum esse per *Alguazil*, „ quod nomen sit officii & dignitatis, & *Iu*„ *stitiarium* inferat. Vide etiam Vol. IV. pag. 745. num. vi. Verum nostrum hoc opus, quod in hoc Cod. adservatur, Tractatus Philosophicus est ex Aristotele in Arabicum versus ab *Abù Chamad Algualì*, & exinde in Hebraicum translatus, Interpr. *Anonymo*, cum Commentario Magistri *Vitalis Blasòm*. In fine enim legitur ופה נשלם ספר כונות הפלוסופים אשר למעולה היקר אבוחמד אלגואלי עם פרישת החכם הכולל מאישטרי וידלי בלשום *Et heic explicit Liber Intentionum Philosophorum insignis & nobilis* Abu Chamad Algualì, *cum Commentario Doctoris universalis, Magistri* Vitalis Balsòm, *vel* Blasòm. *Dividitur autem in tres partes*: in quarum I. agitur *de Logica*; in II. *de Scientia Divina*; in III. *de Scientia Naturali*. Initio caret; forte primum tantum folium desideratur; inc. tamen ab his verbis, prope Praefationis finem מה אמר הקדמה בהצעת היה נכסף Inc Tract. des. in p. 88. *b.* למען חסרו אמן. Post haec legitur Amanuensis subscriptio, sc. ופה נשלם ספר כונות הפלוסופים אשר למעולה היקר אבוחמ אלגואלי עם פרישת החכם הכולל מאישטרי וידלי בלשום *Explicit Liber opinionum Philosophorum Excelsi & nobilis* Abu Chamad Alguali, *cum Commentario Doctoris Universalis Magistri* Vitalis Blasòm. Ultra Commentarium infra textum exaratum, alter Commentarius, seu Scholia admodum copiosa habentur circum circa in margine.

II. p. 89. Tractatus *de Intellectu*, sc. *De ipsius potentia materiali*, quem Tractatum promisit Aristoteles in Libro *De Anima*, sed non ipsum deinde elucubravit; adeoque Auctor qui *Abu Lualid* se nominat Arabice, ipsum adiecit: & *R. Moises* ben *Iosue Isai* ben *David Narbonensis* Hebraicum reddidit. Commentario quoque Incerti Auctoris nostrum hoc exemplar circum circa marginem est adornatum. Inc. Praef. Interpr. אמר משה בן יהושע ישי עמהן בן מ״ר דוד הנרבני Operis autem initium est אמר השופט המיוחד אבו לוליד ב״ר הכונה בזולת זה המקום בזה des.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbin. eleganti, saec. circiter xv. in 4. mai. Constat foliis 97.

C O-

CODEX XXXII.

ספר מהגיון

LOGICA.

„ 32. ORganum Aristotelis Hebr. Tractatus Logicus cuiusdam Abrahami „ MS. 5235. 4. Hebr. *Langius*.

„ xxxii. ספר מהגיון Organum Aristotelis. „ Eiusdem Libri de Interpretatione, & A„ nalytica. Cod. bonus, scriptus Ferrariae a „ quodam *Abrahamo Parisol* an. 333. post „ millesimum quintum a Creatione, in per„ gameno in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

Praeter tres Aristotelis Philosophicos Libros, ab aliis praecedentibus nostris Bibliographis indicatos in hoc Codice, alii duo recensendi supersunt, unaque cum aliis exactiori methodo describendi. Itaque

I. p. 1. *b*. ספר המבוא Sepher Ammavò. *Liber Introductionis*, sc. in Philosophiam. Sub hoc Titulo intelligitur Dialectica, quam alio modo Aristoteles appellavit ὄργανον ὀργάνων. *Instrumentum Instrumentorum*. Verum libellus hic non est Liber *Introductionis* ab Aritotele elucubratus; sed est Commentarius *Averrois*, in Compendium illius Libri a *Porphyrio* redactum: qui Commentarius sicuti & omnes sequentes, qui sunt omnes eiusdem *Averrois*, ex Arabico in Hebraicum translati fuerunt a *R. Iacob* filio *R. Simeonis Antoli*, de quo loquitur *Bartoloccius* Tom. III. p. 867. ubi Patris nomen שמשון interpretatur *Samson*, & *Wolf.* Vol. I. p. 618. *Simson*; at in nostro Cod. quum legatur שמעון hoc nomen efferendum est *Simeon*. De his versionibus nulla nominatur ab utroque ex dictis Bibliographis, praeter eam Libri *Habechèsc*, de qua dicendum inferius n. iv. & ab illis non profertur, ut *Averrois* Commentarius, sed ut *Aristotelis* opus. Et haec exprimuntur partim in Prooemio, & partim in colophone eiusdem libelli. In Cod. tamen sequenti XXXVI. in quo eadem Opuscula adservantur, clarius haec innuuntur. Inc. מקום דברים מצרף לכסף def. אלו

II. p. 14. „ ספר המאמרות Sepher Ham„ maamarròth. *Liber Cathegoriarum*, seu *Prae„ dicamentorum*, iisdem Commentatore & Interprete. Inc. post capitum Elenchum אמר הכלל מספוקים שהדברים def.

III. p. 37. *b*. „ ספר המליצה Sepher Ha„ melitzà, *Liber Perihermenias*, seu *De Interpretatione*. h. e. Compendium illius Libri, Comment. & Interprete qui supra. Inc. אמר כי לא יופשט הנושא וראוי שנאמ תחלה מהן

IV. p. 61. *b*. „ ספר ההקש Sepher Hahec„ kèsc. *Liber Analyticorum*. Hoc *Analyticorum* Opus, fatetur *Ioh. Albertus Fabricius* Biblioth. Graec. Vol. II. p. 114 commentatum fuisse ab *Averroe*. Inc. אמר ראוי שנתחיל תחלה def. pag. 162. מיוחדת לגבור Deinde ab Amanuense adponitur haec subscriptio על ידי הצעיר אברהם בכמ״ר מרדכי פריצול ממשפחת האיתנים מוסדי ארץ פרווינצא שנת רל״ג „ Manu minimi *Abraham*, Fil. Doctoris „ *Mordokei*, *Perizol* e Familia Fortia Fun„ damenta Terrae (*ex Michaeae Cap. VI. „ vers. 2.*) Galliae Narbonensis, anno 233. „ (Christi 1473.) Deinde idem Scriptor adiecit quasdam regulas circa praefatum Librum. Hunc Transcriptorem memorat *Bartoloccius* Tom. I. pag. 42. seqq. dicitque natum fuisse *Ferrariae* A. M. 285. Chr. 1525. At si Librum hunc exaravit supradicto anno, ortum eius saltem circa dimidium saeculi xv. incidisse dicendum erit. *Wolfius* vero qui de eodem *Abraham* verba facit Vol. I. p. 89. non adhaeret *Bartoloccio*, quod is *Ferrariae* natus sit; At in sequenti subscriptione apparet, ipsum in ea urbe scripsisse, & eodem anno; quare aliquid peculiaris rerum domesticarum negotii in ea urbe habuisse, arguendum est. V. etiam eundem *Wolf.* Vol. III. n. cxvii. p. 55. & Vol. IV. pag. 767. at ibi meum dubium non diluitur; imo suspicor, quum utrique ex laudatis Bibliographis, Patris nomen fuerit ignotum, nostrum *Abraham* diversum fuisse ab illo, de quo laudati Scriptores loquuntur.

V. p. 163. ספר המופת לאריסטוטילו Sepher Ammophèth learistotelo. *Liber Topicorum Aristotelis*. Inc. אמר כל למידה וכח השכל להתחלות def. Amanuensis adfert eandem subscriptionem, in qua tamen addit se scripsisse *Ferrariae die XV. Augusti eodem anno*.

Cod. Hebr. membr. MS. charact. Rabbin. nitido, & diligenti, saec. xv. in 4. minor. Constat foliis 215.

CODEX XXXIII.

הלכות דינים

SENTENTIAE CIVILES.

„ 33. SEntentiae Iuridicae. De Annis Iu„ daicis. MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ xxxiii. הלכות דינים Decisiones Iuris ex „ *R. Isaia*, *Sabadia*, *Salomone Iarchi*, *Moyse „ Maimonide*, & aliis collectae. Cod. in Ch. „ bomb. MS. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

I. הלכות דינים Halacòth Dinìm. *Constitutiones Iuridicae*. Collectae ex variis Auctoribus in superiori Catalogo denominatis, & aliis. Incerto Collectore. Inc. כתב רבנו ישעיה def.

def. p. 69. אך לא בנכסי האח Scripsit פינחס בר שלמיה לוניל *Phinees* fil. *Scelemiae Lunillo*. Tabula numerica pro annorum computo.

II. p 70. *b.* שערי דורה Sciangarè Durà. *Portae Duraè*, sive *habitationis*, *Bartoloccius* T. III. p. 898. ad *R. Isaac Medurà Durensem*, post hunc Titulum addit, de אסור והיתר „ Issùr Vaëther, *Vetitis*, *&* *licitis* ad cibum „ pertinentibus, quem *R. Salomon Luria* Scholiis illustravit. Excusus *Basileae* apud *Conradum Waldkirch*, in 4. V. etiam *Wolfium* Vol. I. p. 653. seq. ubi in eum Commentarios refert. Noster inc. הנה הבירי׳ הפצירוני def. in p. 97. הריאה יוו וושט Item Scholia non pauca sunt ad marginem Incerti Auctoris. Sequitur etiam

III. p. 97. Appendix diversi Auctoris in eundem Tractatum. Inc. כת ראבן נשאלתי def. פכל הכשר

Cod. Hebr. membr. MS. charact. Rabbin. diligenti, a p. 70. *b.* ad finem, alia manu, saec. circiter XV. in 4. min. Constat fol. 100.

CODEX XXXIV.

ספר הגיון

DIALECTICA.

„ 34. LOgica sine nomine MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ XXXIV. Organum Aristotelis ex Averrois „ editione in Hebraicum conversum; cum „ Libris de Interpretatione Elenchorum, & „ Analyticis. Cod. Hebr. in 4. in charta „ bombycina. *Catal. Montf. ex autogr.*

I. p. 1. ספר המבוא Sepher Hamboà. *Liber Introductionis*. Idem est, sicut & sequentes Libri Philosophici, ac in superiori Cod XXXII. descripti sunt; quare ea recensio videnda est.

II. p. 9. ספר המאמרות Sepher hammaamaròth. *Liber Categoriarum*, seu *Praedicamentorum*.

III. p. 23. *b.* ספר המליצה Sepher Hammelitzà. *Liber Perhibermenias*.

IV. p. 38. ספר ההקש Sepher Hahechèsc. *Liber Analyticorum*. Liber hic in hoc Codice est incompletus: nam in pag. 74. *b.* ipsius terminum invenies; quem in Codice XXXII. in medio versu XIII. reperies. Sequuntur tamen in hoc Libro sex folia cum dimidio, scriptura carentia, in quorum duobus ultimis aliqua fragmenta Hebraica exarata fuerunt: ipsorum primum est eadem manu, & forte pars eiusdem Operis: reliqua diversa manu, ac fere nullius momenti.

V. p. 81. ספר המופת Sepher Hammophèt. *Liber Topicorum*. Idem est, qui in altero Codice descriptus fuit; at explicit in pag 112. *a.* Succedit namque aliud Opusculum, ab iam relatis diversum; nempe

VI. p. 112. *b.* Tractatus absque Titulo; sed est Libellus in Philosophos, in eos praecipue, qui fallacibus argumentis utuntur. Auct. *Anon.* Inc. אשר להל השבר def. בהפך

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico saec. circiter XIV. in 4. min. Constat foliis 123.

CODEX XXXV.

ספר רפואה

LIBER MEDICINAE.

„ 35. DE Medicina sine nomine MS. Hebr. „ 4. *Langius*.

„ XXXV. ספר רפואות Cod. MS. in 4. in „ charta bomb. charactere Hispano & men„ doso. Continet sequentes Tractatus. *I. De* „ *Aromatibus*. II. *De Herbis*, *Plantis*, *&* *Stir*„ *pibus* Auctore *Ishaac* ben *Israelis*. Ad cal„ cem; Finem imposui huic Collectioni, „ quam in gratiam filii mei *Iudae* confe„ ci nocte XVI. mensis Caslev. anni cente„ simi quadragesimi tertii, quarti millenarii. „ Sequitur Tractatus de Vtilitate Aquae; „ cui Medicamenta quaedam subiiciuntur. „ Est Liber Pharmaceuticus, ex variis Au„ ctoribus collectus, & vocibus Italicis sca„ tet; unde mendacium in annorum nume„ ro arguitur: apparet etiam litura: & con„ sueta fraude quartum millesimum pro quin„ to fuisse suppositum; quum nec character, „ nec nomina aromatum, & herbarum tan„ tam praeseferant autiquitatem. *Catalogus Montf. ex autogr.*

לקט רפואות Leketh Rephuòth. *Collectio Medicamentorum*, inscribendus fuerat hic Codex; in ipso enim haec continentur.

I. p. 1. Catalogus diversorum Aromatum, in quo unum saltem folium deest, eique coniunguntur varia remedia pro diversis infirmitatibus: quae omnia in LIX. Sectiones, seu Paragraphos dividuntur; LVII. tamen desideratur. Pag. 99. refertur, *Alì* dicere, *Galenum* promisisse, se scripturum Tractatum de pulsu, sed illum non perfecisse, morte praeventum, anno aetatis suae LXXXVII.

II. p. 100. Compositio Aromatum iuxta *Averroëm*.

III. p. 103. Dubia circa Medicinam iuxta sententiam *Galeni*, cum Commentario *Averrois*, in *Avicennae* sententiam de sanguinis emissione.

IV. p. 105. Divinationes circa infirmorum eventus, secundum Lunae cursum & mutationes.

V. p. 109. *b.* ad calcem legitur subscriptio huiusce Collectionis, Auctoris & Scriptoris, quam brevitatis ergo Latine tantum proferam; sic enim se habet: „ Explicit

haec

„ haec parva Collectio, quam exscripsi in „ gratiam filii mei *Vidae* [non *Iudae*, ut ha- „ betur in *Catal. Montfauc.*] qui vivat in „ aeternum; & eam explevi nocte XVI. men- „ sis Chislev [i. *Novembris*] anno 144. mil- „ lesimo IV. &c. Heic patenter apparet ab- rasio, & repositio *quarti* millesimi pro *sex- to*; quod ex aliis tribus locis inferius oc- currentibus, patet, ut ibi dicemus; quare verus annus huius Codicis & Auctoris, ad nostrum redactus, erit Chr. 1384. Notae nu- mericae millesimi esse debuerant הששי & re- positae fuerunt הרביעי deletis in medio duo- bus שש, quod non factum fuit inferius, in tribus sequentibus locis, sub num. IX. & X. relatis; ubi enumeratio fraudolentiam impo- storis effugit.

VI p. 110. *b.* Enarratio cuiusdam infirmi- tatis ipsius Auctoris.

VII. p. 113. Vtilitates Aquae Ardentis, ac Regula usus eiusdem.

VIII. p. 114. Medicamentum pro facie nimis rubicunda.

IX. p. 115. Enarratio propriae Infirmitatis Auctoris, pro qua consuluit Magistrum *Sal- vi Vida de Murian*, commorantem *Harle*, seu *Harlemi*.

X. p. 118. & 120. Aliae duae Infirmitates eiusdem; quarum secunda sibi accidit ex Ti- gilli lapsu in suum caput. In his tribus lo- cis Auctor recenset suae aetatis annos, qui erant LXX. & annos Mundi, sc. הששי i. millesimi sexti.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico saec. XIV. anno supradicto in 4. min. Constat foliis 126. inter quae folia 78. 79. 80. vacua sunt: multaque alia cum spatiis relicta, quod Scriptori animus foret ea replendi, aliis re- mediorum additionibus.

CODEX XXXVI.

ספר רפואה

LIBER MEDICINAE.

„ 36. ALius Tractatus de Medicina. MS. „ 4. Hebr. *Langius*.

„ XXXVI. ספר רפואה Tractatus Medi- „ cus de morbis, interprete quodam Iudaeo „ de *Villanova*. Nomina morborum, quibus „ utitur, Graeca cum sint, omnia indicant. „ non ex Arabico, ut alii Iudaeorum Libri „ Medici, sed ex vernacula aliqua Europae „ Lingua exscripta fuisse, quaecumque Col- „ lector iste congessit. In eodem Volumine „ Fragmentum de compositione Medicamen- „ torum. Cod. MS. Hebr. in 4. *Catalogus* „ *Montfauc. ex autogr.*

I. p. 1. ספר רפואה Sepher Rephuà. *Li- ber Medicinae*. Agit de diversis infirmitati- bus, & ipsarum curationibus. Auctor est *Ano- nymus*. Inc. כל רפואה des. לקרוביו ומיודעיו

II. p. 14. *b.* Tractatus alter Medicus, i- tem de variis medicamentis. Auctore *Ma- gistro* ארנבט דוילא נובא *Arnebàth de Villa- nova*, qui servivit Barcinonae Roberto Ara- goniae Regi, ut legitur pag. 15. v. 16. & 17. & p. 67. *b.* & ex Arabico (ut puto) in He- braicum translatus ab *Anonymo*. Inc. אמר בהבנת הדברים שהנחנום des. p. 67. *b.* המעתיק

III. p. 69. Catalogus Medicamentorum pro infirmitatibus peculiaribus membrorum, cui ad calcem adnectitur Medicinae Fragmen- tum. Auct. *Anonymo*. Desunt nonnulla in medio: & finis desideratur.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico saec. circiter XV. in 4. Constat foliis 73. quo- rum fol. 78. scriptura vacat.

CODEX XXXVII.

ספר מרפואה

LIBER MEDICINAE.

„ 37. ALius de Medicina. MS. in fol. Hebr. „ *Langius*.

„ XXXVII ספר רפואה Codex nitide scri- „ ptus in membr. in 4. amplos continet Tra- „ ctatus de morbis in genere, & in specie „ *R. Hasaph Hacam*, qui ex *R. Iohanan* ali- „ qua se decerpsisse fatetur. Sequitur alius „ Tractatus Chirurgicus eiusd. *Catal. Montf. ex autogr.*

I. p. 1. *b.* ספר רפואות אשר העתיקו חכמים הראשונים מספר שם בן נח Sepher Rephuòth ascèr ethghicù Chachamìm ariscionìm misè- pher Scem ben Noach. *Liber Medicamento- rum, qui exscriptus fuit ab antiquis Sapien- tibus a Libro* Scem *fil.* Noë. Et haec est Pars Prima totius sequentis Operis, quod in Partes IV. dividitur. Inc. cum iisdem Ti- tuli verbis, des. והוא מנוסה Notandum, quod in hac Parte, prope finem proponun- tur duo remedia pro Podagra articulari: un- ctionis alterum, alterum vero potionis.

II. p. 58. *b.* Pars secunda eiusdem Ope- ris ab Auctore *Antidotarium* appellata; eo quod varia medicamenta contra diversas in- firmitates exhibeat. Inc. אוריאה אליסנדרינא des. שעה אחת

III. p. 73. *b.* צירלוגיאה היא מלאכת יד Zirologia hi melecheth ìad. *Psirologia, id- est Opus manuum*. Pars tertia, quae circa Chirurgiam versatur. Inc. יתחיל מן הראש des. וערב באודם הביצים Adduntur ad mar- gines alia medicamenta, varia & recentiori manu exarata. Inter hanc Partem & sequen- tem inseritur sequens Opusculum.

IV.

IV. p. 84. *b*. ספר היקר Sepher Aiecàr. *Liber Decoris*. Tractatus est Compositionum medicinalium, Auct. *Sciabbathai* Medico cognominato *Dottalo*, fil. *R. Abraham*, qui transmigravit e civitate *Modin*, ubi quadraginta annorum spatio operam dederat Medicinae practicae, ut Hebraeos doceret Medicamenta componere. Inc. כי זה נאה לרופאים des. ברוך ומנוסה

V. p. 86. ספר ביאטקו Sepher Viatico. *Liber Viatici*. Liber hic dicitur *Pars IV*. & dividitur in Tract. VII. quorum I. Capp. XXV. constat. Agitur in eo de via hominis super terram, i. de rebus agendis in hac Vita. Auct. est *Anonymus*. Inc. דע כי השיער des. p. 99. *b*. אמרנו תחילה Sed Tractatus hic est incompletus; sequitur enim alterius Capitis titulus: deindeque relicto spatio unius columnae cum dimidio, p. 100. alter Tractatus absque titulo succedit, sed eiusdem Operis pars est: & constat Capp. viginti. Inc. יזכיר מיעוט des. זה בספרינו at haec ultima pag. 110. tredecim tantum lineas continet, recentiori manu exaratas.

Cod. Hebr. membr. MS. charact. Rabbinico eleganti, saec. circiter XIV. ni forte antecedenti. Constat foliis 110. in fol.

CODEX XXXVIII.

ספר רפואות

LIBER SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM.

„ 38. DE Materia Medica. MS. in fol.
„ Hebr. *Langius*.

„ XXXVIII. Liber simplicium Medicamen-
„ torum Hebraicus, ex Arabicis Scriptori-
„ bus decerptus; quare Arabicis vocibus
„ scatet, mendose scriptus in charta bom-
„ bycina, in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

I. p. 1. Catalogus diversorum Aromatum per alphabetum cum ipsorum virtutibus, Arabicis vocabulis permixtus. Auct. *Anonymo*. Inc. secundum vocabulum. (primum enim non intelligitur) אניסון i. *Anisum*. des. ריחו

II. p. 50. Regulae medicamentorum pro variis infirmitatibus, a p. 58. ad finem exhibentur diversa remedia Chirurgica. Auct. *Anonymo*. Definit in epigraphe curationis fracturae digitorum manuum; curatio tamen desideratur.

Cod. Hebr. MS. charact. Rabbinico, vocabulis Arabicis saepe insertis, saec. XV. in 4. Constat foliis 70. quorum 49. vacuum est.

CODEX XXXIX.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΣ.

PORPHYRIVS.

„ 39. PORPHYRII Isagoge in Arist. cum Com-
„ ment. Aristotelis Categoriae. MS.
„ 4. Gr. *Langius*.

„ XXXIX. *Porphyrii* Introductio. In eo-
„ dem Volumine Aristotelis de Praedicamen-
„ tis, & de Interpretatione Libri. Codex
„ Graecus MS. in charta bombyc. cum No-
„ tis marginalibus in 4. *Catal. Montfauc. ex*
„ *autogr.*

I. p. 1. Quare Graecus hic Codex inter Hebraicos repositus fuerit, haud equidem divinarem. Forte cum aliis eiusdem Auctoris, & materiei, in Hebraicum tamen versis, obvolutus fuit a principio, ab huius nostrae Bibliothecae compositoribus. At id nihil obest, quum ex Indicibus Graecorum Operum deprehendi possit Pluteus, in quo adservatur. Codex itaque hic, praeter duos modo relatos Catalogos, alterum habet praefixum, in primo folio membranaceo a tergo, Graece tantum exaratum: ad cuius caput legitur: *Liber mei Petri Magistri Ludovici*: quae duo ultima verba abrasa fuerunt; attamen adeo earundem vestigia apparent, ut probe intelligantur. Nostra igitur recensio haec est. Πορφυρίου εἰσαγωγὴ πέντε φωνῶν. *Porphyrii Introductio quinque vocum*. Alio modo Liber hic appellatur: Εἰσαγωγὴ πρὸς Χρυσαόριον περὶ γένυς, ϗ εἴδυς, ϗ διαφορᾶς, ϗ ἰδίυ, ϗ συμβεβηκότος. *Introductio in quinque voces, seu in quinque Praedicabilia, seu universalia*, ut in Scholis loquuntur: *de Genere*, scilicet, *Specie, Differentia, Proprio, & accidente, ad Chrysaorium discipulum suum*. Inc. Ὄντος ἀναγκαίου χρυσαόριε ϗ εἰς τὴν τῶν παρὰ Ἀριστοτέλει κατηγοριῶν διδασκαλίαν τῦ γνῶναι τί γένος, ϗ τί διαφορὰ τίτε εἶδος, ϗ τί ἴδιον, ϗ τί συμβεβηκὸς. Des. ϗ τῆς κοινωνίας παράστασιν. Editio antiquissima in lucem prodiit *Venetiis* apud *Aldum* ann. 1495. In principio huius Operis, quatuor prima folia, & alia quatuor post sextum suppleta fuerunt recenti manu, maiore charactere.

II. p. 21. Ἀριστοτέλους κατηγορίαι περὶ τῶν δέκα γενικωτάτων γενῶν. *Aristotelis Praedicamenta de decem generalissimis Generibus*; cum Argumento, seu Praefatione *Anonymi*. Praedicamenta sunt, 1. περὶ ὀσίας. 2. περὶ ποσοῦ. 3. περὶ τῶν πρός τι. 4. περὶ τῦ ποιεῖν, ϗ πασχεῖν. 5. περὶ τῶν ἀντιχειμένων. 6. περὶ ποιοῦ, ϗ ποιότητος. 7. περὶ προτέρυ. 8. περὶ τῦ ἅμα. 9. περὶ κινήσεως. 10. περὶ τῦ ἔχειν. Inc. Ὁμώνυμα λέγεται. Des. σχεδὸν ἅπαντες κατηρίθμενται. Deinde legitur haec subscriptio τέλος σὺν

Θεῷ

θεῷ τῶν ἀριςοτελικῶν κατηγοριῶν δέκα σὺν ταῖς τῦ Πορφυρίυ πέντε φωναῖς. *Finis cum Deo decem Praedicamentorum Ariſtotelis, cum quinque Porphyrii Vocibus.*

III. p. 50. *b.* Αριςοτέλους περὶ ἑρμηνείας. *Ariſtotelis de Interpretatione.* Inc. Πρῶτον δεῖ θέσαι τί ὄνομα, κ̧ τί ῥῆμα. Deſ. Τὰ ἐναντία ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ.

IV. pag. 69. *b.* Α'ριςοτέλους ἀναλυτικῶν προτέρων πρώτων. *Ariſtotelis Analyticorum priorum primum,* Inc. Πρῶτον εἰπεῖν. Deſ. ὁ ἄνθρωπος; ſed finis huiuſce Libri deſideratur. Haec omnia Opuſcula Scholiis quibuſdam marginalibus, & interlinearibus adornata fuere.

Cod. Gr. bombyc. praeter 8. folia in principio, quae chartacea ſunt, ut dictum eſt: & alia 8. praecedentia, & aliis 5. in fine, quae omnino vacua ſunt, MS. ſaec. circiter xv. in 4. min. conſtat foliis 74. Fuit olim, ut in primo folio membr. legitur: Τὸ βιβλίον τῦ πέτρυ παύλου τῦ βορμανίυ n. 67.

CODEX XL.

ספר המסעדים

LIBER DE ALIMENTIS.

„ 40. DE Alimentis Liber MS. 4. Hebr. *Langius.*

„ XL. ספר המסעדים Liber de Alimentis: „ in quatuor Partes dividitur. Ex eo Lexi„ con botanicum colligi poſſet, Voces Ara„ bicas ponendo ubi Hebraicae deſunt, ex „ quo colligitur ex Arabibus hanc ſuam Au„ ctor concinnaſſe Rapſodiam. Cod. MS. „ Hebr. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

ספר המסעדים Sepher ammeſañgadìm, ſive miſñgadìm. *Liber Alimentorum,* ad humanorum corporum nutritionem. Auct. *R. Iſaac Iſraelita* fil. *Salomonis.* Dividitur in Sectiones XIV. quae ſunt I. De Frugibus. II. De Fructibus Arborum. III. De Fructibus terrae. IV. De Carne quadrupedum tam domeſticorum, quam agreſtium. V. De ſeparatione membrorum eorumdem Animalium. VI. De Lacte. VII. De Caſeo. VIII. De Volatilibus. 9. De ſeparatione membrorum eorumdem Volatilium. X. De ovis. XI. De Piſcibus. XII. De Aqua. XIII. De Vino. XIV. De Cerviſia. *Wolf.* Vol. I. p. 665. ſeq. hunc Auctorem & Librum refert, ubi poſt titulum addit: „ ſectionibus XIV. conſtans, de cibis „ ſalubribus, totaque diaetae ratione exponit. Hinc & ex noſtra recenſione apparet mendum *Catalogi Montfauconiani,* qui hunc Librum in quatuor Partes dividit. Inc. בהיות deſ. החטים המתמידים אותו Praemittitur Hymnus in laudem Dei, quod alimenta creaverit. Inc. יגדל כבוד

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico ſaec. circiter XV. in 4. Conſtat foliis 62.

CODEX XLI.

מחיר יין

PRETIVM VINI.

„ 41. COmmentarius in Libr. Eſther. Ti„ tulus eſt *Pretium Vini.* impr. in 4. Hebr. *Langius.*

„ XLI. מחיר יין *Pretium Vini,* ſeu *Nobi-* „ *litas Vini.* Comment. in Eſther, *Moyſis* „ fil. *Caſin.* Cod. impr. Cremonae ann. 314. „ in 8. *Catal. Montf. ex autogr.*

מחיר יין Mechir Iaijn. *Pretium Vini* (ſic de hoc Libro *Bartoloccius.* Tom. IV. p. 74. col. 2. additque) Tit. ex Iſai. 55. 2. Excuſ. „ *Cremonae* per *Vincentium Conti* anno 319. „ minoris ſupput. Chr. 1559. in 4. Auctorem facit R. *Moſen* ben *Iſralà,* hoc eſt *Iſrael,* qui fuit Princeps Academiae in urbe *Cracoviae*: ac dicit, hanc eſſe brevem explanationem Libri Eſther, *Wolfius* vero Vol. I. p. 801. ipſius Libri Auctorem nominat ר' משה איסרלם *R. Moſche Iſarlas.* Doctorem Synagogae Cracovienſis per viginti fere annos, qui obiit an. 332. C. 1572. teſte *Ganz,* & p. 802. n. 2. eundem Commentarium refert, eandemque editionem, & ulterius alteram Hamburgenſem 471. C. 1711. concluditque „ Hunc Librum *Bartoloccius* T. I. pag. 54. col. 2. n. 1208. בן איסרלאי *Iſralà,* h. e. *Iſrael.* Idem tamen *Wolfius* Vol. III. p. 728. n. MDXV. vocat ipſum *Moſem* fil. *Iſrael,* atque ibi adiungit in huius editionis approbationem, in fine libri Latinis verbis, nominari *Decium Alberium* Vicarium Epiſcopalem, & *Io. Dom. de Vicentia,* Vicarius Inquiſitoris Cremonae: atque idem in noſtro exemplari videre eſt. Demum Vol. IV. p. 904. ſub eodem n. MDXV. fit mentio alicuius editionis, quae prodiit apud *Conradum Waldkirch,* a B. *Danzio* obſervatae.

Liber impreſſus, ut ſupra, ſed anno 319. Chr. 1559. non 314. ut in *Catal. Montfauc.* aſſeritur.

פירוש מגלת אחשורוש Pirùſc Meghillàth achaſcoeròſc. *Commentarius Hiſtoriae Aſſueri.* Hic item eſt *Commentarius in Librum Eſther.* Auctore R. *Zacharia,* editus fuit *Venetiis* apud *Chriſtophorum Zannetti,* die Lunae 23. Auguſti ann. 325. C. 1565. Eundem Librum memorat *Wolfius* Vol. III. p. 243. ſub num. DLXX. *a.* at praetermittit Typographi nomen, & editionis annum; quae duo leguntur in fine. Praeterea dicit conſtare pagg. 19. quum dicendum eſſet foliis.

Liber Hebr. chart. impr. charact. Rabbinico. Co-

Codex Hebr. chart. impr. ut supra in 4. min.

CODEX XLII.

ספר המשקל

LIBER PONDERIS.

„ 42. Liber Intellectus, *R. Moseh*, ubi explicat varia ad Sapientiam Iudaicam spectantia: ut de Nominibus; de Praeceptis Sabbathi, Festorum. Libellus de ducenda uxore fratris mortui. MS. in 8. Hebr. Titulus foris inscriptus est *Mose de Ponderibus*. *Langius*.

„ XLII. ספר המשקל Liber Ponderationis. Tractatus est Cabbalisticus. Liber, inquit Auctor, Mysteriorum Sapientiae, per sensus intelligibiles. Cod. Hebr. MS. in 12. *Catal. Montf. ex autogr.*

ספר המשקל Sepher Hammischàl. *Liber Ponderis*. Diversus est ab eo, quem referunt *Bartoloccius* T. IV. p. 405. in *R. Scem Tov*, & *Wolfius* Vol. I. pag. 1128. n. 2158. in quo agitur *de Prosodia*; in hoc vero differitur Cabbalistice *de Mysteriis Animae*, tam in corpore humano, quam ab eo separatae. Inc. יש לך לדעת def. וחכן Auctor est *Anonymus*. Codex hic fuit *Iudae ben Aaron e Gonzaga*.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico saec. XV. in 8. Constat foliis 69.

CODEX XLIII.

חלק בן סיני

PARS AVICENNAE.

Codex hic nescio, quomodo a praecedentibus Bibliographis praetermissus fuerit: vel saltem, quare eiusdem titulus exterior immutatus. Ab illis enim sic describitur.

„ 43. Tractatus Astrologicus MS. 8. Hebr. *Langius*.

„ XLIII. ספר המספר Liber Numeri. Tractatus Arithmeticus. Cod. Hebr. MS. in pergameno in 12. *Catal. Montfauc. ex autographo*.

Patet igitur, ipsorum uterque vel illum non inspexisse, vel, deceptus, alterius relatis credidisse: neque verum ulli fiet, Codicem in hoc Pluteo, neque alibi in aliis huius Bibliothecae Pluteis adservari, in 12. exaratum. Hic itaque Codex inscribitur.

I. חלי בן סירי Chelèch ben Sirae. *Pars filii Sirae*. Titulus autem interior sic legitur: אבי עלי בן סינא Abì ñgalì ben Sina, Abì Elì aben Sina, h. e. *Alì filii Senae*, vel *Alì Avicennae*. Tractatus est Medicus, qui circa corporis humani infirmitates versatur, ac in X. Sectiones dividitur. in quarum I. *de Formatione hominis agitur*: in II. *De Virtute ciborum, & liquorum*; in III. *De Conservatione sanitatis*: in IV. *De Infirmitatibus capitis, aliorumque membrorum usque ad pectus*: in V. *De Infirmitatibus pectoris, aliarumque partium circa ipsum*: in VI. *De Infirmitatibus ventris, eiusdemque partibus ad digestionem pertinentibus*; in VII. *De Infirmitatibus membrorum genitalium*: in VIII. *De Infirmitatibus coxedinum, crurium, & pedum*; in IX. *De Infirmitatibus in corporis superficie*: in X. *De Febribus*. Forte Tractatus hic esse posset Liber, qui *Aristoteli* tribuitur, & Compendium Medicum inscribitur, referturque a *Wolfio* Vol. III. p. 137. ubi ad calcem Partem III. eiusdem effert hac epigraphe: *De morbis particularibus, qui cadunt in membra hominis a capite ad pedes* Inc. pag. 5. *b.* על רופא לפי שחיתה הכונה def. p. 50. *b.* חכם בֿעֿה

II. p. 51. *b.* סוד הסודות Sod hassodoth. *Secretum secretorum*. Auct. *Aristotele*, ex Arabico in Hebraicum translatum, interpr. בן אלבטריק *Filius Albatrich*, ut in principio nostrae versionis legitur. V. *Bartolocc.* T. I. p. 482. Memorat etiam versionem *Iob. Albertus Fabricius* Bibl. Gr. Vol. II. p. 167. Inc ראיתי אגרת def. יצליחך בו

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico saec. circiter XIV. in 4. Constat foliis 86.

CODEX XLIV.

פילוסביא

PHILOSOPHIA.

„ 44. Liber Portae Caeli. Tractatus Physico-Astrologicus, impr. in 4. Hebr. *Langius*.

„ XLIV. שער השמים *Porta Caeli*. Cod. Hebr. impr. Auctore *R. Meir Franzono*. In eodem Volumine Liber *Cozari*, ex Arabico Hebraico factus a *R. Iuda* ben *Tabon*: & ab eodem *Meir* editus an. 306. *Venetiis*. אכן בחן *Lapis Lydius*; alius tamen a Tractatu tituli eiusdem, quem supra recensui, in hoc enim Ethica tantum tractantur, de Vitae humanae recta institutione, *Kalonimos* Auctore, eodem anno impr. ספר בחינת העולם Liber de Vanitate Mundi, & pretio saeculi futuri, edit. Venetiis eodem anno ספר מבחר הפנינים Sepher

„ lectae Margaritae seu selectissimae Marga-
„ ritarum. Codex impr. in 4. Hebraeus.
Catal. Montf. ex autogr.

Ex quinque Opusculis impressis in hoc Codice inclusis, primum tantum producitur a *Langio*. Omnia autem per ordinem, haec sunt.

I. ספר שער השמים Sepher sciangar asciamaim. *Liber Portae Caeli*. Auctor est *R. Ghersciòm*, vel *Ghersòn* bar *Salomonis* de *Catalonia*, qui floruit A. M. 5030. C. 1270. Hoc Opus accurate expendit *Bartoloccius* T. I. p. 733. tali pacto „ שער השמים Sciaàr Ha-
„ sciamaìm. *Porta Caeli*. Ex Genes. 28. v. 17.
„ Tractat philosophice de omnibus rebus
„ creatis: *De Volatilibus, Animalibus, Serpen-*
„ *tibus, & ceteris Animantibus: De Monti-*
„ *bus: Densitatibus: De Caelis: De Terra,*
„ *Ventis, Igne, Aquis: De Nive, Grandine,*
„ *Nubibus: De Ossibus & Lapidibus: De omni-*
„ *bus Plantarum speciebus, Virgultis, & Ger-*
„ *minibus*, ut in titulo libri praenotatur, qui
„ in tres Partes dividitur. In I. agitur *De*
„ *natura Elementorum. De Insensibilibus, Ve-*
„ *getabilibus, & Rationabilibus*. In II. *De*
„ *Rebus Astronomicis, compilatis ex libris*
„ *Ptolemaei, Alphragani, & Avicennae; &*
„ *de Caelo, & Mundo ex Averroe*. In III.
„ *De Rebus Divinis, atque Theologicis*:
„ quae omnia ad verbum exscripsit ex li-
„ bris *R. Mosis Aegyptii*. Alio etiam modo
„ dividitur hic liber, nempe in 13. מאמרים
„ *Maamarrim, Dicta*, seu *Tractatus*. Est li-
„ ber curiosus & non contemnendus, &c.
„ Excusus est *Venetiis* opera *Meir* ben *R. Ia-*
„ *cobi Franzoni*, A. M. 307. C. 1547. in 4.
„ Nomen huius Auctoris, etsi in fronte libri
„ notatum non sit; habetur tamen in princi-
„ pio libri pag. 2. col. 1 in fine § ואין Eadem fere *Wolfius*, aliquibus tamen adiectis circa nomen, patriam, & aetatem huiusce Auctoris, quem vide Vol. I. p. 285. seq Aliud Opus recensuimus supra sub hoc titulo, in Cod. XLII Pl. II. pag. 96. col. 2. Lib. Hebr. chart. impr. ubi supra charactere quadrato in 4. min.

II. כוזרי *Cuzarì*, vel *Cozrì*, seu *Cusrì*. Praeter ea, quae circa hunc libellum scripsi in eiusdem recensione, sub num. v. Codicis XLVIII. Pl. II. pag. 103. col. 1. addi possunt quaedam circa ipsius Auctorem. Laudatus *Wolfius* l. c. pag. 439. Vol. I. adfirmat, illum fuisse *R. Iehudam Levì* fil. *Saulis*; at in Notis ad calcem refert, ab aliis dictum fuisse *Samuelis* filium. Ab eo tamen reticetur *Bartoloccius*, qui T. III. p. 60. seqq. haec habet: „ *R.*
„ *Iudas Hallevì Hispanus*. Synchronus *R.*
„ *Abrahami Aben Ezrae*; nam duarum Soro-
„ rum erant filii; licet hic *R. Iudas* videatur
„ fuisse eo senior &c. Deinde deveniens ad
„ praesentem Librum, & diversas Scriptorum opiniones; eo quod sint nonnulli, qui alterum eiusdem Operis Auctorem sistant, non erit abs re ex eodem *Bartoloccio* adiicere quae sequuntur; „ Inter alia ingenii monu-
„ menta huius Rabbini, quae hodie super-
„ sunt, praeclarum apud Iudaeos habetur li-
„ ber כוזרי *Cuzarì*, qui licet ab eo non vi-
„ deatur compositus, ut a recentioribus an-
„ tiquitatis indagatoribus & sedulis Rabbinis
„ existimatur; attamen ab antiquioribus, hunc
„ R. *Iud. Hallevì* procul dubio, & absque am-
„ biguitate ulla, Auctorem huius Libri exti-
„ tisse, creditum est. Quapropter in anti-
„ quis editionibus, veluti in Veneta anni 307.
„ minoris supputationis, Christi 1547 (&
„ haec est praesens nostra) apud. *R. Meir*
„ ben *R. Iacobi Phrantzoni* in 4. huiusmodi
„ titulus habetur. כוזרי חברו בלשון ערבי
„ החכם הגדול אבי כל המשוררים רבי יהודה
„ הלוי הספרדי ז'ל אשר קדש שם שמים
„ בויכוחו הישר חזה והעתיק אותו החכם
„ רבי יהודה בן תבון מרמון ספרדי אל
„ לשון הקדש במגדל לונ'ל שנת התקכז
„ *Cuzarì*, quem composuit lingua Arabica
„ magnus Sapiens, Pater omnium Poëtarum
„ *R. Iudas Hallevì* Hispanus b. m. qui no-
„ men Dei sanctificavit hac *recta disputatio-*
„ *ne. Hunc eundem transtulit in linguam san-*
„ *ctam Sapiens* Rabb. Iudas *ben* Tybbon *Hi-*
„ *spanus de Granata in Turri Lunèl anno* 927.
„ i. *Christi* 1167. At in recentiori editione
„ pariter Veneta anni 354. min. supput. Chri-
„ sti 1594. cum Commentario, additus est
„ primo loco alius titulus, in quo qui hunc li-
„ brum composuerat, exprimitur ita ספר
„ הכוזרי יסדו החכם החבר ר' יצחק הסנגרי ז'ל
„ : אשר קדש שם שמים בויכוחו הישר *Liber*
„ *Ha-Cuzarì. Quem fundavit Sapiens* Ha-cha-
„ vèr *R.* Ishaac Ha-Sangarì. *b. m. qui no-*
„ *men Dei hac recta disputatione sanctificavit*.
„ Omnium primus, qui huius *R. Ishaac San-*
„ *garì*, sub nomine חבר *Chaver*, quod *So-*
„ *cium* audit, nomen investigaverit, fuit *R.*
„ *Scem Tov* Aben *Scem Tov*, ut in libro
„ האמונות Haëmunòth שער ב' *Porta* 2. cap 4.
„ scriptum est, teste *R. Iuda Muscato* in Prae-
„ fat. ad hunc eundem librum *Cuzarì* n. 2. R.
„ autem *Ghedalià* Aben *Iàchiia* in suo lib. *Scial-*
„ *sceleth Hakkabbalà* pag. 40. *b*. dicit. וראיתי
„ בספר האמונות כי מעשה מלך הכוזרי עם
„ החבר היה אמת וישם החבר היה ר' יהודה
„ : אלמנגרי *se vidisse in libro Haëmunòth*:
„ *quod factum Regis Cuzarei cum Ha-Chaver*
„ *Socio* (Iudaeo) fuerat verum Et quod
„ *Ha-Chaver* vocabatur *Rabb. Iudas Alman-*
„ *garì*. Et Auctor *Mebòr Enàiim* cap. 42.
„ pag. 135. *b*. eum vocat *Isaacum* חנגרי *Chana-*
„ *grì*. Ex hac variatione nominis & cognomi-
„ nis huius *Chavèr* dicendum est, vel mendum
„ typographicum in altero horum locorum
„ inesse, vel Disputationem hanc nunquam
„ habitam fuisse, sed fictam ab ipso *R. Iuda*
„ *Levita*, qui ut fidem eidem conciliaret, &
„ venerationem apud suos, finxit huiusmodi
„ colloquium iam olim ante suam aetatem
„ praecessisse annis quadringentis, ut ex eo-
„ dem libro כוזרי *Cuzarì* cum Commentario
„ apparet pag. 23. *b*. num. 47. ubi החבר *Ha-*

„ *Chaver*, *Cuzareo* interroganti. Quot hodie „ a Creatione annos numerent Iudaei? Sic „ respondet ארבע אלפים וחמש מאות *Quater mille & quingentos*. At hic *R. Iudas* „ *Hallevì* floruit, vel mortuus est anno 4900. „ ut dictum est; ergo annis quadringentis an- „ te hunc *Iudam Levitam* huiusmodi collo- „ quium scriptum fingitur, anno videlicet „ Christi 740. &c. quae vide si placet & tibi sit otium, atque huiusce Auctoris Opera sint ad manum.

Lib. Hebr. chart. impr. *Venetiis*, ut supra dictum est, charactere quadrato in 4. min.

III. אבן בחן Even Bochan. *Lapis probationis* seu *Lydius*. Idem Liber, eademque editio, quam superius recensuimus in Cod. XLIV. sub num. III. Plutei II. p. 99. col. 1.

Lib. Hebr. chart. impr. charact. quadr.

IV. בחינת העולם Bechinàth Hañgolàm. *Examen Mundi*. Alterum item huius Libri exemplar, eiusdemque editionis expendimus in praedicto Cod. XLIV. sub num. II. quod videas p. 98. col. 2. Heic addi potest, quaedam circa Auctorem & huius Operis varias editiones, videnda esse in *Bartoloccio*, T. III. pag. 6. seqq.

Lib. Hebr. chart. impr. charact. quadr. mixto cum Rabbinico.

V. מבחר הפנינים Mivchàr Happeninìm. *Selectarum Margaritarum*. Hic pariter liber, & editio exposita fuit in recensione dicti Codicis XLIV. sub num. I. deque eo opere loquitur *Bartoloccius* l. modo citato.

Lib. Hebr. chart. impr. *Venetiis* apud *Cornelium Adelkinad*, sicut & alii duo anteriores A. M. 306. C. 1546. in 4.

Cod. Hebr. chart. impr. in 4. min.

CODEX XLV.

ספר המבא

PORPHYRIVS.

„ 45. ISagoge Porphyrii Syri, seu Liber Ad- „ ventus. MS. in 4. Hebr. *Lang.*

„ XLV. ספר המבא Isagoge Porphyrii Syri „ seu Liber Adventus. Cod. Hebr. MS. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

I. p. 1. *b*. ספר המבא Sepher Hammavò. *Liber Introductionis*. Idem est, ac in Cod. XXXII. n. 1. atque in Cod. XXXIV. n. 1.

II. p. 14. ספר המאמרות Sepher Hammaamarròth. *Liber Categoriarum*. Idem qui descriptus fuit in Cod XXXII. huius Pl. num. II. & in Cod. XLIV. eiusdem Pl. num. V. At heic initium tantum illius habetur, quod unicam tantum pag. cum IX. versibus alterius occupat.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Semirabbinico, saec. XIV. at secundum Fragmentum alia recentiori manu, charact. Rabbinico in 4. min. Constat foliis 14.

CODEX XLVI.

ספר המספר

ARITHMETICA.

„ 46. ARithmetica & alia de Numeris „ MS. 4. Hebr. *Langius*.

XLVI. ספר המספר Liber numeri. Tracta- „ tus Arithmeticus. Cod. Hebr. MS. in per- „ gameno in 12. *Catal. Montfauc. ex Autogr.* At est mendum in hoc Catalogo; nam non solum in autogr., quam in edito; hoc loco adponitur recensio sequentis Codicis XLVII. Titulus vero supra relatus est proprius Codicis XLIII. ibique ipsum retulimus; at huic praesenti optime quadrat, quum primum opus, quod continet, cum exteriori titulo omnino concordet. Itaque haec esto huiusce Codicis Descriptio.

I. p. 1. ספר המספר Sepher Hamispàr. *Liber Arithmeticae*. Auctor est fil. *Meìr*. Opusculum est, scholiis, numeris, ac aliquibus Tabulis numericis adornatus ad marginem: numeri vero, quandoque sunt Hebraici, & aliquando Arabici, ut moris est apud nos, rationes Arithmeticas repraesentare. Inc. בעבור כי def. להקל על התלמידים השם

II. p. 46. *Epistola de Algebra* cum quibusdam figuris Geometricis. Auctore *Simeone* fil. *Mosis* fil. *Simeonis Mothòth*, scripta ad *Mardokaeum* fil. *Phinz*. Inc. אחרי התהלה def. p. 53. אל המרובע

III. p. 59. *Rhythmus de Mulieribus Claris*. Auct. *Abraham e Sarteano*. Inc. אולי יחשוב def. משמרת משמרתו Folium medium (tribus enim foliis constat) require prope finem pag. 72.

IV. p. 61. *Rhythmus in Mulieres pravas*, in praecedentis responsionem. Auct. *Elia de Genesano*. Inc כאשר הייתי def. ולדידר וסילון

V. p. 65. *Rhythmus in improbos mulierum mores*, Hebraicis & Italicis versibus permixtus charactere tamen Hebraico, Auct. *Anon.* Inc. שיר חרש אשירה def. p 68. *a.* דיציריאה

VI. Fragmentum similis Rhythmi, eodem metro elucubrati, item contra mulieres. Auct. *Anon.* Inc. שמעתי def. מיאה Deinde Amanuensis dicit, se nil amplius invenisse.

VII. p. 69 Rhythmus, cuius initium est in laudem mulierum: finis vero in probrum earumdem. Auct. *Anon.* Inc. יום תשוט def. יפרוש איולתי.

Cod. Hebr. membr. & chart. a triplici manu exaratus, quarum prima in membr. saeculi XV. duae aliae, i. a num. II. ad finem saec. XVI.

xvi. & xvii. in pap. in 4. min. Constat foliis 73. quorum quinque a 54. ad 59. vacua sunt.

CODEX XLVII.

ברטולומיאו אורולוגיו

BARTHOLOMAEVS DE HOROLOGIIS.

„ 47. Tractatus de Horologiis MS. 4. Hebr. „ *Langius*.

„ XLVII. מאמר בכלי הנקרא אורולוגיו Tra- „ ctatus de Instrumento quod appellatur Ho- „ rologium. Auctore, *Bartholomaeo*. Cod. „ Hebr. MS. in chart. bombyc. in 4. Ad haec „ Quaestiones Iuris *R. Chaiim* b. *Iona*. *Catal. Montf. ex autogr.* at ibi & in impr. adposita est haec recensio Codici XLVI. modo relato.

Titulus interior sic se habet: המאמר בכלי הנקרא שמימיי ציליוראריאו בלעז אשר המציאו ברטולמי דיימפרדי מהארלוגי Hamamar bechelì annicrà Scemimìi, Zelidario belañgaz, aicèr imtzihò Bartholomi de Iamfredi Meaorlogi. *Tractatus Instrumenti Caelestis, vulgo appellati* Celidario, *inventi a Bartholomaeo Iamfredi de Arlogiis*, seu *de Horologiis*. Hoc instrumentum simile est Astrolabio, ut ait Auctor prope initium; sed non est idem; versatur enim circa distantias, & motus caelorum & Planetarum: ut per ipsum regulariter, & probe dignosci possint; quare suis locis geometricae figurae adponuntur. Inc. אמר בשם השם def. p. 11. דעת ובינה

II. p. 15. Quaestiones & Responsiones Iuridicae, praesertim de Dubiis quibusdam circa Matrimonium, num. XIII. Auct. *R. Chaiim Iona*: cuius filio nomen erat *Sciabathai*, qui primae quaestioni se subscripsit. Vltimi Responsi Auctor est *R. Ioseph Colon* Inc. מפני שבימים שעברו def. ultimo eiusdem *Ionae* in pag. 35. אמן Ea vero *R. Kolon* p. 35. *b.* Inc. בלי רשות הבעל אוצר בל כלי חמדה def. Hae Quaestiones scriptae fuerunt *Interamnae* anno 258. & 259. C. 1498. & 1499.

Cod. Hebr. MS. duplici manu charactere Rabbin. saec. XV. in 4. Constat foliis 36. quorum 11. *b.* 12. 13. 14. & ultimum, praeter IX. versus vacua sunt.

CODEX XLVIII.

ספר רפואה

LIBER MEDICINAE.

„ 48. Varia Medica. MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ XLVIII. ספר רפואה Tractatus Medici „ ex *Alpharabio* decerpti. Apud Arabas scri- „ psisse Auctor videtur; quare & Hebraicas „ voces Arabice explicat. Cod. Hebr. MS. „ in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

I. p. 1. Tractatus Medicus absque titulo, initio, & nomine Auctoris; dicit tamen Auctor ad calcem, se explesse quod adgressus fuerat colligere ex variis Scriptoribus, circa diversas febrium species. Inc. להתיכו def. p. 13. *b.* וינצל

II. p. 13. *b.* ספר העזר Sepher Añgezer. *Liber Auxilii*. Est Tractatus Medicus, absque nomine Auctoris. Agitur in eo de diversis infirmitatibus, & unicuique proprium Medicamentum aptatur. Inc. להתמיד הרביעית def. p. 79. ויותר טוב Sequitur Titulus Tractatus VIII. in quo pollicetur Auctor proponere multa medicamenta praeclara pro infirmitatibus, quae in homano corpore occurrunt a planta pedis usque ad verticem capitis; sed totus Tractatus desideratur, quod advertit *Bartoloccius* circa Librum huius Tituli, & ipsius Auctorem. Ipse enim T. IV. p. 19. col. 1. haec habet: illum tribuens *R. Meir de Trinketalia*, quod est Oppidum prope Arelatem: „ Scripsit, ut asse- „ rit *Plantavitius* in sua Bibliotheca Rabbin. „ n. 504. ס' העזר Sepher haezer. *Librum* „ *Auxilii*. Huius Auctoris & Libri memi- „ nit *Scialscèleth Hakkabbalà* pag. 54. *b.* sed „ de qua re in eo agatur, nihil habet, „ ut fere semper facit; exhibet enim fre- „ quenter nomen Auctoris & Libri; sed de „ Libri argumento altum silentium; unde a- „ pud *Buxtorfium*, praeter titulum Libri, „ & nomen Auctoris non est aliquid aliud „ quaerendum, sicut etiam apud *Plantavi-* „ *tium* a *Buxtorfio* edoctum.

III. p. 80. Liber absque principio, & nomine Auctoris; at est Tractatus Medicus, in quo proponuntur Remedia pro diversis infirmitatibus. Inc. פולייש def. p. 99. *b.* דורמיטורי

IV. p. 101. *b.* Tractatus Medici Fragmentum, Titulo, & Auctore carens. In eo primo loco exhibetur Medicinae Definitio: deinde proponuntur Praecepta ad infirmitates dignoscendas, Corporum habitudines, & ipsorum humores. Inc. הרפואה היא חכמה def. p. 118. המרדימים

Cod. Hebr. chart. a duabus manibus exaratus charactere Rabbinico, saec. circiter XV.

in 4. Altera manus, incipit p. 101. *b.* Constat foliis 118. horum 79. *b.* 100. & 101. *a.* vacua sunt.

CODEX XLIX.

ספר רפואה

LIBER MEDICINAE.

„ 49 Liber Medicinae. MS. 4. Hebr. *Langius.*

„ XLIX. ספר מרפואה Liber Medicus de „ Morbis in particulari: & hic ex Alpha- „ rabio descriptus est: cuius integrum opus „ de Morbis in particulari MS. penes me „ est. Codex Hebr. MS. in 4. *Catal. Montf.* „ *ex Autogr.*

Varia Opuscula continet hic Codex, & non tantum Medica; verum etiam alterius generis: eaque sunt.

I. p. 1. Tractatus Medicus, sine titulo, nomine Auctoris, ac principio; primum enim folium pars Praefationis, atque Indicis occupat. Ex his tamen deprehenditur Tractatum hunc in x. Sectiones divisum fuisse: quarum prima incipit in pag. 2. vers. IV. לפי שהיתה def. p. 31. *b.* ראוי להשען בה Inter folium IX. & X. aliquod folium deesse videtur.

II. p. 31. *b.* Collectio diversorum Medicamentorum, in varia Capita distributa: itemque quarumdam rerum naturalium virtutes exponuntur. Auctore *Anonymo*. Inc. אנחנו נמצא def. p. 38. בדפק הגדול

III. p. 38. *b.* תור האדם המעלה ומנין מדותיו Thor Aadàm ammangalà, uminiàn Middothàv. *Hominis spectabilis institutio, & virtutum numerus.* Titulus exscerptus ex Cap. XVII. v. 17. Lib. I. *Paralip.* Auct. *Anon.* qui breviter ostendit, qua ratione se quis gerere debeat, ut spectabilem inter alios se reddat. Inc. משום ראשונה שיהיה שלם באבריו def. אדם בעולם

IV. p. 39. *b.* שער בהכרת הפרצוף Sciangar beacharàth appirtzùph. *Tractatus cognitionis Physiognomiae.* Auct. *Anonymo.* Inc. בעזרת שמענה ואתה דע לך def. p. 42. הבורא

V. p. 42. שער בהנהגה המשובחת מהגוף Sciangar beannagà ammesciubecheth meagùph. *Tractatus directionis, corporis,* [sc. *humani*] *pro ipsius salute.* Auct. *Anonymo.* Inc. לפי שהגוף הזה def. p. 44. *b.* כמו שאמור למעלה Hoc expleto sequitur Caput pro *divinandis rebus futuris*: & *Formula ad conficiendum Oleum ex amygdalis amaris.* Post quae Auctor, seu Amanuensis praemittit, se traditurum nonnullas formulas pro medendis febribus: & Interrogationes & Responsiones num. XVIII. circa varia Dubia de Infirmitatibus: quarum ne una quidem Interrogatio adlata est.

VI. p. 46. Formulae ad componenda Medicamenta pro diversis infirmitatibus. Auct. *Anonymo.* Inc. עם שומק להביא שיער def.

Cod. Hebr. chart. MS. duplici manu charact. Rabbinico, saec. circiter XV. in 4. Constat foliis 94.

CODEX L.

תולדות אדם

PHYSIONOMIA.

„ 50. Generationes Adam. Liber de Chiromantia. Impr. in 4. Hebr. *Langius.*

„ L. ספר תולדות אדם Generationes A- „ dam. Codex impr. in 4. apud *Vincen-* „ *tium Contem. Cremonae* an. 1556. Chiro- „ mantiae, atque Physonomiae ineptias com- „ plectitur. *Catal. Montf. ex autogr.*

Hoc opusculum, quod a *Bartoloccio* reticetur, *Wolf.* refert Vol. I. p. 163. n. 253 sed hanc nostram editionem non vidit; ibi enim legitur: „ *R. Elias ben Mosche Galina* scripsit. „ תולדות אדם ex Gen. v. 1. *Generationes,* „ sive *Fata hominis*, ubi de Physiognomia & „ Chiromantia agitur. *Venet.* & *Amstel.* 418. „ Chr. 1658. Volumine autem III. p. 105. n. eodem, aliam addit editionem, sc. *Offenbaci* 475. C. 1715. Nostra probe in *Catal. Monf.* relata notam impressionis habet charactere & lingua Hebraica ac Latina, & haec est CREMONAE APVD VINCENTIVM CONTEM M. D. LVI. Ad Libri caput in duobus primis foliis Tabulae IV. expressae cernuntur, quarum primae tres, manum hominis cum suis signis & lineis repraesentant: quarta vero in XII. quadrata divisa circa Signa caelestia.

Cod. Hebr. chart. impr. ut supra, charact. Rabbinico, in 4. min.

CODEX LI.

ספר המולדות

LIBER MOTVS LVNAE ET SOLIS.

„ 51. „ De Motu Solis & Lunae, cum Tabulis Astronomicis. MS. 4. Hebr. *Langius.*

Illi, qui concinnarunt supradictum Catalogum, longe a veritate aberrarunt quando adfirmaverunt, Auctorem *R. Gamalielem* fuisse de familia *Aba*; *Aba* enim hoc loco, idem est

est ac nomen *Pater:* quod a principio primi Operis huius Codicis elicitum fuit tali pacto: אמר רבן גמליאל כך מקובלני מבית אבי אבא idest: *Dixit Raban Gamaliel: sic mihi traditum fuit a Familia Patris patris mei*, sc. *a meo Avo paterno*. In hoc Opere traduntur Regulae pro constituendis exacte neomeniis, sc. principiis cuiuslibet mensis; atque adeo exhibentur plusquam xxx. Tabulae.

II. p. 21. de Motibus Solis & Lunae, item cum suis Tabulis Astronomicis num. 80. Auct. est *R. Iacob* bar *David* bar *Iom Tov*. De eo verba facit *Bartoloccius* T. III. p. 341 seq. ubi dicit, eum elucubrasse *De Astronomia* luculentum Tractatum: & *Wolfius* Vol. I. p. 586. n. 1030. Ad calcem pag. 76. *b.* legitur haec subscriptio: אני הצעיר רפאל שלמה הכהן יצ״ו בכמ״ר יעקב הכהן זלה״ה מפראטו כתבתי הלוחות האלה עם פירושם לגבירי הנעלה כמ״ר יחיאל נסים יז״וא בן החסיד העניו כמה״ר שמואל זצ״ל מפיסא ה׳ יזכהו להגות בם הוא וכל זרעו אחריו וחפץ יי׳ בידו יצלח א״כיר Ego minimus *Raphael Salo-* „ *mon Cohen*, me Deus adiuvet fil. *Iacobi* „ *Cohen* b. m. Pratensis scripsi has Tabulas „ cum suis Commentariis pro meo Domino „ illustri *Iachiel Nissìm* Deus illi suum prae- „ stet auxilium, fil. pii & humilis Domini „ *Samuelis* b. m. e Pisis. Deus faciat illum „ dignum, ut studeant in eas ipse, & fi- „ lii ipsius post eum, & voluntas Domini in „ manu eius dirigatur. (ex *Isaia* cap. x. „ 53.

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico saec. xv. in 4. min. Constat foliis 80.

CODEX LII.

הגיון מיסיר ליאן

DIALECTICA LEONIS.

„ 52. LOgica quaedam Abrahae Leonis. „ MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ LII. מכלל יופי seu ספר הגיון Dialecti- „ ca Domini Leonis. Commentarius in Or- „ ganum Aristotelis. Cod. Hebr. MS. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus exterior est הגיון מיסיר ליאן Highaòn Miser Lion. *Dialectica Messer Leon*, sc. *R. Iehudae Mantuani*, cognomento *Meßer Leon*; at proprius titulus huius Libri, ut interius ad caput eiusdem legitur, est hic מכלל יופי Michlal Iophi. *Perfecta pulchritudo*: „ idest *Logica*, (inquit *Wolfius* Vol. III. p. 333. n. 752. 3. „ quam *R. Iacob Aboab* testatur con- „ stare duabus partibus, octo portis & 91. ca- „ pitibus. Exemplar ipsum an. 262. Christi „ 1502. exaratum est. De hoc Auctore, ipsiusque operibus dictum est supra pag. 5. in recensione Cod. LVII, Pl. I. & pag. 110. in recens. Cod. V. pl. III. Noster hic Codex cum superiore a *Wolfio* relato concordat; dividitur enim in VIII. Portas, seu Tractatus, atque in LXXXXI capita, quorum Elenchus habetur in principio. Opus vero p. 5. praemissis sex versiculis in libri laudem. Inc. אנכי את לבבי des. autem pag. 129. *b.* ביתר המינים

Sequitur deinde haec amanuensis subscriptio: ועד כה עזרני ה׳ להשלים זה החבור נפלא התועלת וההדור וכולל ב׳ חלקים ח׳ שערים צ״א סימנים וכ״ג פרקים וכמו רס״ב בין שרשים וכללים והתחלתו היתה ביום ג׳ י״ו בטבת ר״יד והשלמתו ביום ה׳ י״ח בשבט ר״יד יש״ו וי״ת שם האל לעד ולנצח נצחים ותכל עבודת הקדש מלאכת ההגיון

אמן שחברו החכם הכולל הפילוסוף האלהי כבוד מורינו הרב ר׳ יהורה המכונה מסיר לאון י״ץ בכמ״ר יחיאל הרופא ישר״ו וכתבתי אני נתן ישל״ו בכ״ר מררי זלה״ה כאן בעיר אנקונר לחביבי מ״ר אברהם בכ״א יואב פנצי ישר״ו מריקנטי היום יום ד׳ כ״ג בכסליו שנת ארי״ה לפרט ה׳ יזכהו להגות בו ובשאר ספרי הקדש הוא וזרעו וזרע זרעו ויקים בו מקרא דכתיב לא ימוש ספר התורה הזה מפיך והגית בו יומם ולילה עד סוף כל הדורות אמן סלה ועד · לישועתך קויתי ה׳ „ Hucusque auxiliatus est mihi Deus ad per- „ ficiendum hoc Opus utile & pulchrum, „ & continet duarum partium octo Tracta- „ tus, Sectiones LXXXXI. & Capita XXIII. & „ fere CCLXII. promiscue radices & regulas, „ & eius initium fuit die Martis XVI. *Te-* „ *vèth* (i. Decembris) anno 214. Christi 1454. „ & finis die Iovis 18. Scevath (i. Ianua- „ rii) eiusdem anni. Laus sit Deo in saecu- „ la saeculorum. Amen. Et expletus fuit „ labor, huius sacri operis, elucubrati a sa- „ piente universali Philosopho divino, hono- „ rando magistro nostro *R. Iuda*, cognomine „ *Meßer Leone*, Fil. *R. Iachielis Medici*: vi- „ vat annis multis, & ego *Nathan* scripsi, „ Fil. *R. Merari* b. m. hic in civitate *Anco-* „ *nae*, pro meo amico *R. Abraham* fil. *R.* „ *Ioab Phintzi* de Recanati hodie fer. 4. „ XXIII. *Chislev* (i. *Novembris*) anno 216. ad „ supputationem minorem (Christi 1456.) „ Deus dignum eum faciat, ut meditetur „ in hoc libro, & in aliis sacris libris, ipse, „ & Filii sui, nec non Filii Filiorum suo- „ rum, & impleatur in eo illud *Iosue* c. 1. „ v. 8. *Non recedat Volumen legis huius ab ore* „ *tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus* „ ex *Iosue* c. I. v. VIII.) usque ad finem „ omnium generationum. Amen, *selà*, in ae- „ ternum. *Salutare tuum expectabo Domine* „ (ex Gen. cap. XLIX. v. VIII.)

II. p. 130. *b.* Principium Commentarii in librum בחינת עולם Bechinàth ñgolàm. *Examen mundi R. Iedaia Happennini*, elaborat. ab eodem *Messer Leone*. Praeponitur Epistola Auctoris cuidam Discipulo *Emmanuelis Chai* quondam *Vzielis Azriel* de *Camerino*. Inc. בספר ההקש ממנו des. incomplete אמר ליאון

Li-

Liber *Iedaaie* recensetur a Bartoloccio T. III. p. 6. & a Wolfio, Vol. I. p. 401. seqq. num. 677. & huius Commentarii quamvis imperfecti ab hoc *R. Iuda* elucubrati, nemo meminit, quod sciam. De *Iedaaiah Happenini* V. quae supra dicta sunt pag. 73. & 89.

Cod. Hebr. chart. MS. charactere rabbin. Saec. xv. & anno superius enunciato in 4. Constat foliis 141.

CODEX LIII.

ספר תבונה

LIBER ASTRONOMIAE.

„ 53. PArs Avicennae MS. Heb. *Lan-* „ *gius*.

„ LIII. ספר תבונה Liber intelligentis. Ta- „ bulae Astronomicae. *R. Iacob* ben *David* „ ben *Gerson*. Cod. Hebr. MS. in 4. in per- „ gameno, suppletus alia manu sub initium. *Catal. Montf. ex autogr.*

Titulus interior est ביאור לוחות בן גורון Biur Luchòth ben Guròn, *Commentarius Tabularum filii Guròn*. Tabulae sunt in totum LXXV. circa quas Auctor Hebraeus dicit in principio, se invenisse apud quendam exterum alterius gentis, librum, attributum *R. Iacob* fil. *David* ben *Guròn*, in quo continebantur diversae Tabulae ad cognoscenda facili methodo Novilunia, Plenilunia, & Eclipses: quae Tabulae scriptae fuerant lingua vulgari (Hebraei volunt hanc esse *Hispanicam*) ex qua dictus Auctor in Hebraicam linguam transtulit; & confecit hanc collectionem faciliori regula pro annis XXXI. quarum prima indicat annum 361. C. 1601.) ex quo arguitur hoc opus elaboratum fuisse eodem anno, sc. sub initio saec. XVI. Hae Tabulae XXXI. in principio Codicis occurrunt, h. e. p. 5. *b.* & seqq. Reliquae XLIV. usque ad num. LXXV. succedunt a pag. 21. ad pag. 40. *b.* relicto vacuo fol. 32. Inc. Comment. באופן ראה זה מצאתי des. in p. 14. הנזכר In fine habetur Fragmentum *Anonymi*, IX. versibus comprehensum: in quo invehit. primo in *Auctorem Alarum*, de quo dictum est supra in recensione Codicis XXX. num. II. deinde in Auctorem praesentis Operis; eo quod ambo glorientur, se invenisse regulas omnium facillimas ad conficiendas Ephemerides seu Kalendaria, quum ex eius sententia id verum non sit. Sed hoc argumentum, statim sub initio suspensum, probationibus caret.

Cod. Hebr. chart. & membr. [VIII. enim ultima folia membranacea sunt] MS. charact. Rabb. saec. XVII. in 4. min. Constat foliis 44.

CODEX LIV.

פרקי אבוקרט

APHORISMI HIPPOCRATIS.

„ 54. APhorismi Hippocratis cum Com- „ ment. MS. 4. Hebr. *Langius*.

„ LIV. פרקי אפוקרט *Aphorismata Hippo-* „ *cratis*, cum Commentario *R. Iudae* ben *Sa-* „ *muelis*, ex Arabico in Hebraicum conver- „ sa ab eodem *Iuda*. Cod. Hebr. MS. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

אבוקרט & איפוקראט *Abukrat* & *Hippokratt* pro *Hippocratis* nomine; utroque modo apud Hebraeos usurpatum reperimus. V. *Bartoloccium* T. I. p. 7. & 99. qui primo loco dicit, *Aphorismos cum Commentariis Hebraicis* esse in Bibliotheca Caesarea MSS sed Commentatoris nomen reticetur. Incertum est, an *R. Iudas ben Samuelis* fuerit iuterpres, non ex Arabico, sed ex Latino, ut ex dicendis apparebit, in Hebraicum horum *Hippocratis* Aphorismorum cum sui ipsius Commentario, ut in *Catal. Montfaucon.* asseritur; quum hoc nomen legatur adpositum diversa manu ante principium; unde suspicandum videtur, esse potius possessoris nomen, quam interpretis. In hac versione dividitur totum Opus in VII. Partes, cum suis Capitibus, videlicet: habet I. capp. 25. II. 54. III. 31. IV. 82. V. 71. VI. 59. VII. 59. quorum Index repositus est ad calcem Codicis. *Fabricius* Biblioth. Gr. T. I. in VIII. Sectiones, seu Partes dividi Aphorismorum librum affirmat; at VIII. Sectio, 18. Capp. constans in sequenti pag. reiicitur; quippe quae adiectitios complectitur. Numerus autem Capitum huic nostro non respondet, vel VIII. Sectione remota; ibi enim sunt 414. in nostro Cod. vero, 381. In Commentarii fine testatur Auctor omisisse quatuor, vel quinque capita, quae duplicia erant: itemque aliquot capita, inventa in quibusdam versionibus, quae non erant in Latina editione, & inutilia reputabantur. Inc. על כל ברכה ותהילה des. אחר אשר נודע סלה אמן

Cod. Hebr. chart. MS. charact. Rabbinico saec. XV. in VIII. oblongo. Constat foliis 69. Folia 65. *b.* & 66. *a.* vacua sunt.

C O-

CODEX LV.

ספר מאמרות

PRAEDICAMENTORVM ARISTOTELIS.

„ 55. CAtegoriae Ariſtotelis, & alia Lo-
„ gica eiuſdem, traducta ab *Eben*
„ *Raſchad*, MS. in 4. nitide Hebr. *Langius*.

„ LV. ספר המאמרות *Ariſtoteles de Prae-*
„ *dicamentis*, cum Commentario *Aben Raſcèd*,
„ *Averrois*. In eodem Volumine ספר ההיקש
„ Eiuſdem Organum, & ספר המופת Com-
„ pendium Topicorum, Auctore ben *Ca-*
„ *sfai*. Sequitur eiuſdem Summa Elencho-
„ rum, Libri Rhetoricorum *Ariſtotelis*, cum
„ Commentario *Averrois*. Nota Librarii: *Ex-*
„ *plicit interpretatio Comment*: ben Raſcèd
„ *in Lib. Rhetoricorum*, per *Leonem* ben
„ *Ioab Amuri*. Compendium libri de Caelo
„ & Mundo. Cod. Hebr. elegantiſſime ſcri-
„ ptus in pergameno in 4. *Catal. Montfauc. ex autogr*.

Praeſens Codex ſic ex propriis titulis deſcribendus videtur.

I. p. 1. *b.* ספר המאמרות לאריסטו ביאור אבן רשד Sepher Hammaamarròth le-Ariſtò. Biùr Aben Raſciàd. *Liber Categoriarum*, ſeu *Praedicamentorum Ariſtotelis*, cum *Commentario Aven-Raſciàd*, i. *Averrois* cum Scholiis novae manus ad marginem. Hoc idem Opus cum Commentario deſcripſimus ſupra in Cod. XXXII. num II. huius Plutei; at ut ibidem dictum fuit in num. I. Commentarius *Averrois*, in Compendium redactus a *Porphyrio* fuerat; unde haec praeſens Expoſitio, & aliae omnes quae ſequuntur in *Ariſtotelis* Opera, cum Philoſophi textu concordant; ſed in Commentario differunt, aliique occurrunt, qui alterius ſunt Auctoris, ut videbimus, adeoque hactenus ignoti. Initium & finis huiuſce Operis reſpondent relatis in ſupradicto Cod. XXX. pag. 155. col. 1.

II. p. 19. ספר ההקש לאריסטו Sepher Haheckèſc le Ariſtò. *Liber Analyticorum Ariſtotelis*, cum Commentario, ab eo alterius Codicis diverſo. Inc. אמר אריסטו׳ בספר ההגיון def. האחד כפי הטבע

III. p. 32. קצור ההקש לאבן כספי Kizur Hahekèſc le Aben Chaſpì. *Compendium Libri Analyticorum filii Caſpì*. Hic *Filius Caſpì* appellatus fuit *Ioſeph*. Illius meminit *Bartoloccius* T. I. p. 4. & T. III. p. 811. ubi eius nomen ſic effert „ *R. Ioſeph Aben Caſpì*, „ cognomento *Barcellonius Catalonenſis*. Multa ipſius ſcripta tam ab hoc Bibliographo, quam a *Wolfio* Vol. I. p. 542. num. 917. Vol. III. & IV. eodem numero recenſentur; ſed hanc Philoſophicam materiam, in genere tantum commemorant. Initium idem eſt, ac in citato Codice., ſc. אמר ראוי שנתחיל תחלה Finis vero differt, & eſt בדברים החמורים

IV. p. 49. *b.* קצורי ספר המופת לאבן כספי Kizurè Sepher Ammophèth le-Aben Caſpì. *Compendium Libri Topicorum filii Caſpì*. Initium item idem eſt, ac in praefato Cod. אמר כל למידה finis autem diverſus, deſ. enim בהקשים המופתיים

V. p. 58. *b* קצורי ספר ההטעאה לאֿכ Kizurè ſepher aatañgaà le-Aben Caſpì. *Compendium Libri Doli*, i. *de Fallaciis*, *Filii Caſpì*. Auct. *Ariſtotele* cum Commentario filii *Caſpì*. Inc. אמר ראוי שנדבר def. בכל אשר תעשה

VI. p. 62 ספר מליצה Sepher Melitzà. *Liber Peribermenias*, ſeu de *Interpretatione*. Idem eſt, ac in Cod. XXXII. relato, ibique reperitur ſub n. III. & cum eodem in principio & fine concordat. Liber hic abundat Scholiis ad marginem. In fine h. e. p. 81. *b.* haec adnotantur. נשלמו ביאור העניינים שכללם אבן רשד בספר המליצה על ידי ליאון בכה״ר יואב אמורי מב״ע ב׳ר׳ד׳מ׳ע׳ב׳ כ״ד ניורו ק״ג
„ Expletae ſunt Expoſitiones Sententiarum,
„ quas in compendium redegit *Averroes* in
„ Libro *Ariſtotelis* de Interpretatione per
„ manum *Leonis* fil. *Ioab Amorì*. Hic forte fuit *Amanuenſis*.

VII. p. 81. *b.* Enarratio de Argumentis Philoſophicis: cui poſt finem, & in duabus pagg. 84. *b.* & 85. *a.* aliae recentiori manu adiectae ſunt formulae ea conficiendi, & in pag. 87. *b.* aliae eiuſdem farinae repoſita ſunt.

VIII. p. 83. *b.* קיצור ספר השמים והעולם Kizur Sepher aſciamaìm ve-Añgelàm. *Compendium Libri de Caelo & Mundo*, ex *Ariſtotele* abbreviatum, forte ex eodem *Averroe*. Inc. כללי ספר השמים והעולם לארסטו כוונתו אלו נעשה ואין לו לובש def. בזה הספר

Cod Hebr. membr. MS. charact. Rabbin. eleganti & minio in titulis exornato ſaec. XV. in 4. Conſtat foliis 87.

CODEX LVI.

ספר השמע

LIBER PHYSICORVM ARISTOTELIS.

„ 56. PHyſica Ariſtotelis traducta ab eo-
„ dem *Raſchad* in 4. Hebr. nitide *Langius*.

„ LVI. ספר השמע והטבע Libri de Phyſi-
„ co Auditu. Cod. Hebr. antecedenti ſimi-
„ lis

„ lis nitidissime scriptus in membr. in 4. *Catal. Montf. ex autogr.*

Varia Aristotelis Opera, ab *Averroe* Commentariis inlustrata, & ex Arabico in Hebraicum versa a *R. Mose* ben *R. Samuel* ben *Tybbon*, quae in Codice continentur, sic ex eorum ordine recensemus.

I. p. 1. ספר השמע הטבעי Sepher asciemang Attivngi. *Liber Physicae Auscultationis*. Liber & sequentes Philosophici Libri usque ad num. VI. Auctorem habent *Aristotelem*, Commentatorem vero, seu potius Abbreviatorem *Averroem*. Inc. אמר החכם הגדול def. מניע נצחי אבן אלוליד בן רשד

II pag. 34. כללי ספר השמים והעולם אלרסטוטילים Chelalè Sepher asciamaìm veangolàm le Aristoteles, *Compendium libri de Caelo & Mundo Aristotelis*. Inc. כוונתו בספר הזה def. p. 54. *b*. בעלי התחבולה לא יטבעו succedit in eadem pag. brevis enarratio de *Scientiarum diversitate*. Incerto Auctore.

III. p. 55. ספר ההויה וההפסד Sepher Hahavaiàh vehahephsèd. *Liber de Generatione & Corruptione*: Inc. כונתו בזה הספר def. שישוב הפרט Deinde legitur hanc versionem ex Arabico in Hebraicum factam fuisse a *R. Mose* fil. *R. Samuelis* ben *Tybbon* Granatensi Hispano.

IV. p. 63. *b*. ספר האותות העליונות Sepher ahothòth angelionoth. *Liber Signorum supernorum*, i. *Meteororum*. Inc. כוונת לזכור def. ולפני בעלי חיים כל ספר

V. p. 89. *b*. ספר החוש והמוחש Sepher Hachùsc Vehammuchàsc. *Liber de sensu & sensibili*. Inc. בעבור שדבר אריסטו def. בחכמה הזאת

VI. p. 107. *b*. כללי ספר הנפש לאריסטו Chelalè Sepher Hanephesc loaristo. *Compendium Libri de Anima Aristotelis*. Inc. הכונה בספר החוש def. pag. 129. *b*. בכאן שנביא נשלם ספר הנפש והמוחש Deinde legitur לאבן רשד i. *Explicit Liber de Anima Averrois*.

VII. p. 130. זה לקוח מספר שער השמים לרבי גרשם Ze lachuàch misepher Sciangar asciamaim le Rabbì Ghersciòn. *Hic extractus fuit ex Libro Portae Caelorum R. Ghersciòm* [fil. *Salomonis de Catalonia*] ut ait *Bartoloccius* T. I. p. 733. & *Wolfius* Vol. I. p. 285. seq. Inc. וכל ישראל חברים אמן def. גדר החלום

VIII. p. 143. *b*. זה לקוח מהצעת אבונצר למה שאחר Ze lachuàch meazangàth Abunazàr le masceachàr. *Hic excerptus est ex explicatione Abunazar in Metaphysicam* (scil. *Aristotelis*. Inc. אתחיל ואומר def. מן האחדות

Cod. Hebr. membr. MS. charact. Rabbin. elegantissime, saec. circiter XV. cum nonnullis scholiis ad marginem, eodem charactere, sed minori forma, in 4. Constat foliis 155.

CODEX LVII.

ספר רפואה

LIBER MEDICINAE.

„ 57. MEdica quaedam MS. in 4. Hebr. „ *Langius*.

„ LVII. ספר הרפואה. Liber Medicus. Cod. Hebr. MS. in 8. *Catal. Montf. ex autogr.*

ספר רפואה Sepher Rephuà. *Liber Medicinae*. Liber est Medicinalium Praescriptionum, seu Formularum Collectio ad varia medicamenta conficienda, Incerto Auctore. Collector, sive Scriptor multa spatia reliquit in paginis, pro exscribendis additionibus, ut puto: & quidem nonnullae iam alia manu exaratae fuerunt, inter quas etiam aliquae Italico sermone, sed externo dialecto, expositae inveniuntur. Cod. Hebr. & Ital. chart. scriptus charact. Rabbin. a diversis manibus, saec. XV. XVI. & XVII. in 4. Constat foliis 80.


PLVTEI LXXXVIII. FINIS

Errata corrigenda a Pluteo III. ad finem.

P. 107. c. 2. v. 8. def. דסייען
p. 109. c. 2. v. 2. l. *Nothethia Heesi*. ibi v. 22. l. *subrepsisse*.
p. 110. c. 1. v. 32. l. XIII.
p. 118. c. 1. v. 17. l. *Tabernaculum*.
p. 120. c. 2. v. 47. l. *additamento*.
p. 124. c. 2. v. 14. l. *Novellae*.
p. 159. c. 2. v. 36. l. *Vicarium*.

Porta Vestibuli Biblioth. Laur.

Brach. III. Flor.




Fenestrae exteriores Biblioth: Laur.

Brach III. Flor.



ospectus Vestibuli cum Scala, qua in Biblioth. Laur. adscenditur

Brach. VI. Flor.



Tab. IIII


Pars lateralis Vestibuli Biblioth. Laur.


Brach. V. Flor.



Facies interior Biblioth. Laur.

Brach IV. Flor.







Fenestrae Laterales interiores Biblioth. Laur.
Brach. V. Flor.



...estrae Vitreae
...blioth. Laur.


Brach. I. Flor.



















...earc et pavimentum Biblioth. Laur.












Plutei Biblioth. Laur.



Bruch. I. Fior.

BIBLIOTHECAE MEDICEO-LAVRENTIANAE CATALOGVS

TOMVS SECVNDVS

CODICES GRAECOS COMPLECTENS.

IN XXVI. SYRIACAS TABVLAS
IN CAPITE CODICIS LVI. PLVTEI I.
HVIVS BIBLIOTHECAE
P O S I T A S
A N I M A D V E R S I O N E S.





Uum in hoc antiquissimo praestantissimoque Orientalium omnium Bibliothecae nostrae Codice, in quatuordecim membranaceis foliis, praeter undeviginti Canonum Harmonicorum *Ammonii* & *Eusebii* Tabulas, nonnulla Novi Testamenti facta depicta repraesententur, elaborata (ut videtur) eodem tempore, ac illius Codicis Scriptura, saeculo videlicet VI. easque Tabulas aëre incisas, à Doctissimo Clarissimoque Viro *Stephano Evodio Assemano*, Apameae Archiepiscopo, in suo Catalogo Orientalium MSS. Codicum, tum huius Bibliothecae, Hebraicis exceptis, tum omnium Mediceo-Palatinae, exhibitas habeamus; iterum illas incidendas existimavi, atque in mei Catalogi commodiorem usum transferendas: idque ea tantum ratione, ne XXVI. Tabulae, foliis maioribus impressae, complicandae forent, adeoque facilem librorum compactionem impedirent: ac praeterea primi caelatoris menda corrigerem, & aliquot defectus supplerem: ac simul ea, quae non sunt omnibus obvia explicarem. Itaque

Tabula I. pag. 1. Vndecim Apostolorum consessum exprimit, ad alterum Apostolum in Iudae Proditoris locum substituendum. Huius consessus ornamentum, sicut & aliarum Tabularum, paucis exceptis, iis, quae Ciboria antiqui Christi-Fideles nuncupabant, simile est: eiusdemque formae Altaria quaedam adhuc exstare Romae notum est; exstructa sunt enim duabus columellis, quandoque etiam pluribus, ordinatim dispositis, ad arcuatum opus fulciendum. Locum, in quo Apostoli sedent, Coenaculum indicare non dubitarem; namque in eo convenerunt post Domini Nostri Ascensionem in Caelum; ac lampades appensae huiusmodi stationem significant. Mons vero prope ingressus, sparsus floribus, fortasse a pictore delineatus fuit pro Monte Oliveti, qui prope erat Ierosolymis. Tempore autem verno haec acta sunt. Apostolorum ordo in sedendo elicitur ex appositis unicuique nominibus propriis: quorum nonnulla carie consumta, haud probe intelliguntur. Attamen secundum, adpositos numeros ea esse videntur. I. *Petrus*: & is non tantum ex nomine bene servato, quam ex dexterae elevatione, quae virum loqui incipientem, vel si-

filentium indicentem praefert, dignofcitur. II. *Iudas* effe videtur, licet illi nomen appofitum non fit; nam ceteri Apoftoli fuo nomine notantur; inter quos hic unicus deeft. III. *Iacobus Alphaei*. IV. *Tholomaeus*, relicto *Bar* (quod eft notandum) nam deinde cognomen, factum eft nomen proprium: appellatufque fuit *Bartholomaeus*. V. *Andreas*. VI. *Iohannes*. VII. *Philippus*. VIII. *Matthaeus*. IX. *Simon*. X. *Iacobus* Fil. *Zebedaei*. XI. *Thomas*. *Simonis* & *Iacobi* nomina incerta funt; nam Scriptura evanefcens non finit aliquid certi affirmare. Duo viri, ftantes in medio, ac Petrum refpicientes, numerifque XII. & XIII. obfignati funt. *Iofeph Barfabas*, feu *Bar-Sabae*, & *Mathias*; Scriptura vero, quae inter ipfos & Petrum fuit exarata, Latine fic redditur: „ Neceffe eft, ut unus „ ex his viris, qui fuerunt nobifcum per hoc tempus totum, quo in- „ troiit & exiit inter nos Dominus nofter *Iefus*, ut ipfe nobifcum fit te- „ ftis Refurrectionis eius. - Et ftatuerunt duos, *Iofeph Bar-Sabae*, qui co- „ gnominatus eft *Iuftus*, & *Mathiam*: & cum orarent dixerunt: Tu Do- „ mine nofti, quod eft in cordibus omnium, oftende unum, quem tu „ eligis ex his duobus: & coniecerunt fortes, & afcendit ad *Mathiam*: „ & annumeratus eft cum undecim Apoftolis. Omnes induti funt tunica & pallio, fubcaerulei coloris, praeter quartum, nonum, & *Iofephum* qui rubiginei: cunctique nudis pedibus, foleas tantum geftant taeniis firmatas: accumbunt autem praeter quatuor more Orientali. *Mathias* & *Iofeph* calceos habent.

Tabula II. p. 1. *b*. In huiufce Tabulae ornatu Ciborium quatuor ftelis, auro minioque depictis, fornicem confimilem fulcientibus, exhibetur. Super eiufdem faftigium, duo Pavones hinc inde ab utroque latere fe fe invicem refpicientes vifuntur. Id avium genus, apud antiquos, diverfas συμβολικῶς res innuit: nempe Ver, atque etiam Poenitentiam, & Animi Immortalitatem: de quibus videndus eft perinfigne Opus, Cl. Eruditiffimique Praefulis *Ioh. Bottarii* Bibliothecae Vaticanae Cuftodis; cui titulus: *Sculture e Pitture fagre, eftratte da i Cimiteri di Roma, pubblicate già dagli Autori della Roma fotterranea: ed ora nuovamente date in luce, per ordine di N. S. Clemente XII. felicemente regnante. Tomo Primo. In Roma nella Stamperia Vaticana*. 1737. in fol. ibique item *Tomo Secondo*, *nella Stamperia di Antonio Roffi* 1746. ubi de praedictis tribus Symbolis agitur Tom. I. pag. 52. & Tom. II. pagg. 25. ac 121. atque hoc loco oftenditur, Pavonem Symbolum effe Immortalitatis, quod crederent antiqui ipfius carnes non putrefcere: & id probe quadrat Deiparae, eiufque Vnigenito. In medio hoc Ciborio ftat Virgo Mater fuper aureo fuppedamento, gemmis diftincto: atque Infantem *Iefum* brachio finiftro refupinum detinet, manumque ipfius pedibus fupponit: dextraque ad femur admota eum firmat ad pectus. Induta eft ftola talari claufa; fuper qua palla aperta defluit ad pedes, cuius fimbriae anteriores, auro refulgent: totum autem hoc veftimentum, fuperindumento quodam peculiari tegitur, undequaque claufo, atque procedente ufque ad media crura, quo ab utroque latere elevato, brachia educuntur, in Planetarum modum, antiquitus etiam feminis tributum, ut videre eft in citato Opere Tom. II. p. 77. ubi ad rem noftram narratur, quod *Iohannes* Diaconus in Vita *S. Gregorii Magni* de ipfius matre haec fcribat Lib. IV. cap. 83. *Sylvia candido velami-*

mine, a dextro humero taliter contra ſiniſtram revoluto, contecta, ut ſub eo manus tanquam de Planeta ſubducat. Color eſt carbaſinus, rubris, violaceiſque liſtis diſtinctus, ſimiliſque coloris velo capitis velamen, quod defluit ad humeros. Puer item tunica talari, caerulei coloris, ad lumbos praecincta, indutus eſt, ſtrictis manicis, & ad pectus manibus compoſitis. Dextrum pedem in Matris ſiniſtram manum inclinat: Pes nudus eſt ſolea tantum armatus cum taeniis. Pes in hac noſtra Tabula a caelatore fuit praetermiſſus. Virgo tamen caligas, ſeu crepidas habet rubei coloris: & tam Pueri, quam Matris capita nimbo aureo, & in extremitate caeruleo ornantur. Nimbum Virginis duplici fimbria circumdatur, quarum altera rubea eſt.

Tabula III. Duorum Virorum imagines, altera ſtantis, ambulantis altera, *Ammonium Alexandrinum* & *Euſebium Caeſareenſem* repraeſentant, ut epigraphe, ſuper eorum capita poſita, manifeſtum facit; primus enim inſpiciendus more orientali occurrit *Ammonius*, ſecundus *Euſebius*. Ambo induti ſunt tunica talari, caſtanei coloris; at *Ammonius* ſimilis coloris pallio, quo ſiniſtram manum occultat, dexteram proferens benedicit: *Euſebius* penula inſtar Planetae veſtitur, itemque benedicit, ac ſiniſtra Volumen detinet: uterque calceos habet, qui (quamvis inciſor in *Ammonii* ſiniſtro pede digitos delineaverit, celantur tamen) coloris ſunt albi, & caligas eſſe putarem, ſoleis inſtructas, nam taeniis ligatae aſpiciuntur: *Euſebius* vero eas habet nigras. Haec veſtium varietas utrum ſignificet variam *Euſebii* & *Ammonii* dignitatem; erat enim ille Epiſcopus; hic vero tantum Presbyter; alii videant. Sunt etiam ambo barbati, & pileolum in capite geſtant. Non alia de cauſa depictae hoc loco fuerunt hae duae icones, niſi in memoriam illorum auctorum, qui Harmoniam Evangelicorum Canonum confecerunt, quam in huiuſmodi Codicibus, Evangelicas Sectiones continentibus, tum Graecis, tum Latinis: ac etiam Aegyptiis, Arabicis, atque Syriacis, antiquitus apponi ſolemne fuit: ut in recenſione Codicum huius noſtrae Bibliothecae patebit. In Codice, quem prae manibus habemus a tergo huius Tabulae exarata fuit *Epiſtola Euſebii* ad *Carpianum*. In ea redditur ratio illius operis, adeo Evangelicae veritati utilis. *Ammonium* primo illud excogitaſſe manifeſtum eſt; id enim adfirmat B. *Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis* Cap. 55. itemque *Euſebius* in Epiſtola citata. „ Sed quid vetat (ut verbis utar Cl. *Ioh. Alberti Fabricii*, Biblioth. Graecae Vol. VI. pag. 96.) ipſam *Euſebii* Epi-
„ ſtolam, cum brevis admodum ſit, & in pluribus editionibus Bibliorum
„ & *Hieronymi*, in quibus Canones ipſi tamen leguntur, praetermiſſa,
„ hic infra ponere, una cum veteri Latina verſione? Ego vero hanc tantummodo verſionem afferam brevitatis gratia: quum Graecus textus loco citato videri poſſit. Ea igitur haec eſt.

EVSEBIVS CARPIANO
FRATRI IN DOMINO S.

„ *Ammonius* quidam Alexandrinus, magno ſtudio atque induſtria unum
„ nobis pro quatuor Evangeliis dereliquit. Namque trium Evangeliorum
„ ſenſus exceptos, omnes ſimiles contextus Matthaei Evangelio quaſi
„ ad

„ ad unum congeſtos, annexuit: ita ut eorundem, quantum ad tenorem
„ pertinet lectionis, ſequens iam ſtylus interruptus eſſe videatur. Verum
„ ut ſalvo corpore, ſive textu caeterorum hic Evangeliorum propria &
„ familiaria loca, in quibus eadem ſimiliterque dixerunt, ſcire poſſis,
„ ac vere diſſerere, accepta occaſione ex praedicti viri ſtudio, alia ra-
„ tione decem numerorum tibi titulos deſignavi; Quorum primus, qua-
„ tuor in ſe continet numeros, in quibus ſimilia ab univerſis dicta ſunt,
„ Matthaeo, Marco, Luca, Ioanne. Secundus, in quibus tres, Mat-
„ thaeus, Marcus, Lucas. Tertius, in quibus tres, Matthaeus, Lucas,
„ Ioannes. Quartus in quibus tres, Matthaeus, Marcus, Lucas. Quin-
„ tus, in quibus duo, Matthaeus, Lucas. Sextus, in quibus duo, Mat-
„ thaeus, Marcus. Septimus, in quibus duo, Matthaeus, Ioannes.
„ Octavus, in quibus duo, Marcus, Lucas. Nonus, in quibus duo,
„ Lucas, Ioannes. Decimus, in quibus ſinguli de quibuſdam proprie
„ ſcripſerunt. Et quidem ſubiectorum titulorum id eſt argumentum, clara
„ vero eorum narratio haec eſt. Etenim per ſingula loca Evangeliorum
„ quidam numerus videtur appoſitus, paulatim incipiens a primo, deinde
„ ſecundo, poſtremo tertio, & per ordinem librorum ad finem uſque
„ progrediens. Itaque, per ſingulos numeros ſupputatio, per lineae di-
„ ſtinctionem invenitur inſerta, ſignificans cui de decem titulis appoſi-
„ tus numerus aſſignetur. Veluti ſiquidem primum, certum eſt in pri-
„ mo. Si vero in ſecundo, & eodem modo uſque ad decem. Si igitur
„ evoluto uno qualicumque cum quatuor Evangeliis, cuilibet capitulo
„ velis inſiſtere & reſcire qui ſimilia dixerint, & loca propria agno-
„ ſcere ſingulorum, in quibus eadem ſunt prolocuti eiuſdem ſenſus,
„ quem tenes, relegens propoſitum numerum quaeſitumque eum in ti-
„ tulo, quem demonſtrat tituli ſubnotatio, continuo ſcire potes ex ſupra-
„ ſcriptionibus, quas in fronte notatas invenies: qui aut quot de his, quae
„ inquiris, ſimilia dixerint. Veniens etiam ad reliqua Evangelia per eun-
„ dem numerum, quem continent, videbis appoſitos per ſingulos nu-
„ meros, atque eos in ſuis, propriiſque locis ſimilia dixiſſe reperies.

Exemplum Harmoniae Literariae ex Harmonia Evangelica *Ammonii* in hiſtoriam Chriſti eiicentis vendentes & ementes de templo, praebet nobis *Sixtus* Senenſis Libro III. Bibliothecae Sanctae: ubi contextus ex dictis qatuor Evangeliſtarum, videlicet ex MATTH. Cap. 21. ex MARC. Cap. 11. ex LVC. Cap. 19 & ex IOHAN. Cap. 2. ſic afferuntur: „ IOHAN. Prope
„ erat Paſcha Iudaeorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam. MATTH. Et
„ cum intraſſet Hieroſolymam, commota eſt univerſa civitas dicens: Quis
„ eſt hic? Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus Propheta a Nazareth
„ Galileae. IOHAN. Et intravit Ieſus in templum Dei: & cum feciſſet
„ flagellum de funiculis, eiiciebat omnes vendentes & ementes in tem-
„ plo: oves quoque & boves, & numulariorum effudit aes, & cathe-
„ dras vendentium columbas evertit, & dicit eis: Auferte iſta hinc: &
„ nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. MATTH. MARC.
„ LVC. Scriptum eſt enim. Domus mea, Domus orationis vocabitur.
„ MARC. Omnibus Gentibus. MATTH. MARC. LVC. Vos autem feciſtis il-
„ lam ſpeluncam Latronum. MARC. Et non ſinebat, ut quiſquam vas tran-
„ sferret per templum. IOH. Recordati vero ſunt diſcipuli, quia ſcriptum

eſt

„ est: Zelus domus tuae comedit me. MATTH. Et accesserunt ad eum „ caeci & claudi in templo, & sanavit eos. LVC. Et erat docens quo„ tidie in templo. E regione huius Exempli Harmoniae Litteralis, *Sixtus* locat Exemplum Harmoniae Numeralis: deque ea hanc reddit rationem. „ Eusebius Caesariensis Ammonii studio excitatus, excogitavit & ipse no„ vam Harmoniae Numeralis rationem, ex solis numerorum notulis abs„ que ulla Evangelici contestus scriptura compositam. Primum siquidem „ consideravit, Ammonium singulos quatuor Evangelistas in multa ca„ pita dissecuisse, nempe *Matthaeum* in trecenta & quinquagintaquin„ que capita: & *Marcum* in centum trigintaquinque: *Lucam* in tre„ centa quadraginta quatuor: *Iohannem* in ducenta trigintaduo: dein„ de hos Capitulorum numeros, prout inter se diversis rationibus vel „ conveniebant vel differebant, alterum alteri opposuit, & in decem „ numeralium figurarum Classes, sive Tabellas, sive Titulos, quos Cano„ nes appellavit, eleganti ac perspicuo ordine digessit hunc in modum. „ Primus Ordo quatuor in se continebat numerorum series, indicantes „ loca sive Capita Evangeliorum, in quibus similia ab universis quatuor „ Evangelistis dicta essent, *Matthaeo* scilicet, *Marco*, *Luca* & *Iohanne*. „ Secundus continebat numeros Capitum, in quibus tres convenirent, „ *Matthaeus* scilicet, *Marcus* & *Lucas*. Tertius habebat numeros, in qui„ bus tres concordes essent, *Matthaeus* videlicet, *Lucas* & *Iohannes*. „ Quartus comprehendebat numeros Capitum, in quibus tres coirent, „ nempe *Matthaeus*, *Marcus*, & *Iohannes*. Quintus, in quibus duo, „ *Matthaeus* & *Lucas*. Sextus, in quibus duo, *Matthaeus* & *Marcus*. „ Septimus, in quibus duo, *Matthaeus* & *Iohannes*. Octavus, in qui„ bus duo, *Marcus* & *Lucas*. Nonus, in quibus duo, *Lucas* & *Iohan*„ *nes*. Decimus, in quibus singuli de quibusdam proprie scripserunt. Exhibetur deinde Figura huius artificii, quam praetermittimus; quum ex nostris Tabulis clare admodum ipsius usus innotescat. Sciendum tamen est, dissectionem Capitum Evangelicorum, ab *Ammonio* factam, peculiarem esse, non enim Capita Evangeliorum indicat, sed Capitum particulas quasdam, quas sectiones nominandas censuerim: & quae in antiquissimis Codicibus MSS. tum Graecis tum Latinis exactissime designantur in marginibus. Vt id evidentius demonstretur, en tibi quatuor Evangeliorum Capita:

Matthaeus habet Cap. XXVIII. *Marcus* XVI. *Lucas* XXIV. *Iohannes* XXI. Numeri vero sectionum iuxta *Sixtum* superallati, sunt:

Matthaei 355. *Marci* 135. *Lucae* 344. *Iohannis* 232.

Vbi advertendum, errasse forte Typographum in numero *Marci*, cuius Evangelio tribuit Sectiones 135. pro 233. ut infra videbitur.

Ego vero nonnullos Evangelistarios Codices, tum Graecos, tum Latinos, in hac Bibliotheca adservatos, recensui: atque ex his tres antiquiores elegi, in quibus quatuor Evangelia exarata sunt, cum Sectionum numeris suis locis ad marginem: & ex eis sequentes numeros ipsarum Sectionum exscerpsi, videlicet ex Codd. Graecis saec. XI. Ex Cod. XVIII. Plutei VI. *Matth.* 355. *Marc.* 233. *Luc.* 342. *Ioh.* 232. Ex Cod. XXIII. eiusdem Pl. *Matth.* 355. *Marc.* 237. *Luc.* 342. *Ioh.* 232. Ex Latinis vero: Ex Cod. XI. Pl. XV. *Matth.* 355. *Marc.* 235. *Luc.* 361. *Ioh.* 232. in quo Cod. praecipua

Ama-

Amanuensis diligentia, praeter sectionum numerum cuiusque Evangelistae exscriptum in margine, numerus Sectionum aliorum Evangelistarum, in quo ipsi concordant, eodem loco apponitur: & ulterius lineae rubrae ductae sunt ad versus, quibus eà loca includuntur. Deinde hac recensione collata cum his Syriacis Tabulis, non parvum discrimen interesse a me repertum est. Nam Sectiones *Matthaei* sunt 425. *Marci* 290. *Luc.* 426. & *Ioh.* 288. Et haec hactenus de Evangelica Harmonia.

Tabula IIII. p. 3. *b.* Praemissa *Eusebii* Epistola ad *Carpianum* de Harmonia Evangelica, succedunt X. Canones in XIX. Tabulas distributi; quod eorum nonnulli, utpote prolixiores, plures occupent Tabulas, sicut hic primus, qui tribus Tabulis continetur: in quibus quadruplex numerorum series continetur, ut enuncietur, quae ibi comparantur inter se quatuor Evangelistarum dicta. Itaque in hoc Ciborio, atque in aliis eiusdem rationis, infra quinque columellas, auro, diversisque coloribus discretas, quatuor spatia relicta fuere, pro numeris, qui partim atramento, partim minio sunt exarati. Ex columellarum epistyliis quatuor exsurgunt arculi, sub quibus quatuor Evangelistarum nomina scripta sunt. At haec nomina & numeri cum Latina versione, in praecedenti pagina exhibentur; vice tamen versa, nempe more occidentali. In medio testudinis concavo aurea parva Crux, aureo circulo, purpurea duplici fimbria, tum exterius, tum interius circumducta, cernitur; at in vertice ipsius testudinis vas caerulei coloris situm est: ad cuius latera duo frutices viridantibus foliis: & apud illos duo Volucres, rostro adunco. ac binis plumeis cornibus. ornatum caput. Primae Avis similis est: praeter plumarum, pennarumque colorem, qui est ferrugineus, caeruleo fusco permixtus. Huius speciei, in medio sinistro latere aliae duae aves super aliud vas stant, se seque invicem more columbarum spectant, in osculantium modum. Prima fere per totum hyacinthina, sed subnigra & sine cornibus: altera cornuta & rubiginea, excepta ala dextera, visui exposita, quam circumdat albedo. Forte Pictor pro hoc volucre illum expressit, qui in Sacra Scriptura דרור *Deror* appellatur: & est Turtur, seu potius Palumbus: de quo vide *Samuelem Bochartum de Hierozoicis* Lib. I. cap. VIII. Ad paginae calcem, ab utroque latere, hinc Capra seu Ovis summum fruticis florem, inde Cervus, herbam viridem depascentes. Ceterum de his, tam ad huiusmodi architectonicas figuras, quam ad earum ornamenta spectantibus hucusque dixisse sat erit; quum pleraque ad delineatoris placitum, ut arbitror, efficta fuerint, atque in sequentibus Tabulis recurrant. Deveniendum modo ad explicandas imagines, in unaquaque Tabula depictas. In hac igitur in superiori loco a latere dextro *Aaron*, tunica & pallio crocei coloris sed languidi vestitus, dextera manu sub eodem pallio latente; sinistra virgam frondentem tenet: & aperto pectore, inspicitur Rationale gemmatum. Caput ornatur tiara & nimbo: Prolixam habet barbam, pedesque nudos. Virgam *Aaronis* amygdalinam fuisse, atque una cum aliis duodecim eiusdem generis, iussu Domini, acceptas fuisse per *Moysen* ab unoquoque principe duodecim Tribuum Israel, atque obsignatas repositas in Tabernaculo foederis, ut sequenti die ea quae floruisset, indicaret quem Deus pro Sacerdotio elegisset, uti habetur Numerorum Cap. XVII. ubi vers. 4. legitur de eodem *Moyse*: *Sequenti die regressus invenit germinas-*

nasse virgam Aaron in domo Levi (i. pro eo, qui Tribum Levi repraesentavit) & *turgentibus gemmis eruperant flores*, *qui foliis dilatatis*, *in amygdalas deformati sunt* (h. e. *amygdalarum nova forma insigniti*.) In quodam *Pentateucho* Hebraico-Latino cum Adnotationibus, e Rabbinorum Commentariis excerptis, *Venetiis* in Officina *Iustinianea* 1551 in 4. impresso, ad ea verba *singulas virgas*, adnotatur: *Hae singulae virgae ab una & eadem fuerunt amygdalina arbore. Et quod sola Virga Aaron floruit*, *& fructum protulit*, *voluit Dominus hoc indicio & magno miraculo ostendere*, *omnes Israëlitarum Tribus alienas esse a Sacerdotio*, *nullamque idoneam*, *quae in sacris ministraret*, *praeter unam Tribum Levi*. Eandem Virgam asservari solitam in Arca Testamenti, testatur D. *Paulus* in Epist. ad Hebraeos Cap. IX. v. 4. ubi ait: *In qua Vrna aurea habens Manna*, *& Virga Aaron*, *quae frondυerat*, *& Tabulae Testamenti*. A latere sinistro delineatus fuit *Moises* in summitate Montis Sinai, excalceatis pedibus, ac tunica cinericia indutus, amplis manicis. Faciem avertit, ne respiciat contra Dominum: manus elevat, ac Tabulas recipit a manu, quae ex obscuro loco procedit. D. *Augustinus* de Fide & Symbolo Cap. VII. nos docet, antiquos Christianos vitasse sub quavis figura invisibilem Deum Patrem effingere, sicuti & Angelos sub humana specie. Vide de hoc more laudatum Opus *della Roma Sotterranea* T. I. pag. 71. In eadem dextera parte circa medium repraesentatur *Zacharias* thurificans Altare, atque ad ipsius cornu dextrum, Angeli *Gabrielis* adparitio, ipsi praedicens *Ioannis Baptistae* Nativitatem, ex *Elisabeth* uxore sua sterili ac sene, quae erat de filiabus *Aaron*, ut habetur *Lucae* Cap. I. Quare non abs re locatus fuit *Aaron* super hanc Evangelicam Historiam, ut scilicet Veteris & Novi Testamenti etiam in picturis quaedam concordia appareret. Insuper est sciendum, in hac Orientali Ecclesia, i. Syriaca, fieri ab antiquissimis temporibus peculiarem huius Adnuntiationis Commemorationem, ut in hoc Catalogo relatum est, pag. 46. col. 2. *Zacharias* tunicam cinctam habet, lata fimbria, forte aurea (color enim evanuit) in extremitate ornatam. Humeros & brachia cooperit ephod, clausum circa collum, simili fimbria circumdatum: apertum ante pectus; ex quo dexteram promit, qua thuribulum tenet. Quod hoc vas quadratam praeferat formam, delineatoris ingenio tribuendum, quod rotundam formam effingere ignoraverit; attamen ex tribus chordulis, quibus suspensum est, rotundum potius esse, quam quadratum arguitur. Dexteram quoque perperam caelator figuravit; nam pictor in autographo suis lineamentis ipsam circumscripsit. *Zacharias* barbam habet prolixam: & in capite pileolum, seu mitram, quamquam in ectypis etiam nostris caput apertum appareat; quod hae Tabulae fere omnes, ex praecedentibus impressis, & in *Assemaniano* Catalogo relatis, delineatae fuerint: neque ipse primo intuitu illas adeo exacte animadverteram, ut minutiores defectus inspicerem, sicuti, modo ipsis attente examinatis, inspexi. Angelus indutus est Alba ad lumbos praecincta, manicis tamen latis, unde dexteram cum brachio, usque ad cubitum nudo, elevat instar adloquentis & aliquid nuntiantis: pedis item dextri, qui solus inspicitur, ac tibiae pars extima, albo calceamento, digitis exceptis vestitur, taeniis circumquaque, in Socci speciem, ligato. Alae sunt expansae: capilli fascia obstricti: ipsumque caput nim-

nimbo ornatur, ſicut & caput Sacerdotis. Altare quadrata forma, & rubro panno cinctum cernitur, fimbria crocea in extremitate circumdatum, ex qua in angulis anterioris faciei duo rubei lemniſci pendent.

Tab. V. pag. 4. *Canon Primus*; ſic legitur Syriace ad Tabulae Caput; ſicut etiam in praecedente Tabula, & in ſequentibus; ac ſubintelligitur *ſequitur*. In dextro latere, prope ſummitatem, *Ioſue Barnun*, i. *filius Nun*, ut Scriptura teſtatur. Habitu militari eſt indutus, ſcilicet brevi tunica, lata zona praecincta chlamyde circa pectus & humeros circumvoluta, dehinc vero poſt tergum recidente. Calceamenta *ſandalia ſunt* (ut ait D. *Anſelmus* in cap. III. *S. Matthaei*) *quae ſubtus ſoleas habent; deſuper vero aperta & ligata corrigiis*; at haec ad medias tibias ſimilibus ligaturis ſeu faſciis diſcurrunt. Caput armatum eſt caſſide, ſuper quam vaſculum impoſitum exſurgit, flammam evomens. Siniſtra lanceam tenet, & dextram elevat in modum imperantis duobus maioribus luminaribus, quae ſuper caput eius exſtant, ad ipſius iuſsum inmobilia, ut legitur *Ioſue* x. 12. *Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Aialon. Steteruntque Sol & Luna*. E conſpectu *Samuel* Propheta, tunica caerulea, ac croceo indutus pallio. Pedes crepidis teguntur. Birretum item caeruleum caput cooperit ac genas, ſuperque humeros defluit. Pileolus eſt Sacerdotalis, ab Habraeis dictus מצנפת *mitznephet*, Summi Sacerdotis proprius, ex quo forte Pileolus Papae, quem *Camaurum* vocant; quum minores Sacerdotes מגבעות *Migbañgoth* utantur. Siniſtra manu ſuſtinet argenteum Cornu, parte craſſiore ſuperne verſa. Hoc equidem eſt Cornu Olei, quo ungebantur Reges; & quod *Samuel* iuſſu Domini ſecum detulit, quando proceſſit ad ungendum David; ut Regum Lib. I. Cap. XVI. 1. legitur: *Imple Cornu tuum Oleo, & veni, ut mittam te ad Iſai Bethlehemitem*. Cornu autem Olei ad huiuſmodi uſum ſervabatur in Tabernaculo. Regum Lib. III. Cap. 1. 29. *Sumpſitque Sadoc Sacerdos Cornu Olei de Tabernaculo, & unxit Salomonem*. Antiquiſſimis temporibus, etiam Ethnicos adhibuiſſe cornua, tum pro continendis liquoribus. & praeſertim Oleo, tum etiam pro ipſis metiendis, manifeſtum eſt. *Galenus, de Compoſitione Medicamentorum per genera*. Lib. VI. Cap. 7. pag. 257. G. Edit. Venetae apud *Iuntas* 1597. fol. *Ego ſane Olei libram Romae vocatam, quam per inciſuris diſtincta cornua metiuntur, ponderavi quandoque; diſcere cupiens, quantae gravitatis pondus contineret*. Hinc *Horatius*, Sermonum Lib. II. Sat. 2.

- - - - - - - - - - - - - - - Cornu ipſe bilibri
Caulibus inſtillat, veteris non parcus aceti.

Imo prima vaſa ad bibendum Cornua fuiſſe, teſtatur *Athenaeus* Deipnoſoph. Lib. XI. Cap. 7. pag. 476. edit. Lugdun. 1657. fol. ubi haec habentur. Τοῦς πρώτυς λέγεται τοῖς κέρασι τῶν βοῶν πίνειν. *Priſcos homines fama eſt, bovum cornibus olim bibiſſe*. Deinde refert tres Pindari verſus, qui quum faciant ad rem noſtram, heic eos me recitare non pigebit:

Ο'δάμαν δ' ἐπεὶ φῆρες δάεν ῥιπὰν μελιηδέος ὄινε
Ε'σσυμένως ἀπὸ μὲν λευκὸν γάλα κερσὶ τράπεζαν
Ε'νθεον αὐτόματοι δ' ἐξ ἀργυρέων κεράτων πίνοντες ἐπλάζοντο.

Po-

Posteaquam indomitae odorem vini suavem ferae perceperunt,
Magno impetu concitati mox candidum lac mensis repulerunt,
Atque ultro vinum bibentes argenteis cornibus petulantes lascivierunt.

De Corneis poculis, labiis argento circumdatis, insignis est locus *C. Iulii Caesaris*, Lib. vi. *de Bello Gallico* haud procul a fine, ubi *de Vrorum* Cornibus verba facit. *Vrus* est animal Hercyniae Sylvae peculiare: „ Animalia haec (inquit *Iul. Caes.*) sunt magnitudine paulo infra elephantos, „ specie & colore & figura Tauri. Magna vis est eorum & magna velocitas: neque homini, neque ferae, quam conspexerint, parcunt. Amplitudo cornuum & figura & species multum a nostrorum bovum cornibus differt. Haec studiose conquisita, ab labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur. Cornu itaque *Samuelis* argenteum videtur; nam quamvis tota haec imago, ut & aliae fere omnes, in his Tabulis depictae, prae vetustate obsoleverint, & decolores sint factae; attamen aliqua in ipso cornu refulget argenti particula adhuc superstes, ex qua argenteum fuisse adserere non dubitavi; quum etiam, ex adlatis exemplis in usu fuisse Cornua argentea, vel argento exornata inficiari nemo possit. Praetereo quod perspicuum est, ex pluribus Sacrae Scripturae locis, apud Iudaeos Vasa sacra, quae ad Dei cultum adhibebantur, & adservabantur in Tabernaculo, ac deinde in Templo; ex auro vel argento fuisse. Quod vero ex illo Cornu, tam in his Tabulis, quam in Codicis pictura, aliquid exundare videatur; nil aliud est, quam color Tiarae Aaronis in adversa Tabula IV. depicti: qui color, quum diu obclusus Codex permanserit, huius Cornu apicem inquinavit: quod animadverti potest etiam in aliis huius Codicis picturis. Ad utrumque latus Tabulae Harmonicae historiam quamdam sacram ita delineavit pictor noster, ut ab eadem Tabula aliquando dividatur bifariam: quod heic manifeste adparet, ubi Deiparae Adnunciatio repraesentatur; nam in dextero latere B. Virgo, in sinistro Angelus Gabriel adparet. Stat B. Virgo super suppedamento, gemmis distincto: cyclade talari & aperta induta, cuius anteriores oras fascia flava exornat: interius Stola induitur simili: exterius autem palla, quam brachiis, in antiquae Platenae modum, sustollit, ut in Tab. II. Color totius vestimenti ferrugineus rufus fuscus est. Velum eiusdem coloris, fascia alba ante frontem & circa genas distinctum, in humeros decidit. Nimbus aureus, fascia rubra circumdatus, caput decorat. Dexteram manum in benedicentis speciem profert: Sinistram sub pectus inclinatam detinet. Rubei calcei pedes vestiunt. A tergo posita est rubra sedes instar Episcopalium. Hanc sedem antiquissimis temporibus tributam fuisse Deiparae, ex veteribus sculpturis referunt viri docti: quare vide *Romae Subterraneae* iam laudati Praesulis *Ioh. Bottarii* Tom. I. Tabb. xxxvii. & xl. nec non earumdem Explicationes suis locis: cuius operis, quotiescumque deinceps in hac mea Dissertatione mentio fiet, illud huius Auctoris semper intelligendum est; non *Bossii* sive *Aringhii*. Ad sedis sinistrum latus super suppedamento locatum est vas, lato ore. Illius color omnino ferme deletus est, sed viridem fuscum fuisse affirmare non dubitarem. Retro sedem descriptus est prospectus Domus B. Virginis, flavo colore delinitae, cuius unicae fenestrae semiclausae pars adparet liminibus viridibus, postibusque dolatis, croceo-

ceoque colore linitis. Tectum acuminatum coloris est leucophei. Verba super caput Deiparae syriace scripta, id Latinae sonant: *Ecce ego Ancilla Domini*. Angelus vero a parte sinistra apertis alis rufis, succincta tunica cyanei languidi coloris, dexteram seminudam elevat in adloquentis modum: fascia capillos ligat (quod in incisione non exprimitur) nimbo item cyaneo caput habet ornatum. Sinistra virgam tenet: quod inspici posse in antiquis Musivis a Cl. *Ciampinio* refertur. Virga forsan est Nuntiorum insigne, caelestium praecipue, adeoque Angelorum; quum idem sit Nuntius ac Angelus. Neque abs re erit animadvertere, antiquos Ethnicos Nuntium Deorum, Mercurium, virgam, quam Caduceum adpellant, gestantem effinxisse. Sandalia in pedibus, eo modo colligata, quo supra dictum est, praefert. Verba super caput exarata haec sibi volunt: *Tibi plena Gratia*.

Tab. VI. pag. 4. *b*. Sequitur Canon Primus, qui in hac Tabula finem habet. A latere dextro in superiori loco *David* Propheta, tunica & pallio indutus rufo, cum calceis rosaceis. Dexteram benedicentem profert: Sinistra sustinet Citharam seu Lyram, quae, quum hic Codex fuerit a Bibliopego retonsus, sinistro latere caret; latus tamen dextrum, quod probe inspicitur (at perperam incisum) simillimam reddit illi, quae in *Romae Subterraneae* Tom. II. pag. 57. in Tabula I. Lyrarum descripta videtur, sub num. 9. & equidem ea est, sicut nostra, novem instructa chordis. E regione *Salomon* Rex in throno sedens, caeruleo striato opere affabre elaborato, super pulvinare roseo, & aureo suppedamento. Vestimentum simile est illi, quo patrem suum *David* indutum descripsimus: itemque dexteram profert sed apertam: Sinistra circulum quendam complicatum tenet, qui quod, de sub eius brachio exeritur, illius voluminis umbilicum crediderim, in ipsius elucubrationum signum. Vterque, tam Pater, quam Filius, nimbum aureum habent. In medio dextro latere Praesepe Domini Nostri Iesu Christi delineatum fuit. In praealta cista, ex tenuissimis asseribus compacta, & castaneo colore illinita, strato super ea rubro panno: fasciis albis involutus iacet divinus Infans. Adstat a dextris Ioseph, detecto capite observans eum, & dexteram elevans in admirantis modum. A sinistra, prope cistam ad Filii pedes sedet Deipara, similibus indumentis, ac in praecedenti Tabula, circumamicta. Hi tres decoratum nimbo caput omnes habent; at puero incisoris incuria omissum fuit; Neque Bos & Asinus inspiciuntur; sed, ut dixi, Codex retonsus fuit; ideoque in exteriori margine multa desiderari autumo. De antiquis Praesepibus Domini insculptis videnda est iam toties laudata *Roma Subterranea*, Tom. I. Tab. XXII. & Tom. II. Tab. LXXXVI. atque etiam Eruditissimi *Antonii Francisci Gorii Observationes in quatuor veterum Christianorum Monumenta, quae exhibent nati Domini Praesepe*, praemissae insigni Poemati *Actii Synceri Sannazzarii de Partu Virginis*, quod Etrusce vertit Comes *Ioh. Bartholomaeus Casaregius*. Ex adverso huius Praesepis delineatum est Baptisma, Iesu Christo a Iohanne collatum: ac videtur factum fuisse per immersionem: quod patet in Domini nostri effigie, quae nuda usque supra umbilicum immergitur aquis, stante Iohanne nudis pedibus, quorum dexter in terra est positus, sinistro super ripam elevato. Manu dextra summum tantum capitis verticem tangit (non coo-

cooperit totam frontem usque ad oculos, ut in aere scalptum fuit) atque id testatur antiquissimum ritum manus impositionis Ministri in hoc Sacramento conferendo. Vestitus est flava tunica albicante, quam sinistra suspensam tenet ad medias tibias. Spiritus Sanctus sub Columbae specie stat super Iesum: atque super Columbam manus e nube caerulea egrediens, in adnuentis speciem, quae dexteram Dei Patris significat, ut dictum est in recensione Tab. IV. & verba ab invisibili ore prolata commemorare videtur, quae sunt (*Luc.* III. 22.) *Tu es Filius meus dilectus: in te complacui mihi.* Inferius ab eadem parte Herodes Rex in peculiari throno sedet; est enim rotundus usque ad suppedamentum: in quo positum est subsellium, rusticano more fabricatum. Postergale rotundum viridis coloris est. Stant pone ipsum aulici duo, induti veste rosei coloris cum pileolo: eorumque pectoris pars nuda est. Super subsellio pulvinar rubrum stratum cernitur: Herodis autem indumentum est tunica brevis fulva, chlamide seu pallio violaceo, transversim adducto. Caput corona ornatur, non nimbo, qui stylo ferreo in huius Codicis membrana circumscriptus a recentiori manu fuit. Phaecasio albo, nigris taeniis colligato, pedes & crura vestiuntur. Infantium elata dextera imperat stragem: quam ex adverso exequitur carnifex. Hic, iam vulnerati pueri manu sinistra arrepto sinistro pede, ipsum pendulum tenet, gladioque elevato iterum transfigere parat. Mater adcurrens, filium eripere tentat, & ictum retinere. Carnifex brevi tunica rubra, femina ferruginea palla induuntur. Haec femina, utpote mater crines habet super occiput convolutos, iuxta antiquarum matrum morem, de quibus *Varro* de Lingua Latina sic loquitur: „ Matres familias crines „ convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt *titu-* „ *los*, sive ab eo, quod tuendi causa capilli fiebant, sive ab eo, quod „ altissima in urbe, quo est arx, ea res tutissima *tutulus* vocetur. Infans nudus sanguine manat, qui terram herbis virentem commaculat. Pro sanguine in aere descripti sunt flores: iique perperam. Matris a tergo alia mulier efficta fuit; sed tantum eius nunc superest caput: cetera Bibliopegi ferro abstulerunt.

Tab. VII. p. 5 Canon Secundus, qui in quatuor Tabulas distribuitur, in quo tres Evangelistae locuti sunt, & sibi conveniunt, scilicet *Matthaeus*, *Marcus*, *Lucas*. A latere dextro *Osee*, a sinistro *Ioël*, Prophetae. Ambo induti sunt tunica & pallio: *Osee* coloris hyacinthini albicantis: *Ioël* flavi. Sinistra volumen tenent; at illud *Ioëlis*, quod pictor non adumbravit, descripsit tamen, in impressione deest. Hic Propheta dexteram elevatam tenet: alter sub pallio. Vtrique nimbo aureo ornatur caput, & sandaliis pedes. Deorsum sub *Ioële* in medio margine Iesus Christus, & Virgo Mater, ad Nuptias Canae Galilaeae iam progressi, & miraculo conversionis aquae in vinum, repraesentantur velut adstantes. Christus indutus est tunica ex albo caerulea, & pallio leucopheo, quo fere tota tunica, & brachia teguntur. Caput detectum nimbus aureus circumdat: barbam habet & capillos, sed breves: atque sandalia in pedibus, eiusdem formae, in Tab. V. descriptae. Circa ea heic addere non renuo, quae luculenter advertit Auctor Explicationum *Romae Subterraneae* T. I. p 61. Christum scilicet (ut habetur *Marci* VI. 9.) *calceatos sandaliis* incedere iussisse Discipulos; quod iis calceamentis tunc temporis uteretur in Pa-

Palaestina infima gens, ut humilitatis excellentiam in ipsorum corde suo insinuaret exemplo. Mater, quae praecedit, fusca palla cooperitur, & exterius altera veste, iam in Tab. II. descripta, at heic est rosei coloris: ex qua dexteram profert. Roseo item velo cum alba fimbria caput tegitur: & rubeas crepidas habet in pedibus. Ex adverso duo famuli, tunica pariter rubea praecincti; sed eius, qui praecedit, in albedinem vergit, detecto capite, & sandaliis calceati, aquam in hydrias infundunt, quarum primae quatuor, in vinum iam conversam esse praeseferunt. Haec vasa sunt sex numero, ut Evangelicus textus enarrat, & etiam sunt albi coloris, quod indicat fuisse ex marmore. Sed de huiusmodi vasibus, quae scripsit P.D. *Augustinus Calmetius* in Comment. Evang. *Ioh.* Cap. 2. praestat referre: *Erant ibi hydriae sex positae &c.* Minuta haec, tam accu-
„ rate descripta, prodigii magnitudinem valde commendant. Modicum
„ vinum promere noluit Christus, ne errasse viderentur ministri, & con-
„ ditam antea lagenam aliquam protulisse. Neque etiam in vasis, vino
„ continendo destinatis, vinum producere voluit; ne quis criminare-
„ tur, vini faeces, odorem, vim, quae in vasis supererant, infusae aquae
„ odorem coloremque vini dedisse. Prodigium exhibuit in urnis sex am-
„ plissimis, quarum singulae binas ternasve metretas capiebant. *Metreta*
„ genus erat mensurae Atticum, vini libras nonaginta continens. Cum
„ vero Attica libra minor nostris esset, librae nonaginta libras Gallicas
„ sexaginta circiter conficiebant. Quamobrem metretae tres libras centum
„ & octoginta pondo habent: duae libras centum & viginti. Si ex hy-
„ dris sex ternas fuisse putas trium metretarum singulas, ternas vero
„ duarum, tota vini summa libras nongentas aequabit. *Agricola* metre-
„ tam centum librarum facit: alii quinque & viginti librarum. *Pellete-*
„ *rio* Rothomagensi metreta eadem est ac *bathus*, sive *epha* Hebraeo-
„ rum, triginta fere liquoris *pintas* capiens. *Plauto* metretae trecentae
„ sunt onus navis. Ita Iesus vinum suppeditavit convivis in totum nu-
„ ptiarum tempus, quod septem diebus producebatur. Hydriae huiusmo-
„ di ex lapide erant, scilicet ex quodam alabastri genere, seu lapide
„ ophiti, qui lapis cavatur facile tornaturque, ita ut ex eo vasa conti-
„ nendis liquoribus conficerentur. Huiusmodi lapidis & vasorum meminit
„ *Plinius*, & *Plinio* vetustior *Homerus*. Nostra adhuc aetate Hydriae
„ monstrantur in quarundam Ecclesiarum thesauris, quas in Canae nuptiis
„ fuisse aiunt. Nobilissima omnium est, quae in Monasterio Portus Re-
„ gii servatur. *Lancellottus*, qui de ea Dissertationem quandam scripsit,
„ editam in ipsius Chronologia apud Editionem Bibliorum *Vitrè*, illam
„ *pintas* duas fere & quinquaginta continere animadvertit, binas ferme
„ metretas, quarum capicitatem ad pintas fere sex & quinquaginta defi-
„ nit. Vas est ex lapide, seu marmore candido, polito, crassoque,
„ itaut vacuum etiam ab hominibus duobus aegre moveatur. Os Hydriae
„ satis patet, ut inserto brachio hauriri queat liquor. In altero illius
„ latere animadverti ego Hebraicum elementum *Caph*, primam etiam
„ literam vocis *Cad*, quae Hydriam sive Vrnam significat: sive *Bath*,
„ primam etiam literam vocis *Bath*, seu *Bathus*, quae mensura eadem
„ est cum *Epha*. Eae porro Hydriae positae ibi fuerant in usum lotio-
„ num Iudaicarum: sive ut praesto esset aqua, si quis lustrari vellet,
„ lo-

„ lotis pedibus manibusque; sive purgandis ciathis, cultris aliisque men-
„ sae utensilibus. Teste *Marco*. Iudaei a foro cibum non capiunt, nisi
„ manus laverint, a cubito ad summos usque digitos: & multiplex illis
„ est purgationum genus; quippe qui pateras, vasa vini, lectos convi-
„ vales, lances & alia abluant. Hic erat huiusmodi Hydriarum, sive
„ Vrnarum usus. Sex ibi erant amplissimae ob Convivarum multitudinem.
Hydriarum huius Tabulae figura haud admodum adlatae descriptioni respondet; quum in ea in vasculorum exiguam formam repraesententur. Id etiam advertit Cl. *Bottarius* in duobus Sarcophagis *Romae Subterraneae*, in Tab. LXXXIV. & LXXXV. Tomi II. in quibus tres tantum Hydriae, exiguae, ut nostrae exsculptae fuerunt; ac pag. 90. in explicatione rationem reddit his verbis; „ *Gli Artefici di queste Arche gli fanno assai pic-*
„ *coli per l' angustia del sito, dove conveniva loro d' effigiargli, o perchè*
„ *il nome* d' Idria *risvegliava nella loro mente l' idea d' un vaso piccolo, o*
„ *almeno mediocre; servendosi gli Antichi di vasi così denominati anche a*
„ *raccogliere i voti*, &c. Idcirco ad eluendum omne dubium, adposuit Evangelista earundem mensuram; sub eo enim nomine diversae rationis vasa intelligi poterant. Ceterum quamvis in adlatis figuris ea vasa sint exigua; attamen sunt omnia lato ore, ut ad usum, ad quod decernebantur, inservire possent. Verum tamen est, quod artifices peritiores etiam in describendis exiguis rebus, ea omnia, quae occurrunt, peraequa proportione disponunt, sicut videre est in quodam nostro Cod. Graeco saeculi XI. qui adservatur in Pluteo VI. sub num 23. & continet quatuor Evangelia, cum parvulis picturis eorum, quae inibi enarrantur adornata, ubi in hac historia quatuor tantum Hydriae duorum servorum, qui aquam infundebant, mediam staturam superant. At omnium praeclarissimum mihi videtur exemplum Hydriarum a laudato Praesule *Bottario* relatum pag. XV. suae Praefationis ad Tom. II. *Romae Subterraneae*; quodque ipse in praecedenti pagina, materno sermone ita luculenter describit: „ *Nell' anti-*
„ *chissima Sedia Pontificale Ravennatense, che si conserva nell' Archivio*
„ *Archiepiscopale di quella Chiesa, dalla parte posteriore, in alcuni spicchi*
„ *d' avorio, tra gli altri miracoli di Gesù Cristo, era intagliato a basso*
„ *rilievo, anche il miracolo della mutazione dell' acqua in vino, dove*
„ *l' Idrie erano effigiate più grandi di quelle, che io abbia mai vedute; ma*
„ *tuttavia non quanto dovrebbero essere. Questo Bassorilievo di gran pezzo*
„ *manca, con undici altri de' sedici, che adornavano quella parte di questo*
„ *pregevole avanzo di sacra antichità. Essendomi pervenuta alle mani la*
„ *forma in gesso d' uno di questi perduti, che rappresenta il detto mira-*
„ *colo, ho stimato, che se lo avessi apposto quì, il dotto Lettore ne ave-*
„ *rebbe avuta obbligazione a me, e all' Eruditissimo Signor* Gori, *che me*
„ *l' ha comunicato con quella cortesìa, colla quale tanto volentieri promo-*
„ *ve la pubblicazione delle finora riposte e sotterrate antiche memorie. Que-*
„ *sta Sedia fu posta in luce dal dottissimo ed eruditissimo Padre* Abate Bac-
„ chini, *già mio venerato amico, nell' Appendice al suo Agnello Ravenna-*
„ *te: e la crede lavoro del settimo secolo.*

Tab VIII. p. 5. *b*. Sequitur Canon Secundus. A latere dextro *Amos*, a sinistro, *Abdias*, Prophetae. Tunica & pallio sunt induti. Primi tunica rosacea languida, & pallium hyacinthinum: dexteram elevat in benedicentis

tis

tis speciem, sinistram sub pallio abscondit. Alterius tunica caerulea, pallium rosaceum languidum: dexteram ad cubitum nudam, pendentem tenet: sinistra pallio involuta volumen oblongum sustinet, quadratae formae & apertum. Vtrique sandalia in pedibus: ac nudum caput, aureo nimbo decoratur. *Abdias* imberbis est, barbatus alter. In medio sinistro latere Christus Dominus & Petrus Apostolus ambulantes (ibant enim simul, una cum Iacobo & Iohanne, quando miracula, quae heic repraesentantur, patrata fuerunt) & retro Mulier genuflexa, quae ab annis duodecim sanguinis fluxum passa fuerat, ac tacta vestimenti Iesu fimbria, illico sanitatem recepit. Christi vestimentum est tunica caerulea albida, & pallium violaceum fuscum. Nimbum habet circa caput; pedibusque sandalia. Petri indumentum, tunicae sui magistri simile. Mulieris palla castanea, & velum croceum. E regione Christus, eodem vestimento coopertus, filiam *Iairi* Archisynagogi, duodecim annorum, excitans a mortuis. Hoc miraculum, una cum praecedenti, a tribus Evangelistis, *Matthaeo*, *Marco* & *Luca* in uno eodemque Capitulo enarratur. Et *Marcus* equidem peculiaribus verbis, Cap. v. 41. *Et tenens manum puellae, ait illi*: Talitha cumi (*quod est interpretatum* Puella) *tibi dico*, surge: *& confestim surrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim*. Puella super lectulo sedet, manibus ante pectus compositis. Ab ipsius tergo caput quoddam apparet, quod forte est Genitoris eiusdem, ut & pes dexter, qui post stragulum delineatus fuit.

Tab. IX. p. 6. Canon Secundus continuatur. Ad latus dextrum *Ionas* pictus est: ad sinistrum *Michaeas*, Prophetae. *Ionas* iacet dormientis in modum, sub frutice, viridibus foliis referto, indutus tunica rosei coloris, sed languidi, ac pallio caerulei, item languidi: in quo involutus est usque ad pedes, qui tantum soleas habent. A pallio dextrum brachium educit, manu ad faciem admota. Ante ipsum delineata est civitas Ninive. De Fruticis nomine & genere, repente iussu Dei uno die exorti, & ad perfectionem educti, atque statim arefacti, multum inter se disputant SS. Patres, & ceteri Interpretes. Hunc fructicem alii *Hederam*, alii *Cucurbitam* appellant. Vulgata *Hederam* habet, ut etiam *Hieronymus*: Septuaginta Interpretes *Cucurbitam*; itemque Hebraicus Textus, & Targum Chaldaicum; dummodo קיקיון *Kikaion* pro *cucurbita* intelligendum sit. Huic lectioni adhaeret Syriaca versio & Arabica. De hoc videnda *Roma Subterranea*, T. I. pag. 15. seq. & *Calmetus* in Commentario super *Ionam*. De *Iona* & de *Virgulto* haec notanda sunt. In laudatae *Romae Subterraneae*, vel ex marmoreis Sarcophagis, vel ex antiquissimis picturis delineatis, decem ac quatuor vicibus haec historia occurrit: atque semper in omnibus *Ionas* nudus exhibetur, & ut eiectus a ceto: in duabus Tabulis sedens, in reliquis stratus sub *cucurbita* cum suis fructibus oblongae speciei pendulis effingitur. Id non bene cum sacro Textu convenire videtur. Postquam enim marinum monstrum illum evomuit, abiit ipse iussu Domini in civitatem *Niniven* ad praedicandam, quae ei locutus fuerat Dominus Deus: in quo officio obeundo aliquo indutum vestimento processisse arbitrandum est. Deinde vero: „ afflictus, quia vaticinium suum ad„ versus *Niniven* videbat non impleri, queritur cum Deo: & egressus „ de civitate sedit contra Orientem civitatis, & fecit sibimet umbracu-

„ lum

„ lum ibi : & ſedebat ſubter illud in umbra, donec videret quid acci-„ deret civitati. Poſt quae „ praeparavit Deus hederam, ut eſſet umbra „ ſuper caput eius, & protegeret eum. Superveniente dein nocte, credendum eſt, ſub umbra illius ſtratum obdormiſſe. Hac ergo de cauſa *Ionam* veſtitum repraeſentat noſtri Codicis Pictura. Quod ad virgultum ſpectat tenuis eſt frutex, cum foliis pampineis ſine fructibus, quod enarrationi *D. Hieronymi* in Epiſtola ad D. *Auguſtinum*, inter huius Epiſt LXXV. bene quadrat, ubi de ea planta ſic legitur: „ quam vulgo Syri *Ciccìam* vocant. „ Eſt autem genus virgulti, lata habens folia, in modum pampini: cum-„ que plantatum fuerit, cito conſurgit in arbuſculum, abſque ullis calamo-„ rum, & haſtilium adminiculis, quibus & cucurbitae, & hederae indi-„ gent, ſuo trunco ſe ſubſtinens. *Michaeas* elevata dextera benedicit, ſiniſtra parvum volumen profert. Indutus eſt tunica, & pallio eiuſdem coloris ac in praecedenti Tabula VIII. *Abdias*. Item ſimili nimbo ornatum habet caput, & pedes ſandaliis. In medio latere dextro *Chriſtus* ſanans mulierem curvam. Tunica Domini noſtri eſt cyanea decolor, pallium vero rubigineum: nimbum album habet (forte ut argenteum eſſe arbitreris) & ſandalia. Mulieris ſtola eſt hiacynthina: palla flava in rubrum vergens. Siniſtrorſum Samaritana aquam hauriens e puteo. Induta eſt ſtola caerulea decolore, & palla rufa a brachiis elata, in planetae modum, ut pluries dictum eſt: & crepidas, ſeu calceos roſeos habet. Puteus eſt rotundus, duobus quadratis palis hinc inde inſtructus, altero ſuperne tranſverſo, a cuius annulo ferreo, qui in medio appenſus eſt, trochlea pendet, per quam tranſit funis, ſitulam ſuſtinens. Situla eſt eiuſdem formae, ſc. quadratae, ac thuribulum *Zachariae* in Tab. IV. Vide, quae ibi ſunt notata. Appenſa eſt funi per angulum: & forte alii tres funiculi reliquis angulis aptati fuerunt, qui prae vetuſtate evanuere. Ad mulieris pedes in parte ſiniſtra poſitum eſt vas, ſeu hydria, ut in *Ioh.* Evangelio legitur Cap. IV. 28. *Chriſtus* ſedet iuxta puteum a ſiniſtris, eodem veſtimento, quo in praecedenti Hiſtoria deſcriptus fuit; ſed propter Bibliopegi negligentiam, in detonſando hoc Codice, ipſius Domini noſtri pars dextera fere tota deſideratur, una cum capite; brachium tamen, a cubito nudum, & manus benedicens elevata conſpicitur verſus mulierem.

Tab X. pag. *6. b.* In ea explicit Canon Secundus. A dextris *Nahum*, a ſiniſtris *Sophonias* Prophetae. Ambo induti ſunt tunica alba, & pallio cyaneo albicante. Vterque Volumen habet. *Nahum* in ſiniſtra convolutum: alter ambabus manibus revolutum. Nimbum item geſtant & ſandalia, ut praecedentes Prophetae. In medio margine a dextris Chriſti miraculum de unico filio Viduae *Naim* reſuſcitato. Sedet adoleſcens ſuper feretro, ad deſcendendum paratus, tunica talari eiuſdem cyanei coloris amictus, & caput velo, ad humeros deſcendente, opertus; qui autem eum ſuper humeros portant, induti ſunt brevibus tunicis, alii caeruleis, alii rubeis, calceis nigris, quorum qui dextrum calceat pedem, ad mediam uſque tibiam adducitur. Chriſti Domini effigies haud heic expreſſa videtur; ni forte propter toties deploratam περιτομὴν ablata fuerit: ſeu potius, ſi in adverſo margine depicta exſtiterit, ipſam deleverit qui eo in loco quoddam memoria dignum documentum exſcripſit, cuius verſio, a Cl. *Evo-*

dio Aſſemanno facta ; legitur ſuperius in recenſione huius Codicis pag. 52. prope finem.

Tab. XI. p. 7. Canon Tertius, in quo tres Evangeliſtae inter ſe conveniunt, *Matthaeus* ſc. *Marcus*, *Iohannes*. A latere dextro *Iob*, a ſiniſtro *Iſaias* Propheta: ambo tunica & pallio induti. Vtriuſque tunica eſt ferruginea ; pallium *Iob* viride : *Iſaiae* croceum ; & unuſquiſque volumen geſtat. Capita nimbo ornantur, & ſandalia in pedibus deferunt. In medio ſiniſtro latere tres imagines ſtantes repraeſentantur, tunica & pallio, albi coloris caeruleo obumbrati circumamictae : horum capita nimbis decorantur. Media imago indicem dexterae ad os admovet : ea, quae a ſiniſtris adſtat, barbata, pileolum geſtat in capite; alia dextrorſum nudo capite & imberbis eſt. Vtraque balteum roſeum habet : ipſius medium alba faſcia diſcernit. Balteus hic ab humero dextro ſub pallio tranſverſim ad tunicae extremam ſiniſtram oram excurrit. Ego minime aſſentior Aſſemanianae Explicationi, quam videre eſt in hoc Catal. p. 46. col. 1. ubi dicitur, has figuras indicare *Chriſtum Apoſtolis praedicantem*. Nullibi enim in his Tabulis, Apoſtoli coram Chriſto Domino ornantur nimbo, ut ipſe Chriſtus ornatur ; etenim non decebat diſcipulos aequales magiſtro effingere. Atque adeo arbitrarer, hanc ſacram hiſtoriam potius repraeſentare Transfigurationem Domini in Monte inter *Moiſen* & *Eliam*. His namque duobus, qui inter Electos recenſebantur, nimbum competere non dubitarem. Praeterea balteus, qui eſt inſigne Ducum exercituum, ac populorum, utrique eſt tribuendus ; *Moiſi* equidem ; quod populum Iſrael per deſertum traduxerit : & tot populos debellaverit ; Et *Eliae*, quod univerſum Iſrael in Monte Carmeli congregare curaverit, & 850. Pſeudoprophetas interfici iuſſerit ; ut habetur Regum Lib III. Cap. 18. Chriſtus indice manus dexterae ſilentium imponens, manifeſte demonſtrat ad illa verba reſpicere ; *Viſionem quam vidiſtis*, *nemini dixeritis* : quae, quamvis Evangeliſta poſt viſionem referat, pictor tamen in eadem viſione hoc accidiſſe fingit. Ac etiam veriſimile eſt, Chriſtum Dominum, in ipſa Transfigurationis periodo, audito *Petro* ſibi dicente : *Domine*, *bonum eſt nos hic eſſe* : *ſi vis faciamus hic tria tabernacula*, *tibi unum*, Moyſi *unum*, & Eliae *unum* ; adnuiſſe ſtatim ipſi *Petro*, ut taceret : quod poſtea exacta viſione verbo confirmavit.

Tab. XII. pag. 7. *b*. Canon quartus, in quo tres Evangeliſtae itidem locuti ſunt : & ſibi invicem convenerunt ; *Matthaeus* ſc. *Marcus*, *Iohannes*. A dextris *Habacuc* : a ſiniſtris *Aggaeus*, Prophetae. Tunicam rubram, & pallium caeruleum habet *Habacuc* : *Aggaeus* vero caeruleam tunicam & rubrum pallium. Vtrique nimbus aureus circa caput, & in pedibus ſandalia. Dextera benedicunt : ſiniſtra Volumen convolutum tenent. Primus tonſis capillis, imberbis eſt ; alterius crines longiores ſuper humeros defluunt : ac brevi barba eius ornantur mentum, & genae. In medio margine a latere dextro Chriſtus Caecum a Nativitate ſanans ; ut habetur in *Catalogo Aſſemaniano*, relato in hoc Tomo pag. 46. col. 1. Indutus eſt Dominus Ieſus tunica caerulea & pallio violaceo. Nimbus aureus ipſius caput exornat : pedes vero ſandalia. Caecum, qui ſtat ante ipſum, brevis ferruginea tunica veſtit, ad lumbos praecincta, ſandaliis uſque ad media crura adductis. Dexteram manum apertam extendit ad

Domi-

Dominum in supplicis speciem, atque Iesus suam in benedicentis modum elevans; pronunciare videtur ea verba *Respice*, ex quibus statim oculi eius aperti fuerunt: & in hac pictura aperti cernuntur. Quare potius crediderim, hunc esse Caecum, a Domino apud Ierichum sanatum, quam Caecum a Nativitate; illi enim verba Evangelistae *Lucae* Cap. XVIII. 40. probe quadrant; nam quum sederet secus viam, Christus iussit illum adduci ad se. *Et cum appropinquasset, interrogavit illum dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit; Domine, ut videam. Et Iesus dixit illi: respice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, &c.* Vbi contra Caecus a Nativitate, linitis prius oculis luto, ex sputo ab Iesu facto, post lotionem in natatoria Siloë visum recepit. Iohan. Cap. IX. 6. 7. In adverso margine, pro pictura quae forsitan deleta fuit, Arabice, sed charactere Syriaco, ut ex quibusdam signis apparet, exaratum fuit quoddam documentum memoria dignum anno 1154. quod Latine a Cl. *Assemanno* interpretatum, relatum est supra pag. 53. col. 1.

Tab. XIII. pag. 8. Canon Quintus, in quo duo Evangelistae locuti sunt, & sibi invicem convenerunt, sc. *Matthaeus*, & *Lucas*. In fronte huius Tabulae a dextris *Zacharias*: a sinistris *Ieremias*, Prophetae. *Zachariae* vestis interior est tunica alba, cum fascia rubea, quae sinistrorsum procedit: vestis, quae sub pallio est, ad extremam oram descendit: exterior, est pallium cyaneum languidum in planetae modum a brachiis elevatum. Manus habet expansas: nimbus aureus caput circumdat: sandalia pedes vestiunt. *Ieremias* ex adverso sedet cogitantis in modum; pedibus cum sandaliis suppedamento innixis. Tunica est caerulea, & pallium leucophaeum: quo ab humero sinistro tota eadem pars usque ad pedes cooperitur. Nimbus aureus caput exornat. Circa medium sinistri marginis tres figurae depictae aspiciuntur: de quibus in *Assemaniano* Catalogo (supra pag. 46. col. 1.) sic legitur: *Christum stantem in medio filiorum Zebedaei & matris eorum.* Difficulter credam, has tres imagines eam historiam repraesentare; quum quatuor esse deberent iuxta Evangelicam enarrationem; Iesus scilicet, & mater uxor *Zebedaei*, cum duobus filiis suis, *Iacobo* & *Iohanne*. Heic autem depictus est Iesus, una cum sene quodam a sinistris: & retro post Iesum mulier sequens illum. Nequaquam senex ille unus est ex praedictis filiis, qui iuvenes erant, & praecipue *Iohannes*, de quo D. *Hieronymus* Lib. 1. cap. 14. adversus *Iovinianum* haec adfirmat, *Iohannes electus est* (videlicet *ad Apostolatum*) *adhuc adolescens, ac pene puer*, deinde subdit: *Vt autem sciamus, Iohannem fuisse puerum, manifestissime docent Ecclesiasticae Historiae, quod usque ad Traiani vixerit Imperium, idest post Passionem Domini sexagesimo octavo anno dormierit.* Quare ego arbitrarer per eam mulierem repraesentatam fuisse a Pictore *Chananeam*, Christo Domino supplicantem pro filia, male a Daemonio vexata; ut habetur *Matthaei* cap. XV. 22. ac nullo accepto responso, clamare non cessasse; unde misericordia moti Discipuli, Magistrum rogaverunt, dicentes: *dimitte eam, quia clamat post nos.* Hinc Iesus, agnita fide illius, filiam eius sanavit. Quare senem illum barbatum; tunica caerulea, & pallio croceo vestitum, cum sandaliis, aliquem ex Apostolis, & fortasse *Petrum* exstitisse existimarem; vestimentum enim respondet ceteris aliorum Apostolorum hucusque notatis *Christus* indutus est tunicam cyaneam, palliumque violaceum, nimbum habet aureum circa caput,

& in pedibus sandalia : dexteram a cubito nudam, in benedicentis speciem extollit. Mulier demum pallam croceam & velum rubrum in capite, quod usque ad pectus & infra producitur. In dextero margine (deleta forsan aliqua pictura, ut alibi dictum est) Adnotatio quaedam, memoratu digna exarata fuit, facta A. D. MCCXXXIX. cuius versionem reperies supra pag. 53. Col 2.

Tab. XIV. pag. 8. *b.* Canon Quintus. In hac Tabula explicit Canon Quintus, in quo duo Evangelistae sibi conveniunt, *Matthaeus* & *Lucas*. Ad caput a dextris *Ezechiel*, a sinistris *Daniel*. *Ezechiel* tunica alba & pallio violaceo indutus est; nimbum aureum habet & sandalia. Volumen ambabus manibus revolutum tenet. *Danielem* brevis tunica caerulea, fasciis croceis (forte pro aureis sic coloratis) ornata, cooperit : super qua paludamentum purpureum impositum est, item fascia alba, seu argentea circumdatum, ac fibula aurea ante pectus firmatum. Eius crines ad humeros usque descendunt. In capitis vertice tutulus elevatus aspicitur. De eo sic *Festus* : ,, *vocari aiunt Flaminicarum* (subintellige foeminarum) *capitis ornamentum*, ,, *quod fiat vitta purpurea, innexa crinibus, & extructum in altitudinem*. *Varro* de Lingua Latina, enarrans illum *Ennii* versum:

Libaque, fictores, Argeos, & tutulatos;

haec subdit : *Tutulati dicti ii, qui in sacris capitibus habere solent, ut metam*. *Meta* enim est congeries seu strues in acutum tendens, a Graecis κῶνος appellatur; ni potius definienda sit, *cuiuscumque rei terminus* : Termini enim apud Antiquos diversimode describuntur. *Argea* autem, Graece Ἀργεῖα. Romae appellantur loca, in quibus sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. *Tutulum* a matribus familias fieri ex crinibus, non elevatum, sed convolutum, dixi supra in animadversione ad Tabul. VI. pag. 181. vers. 25. ubi corrigendus typographi lapsus, qui pro *tutulos* posuit *titulos*. Huius vocis etymologia ibi adlata fuit. Ceterum non dubitarem, id moris antiquitus fuisse etiam apud viros, praesertim illustriores, tutulos ex crinibus, vittis convolutos, in capitis summitate erigere in ornamentum, vel in dignitatis insigne. Quem habet hic *Daniel tutulus*, obvolutus est viridi taenia. Turcae, populi Orientales, ex Arabibus descendentes, etiamnum reliquo detonso capite, in eius summitate, aliquam capillorum partem nutriunt. De consimili *tutulo*, seu crinium manipulo, intelligendum esse crederem *capillum*, quo delatus fuit ab Angelo *Habacuc* Propheta ex Iudaea in Babylonem, super lacum leonum, in quo inclusus fuerat ipse *Daniel*, ut legitur in eiusdem Libro Cap. XIV. 35. Huiusmodi *tutulum* conversum fuisse in galeae cristas, seu conos ominarer, ex *Iosue* imagine, superius relata in Tab. V. circa quam aliud repraesentari adfirmavi; ni forte pictor erraverit in ea delineanda, vel ut sibi placitum fuit, in aliam rem transformaverit. Quod *Daniel* in hac nostra imagine habitu regali indutus exhibeatur; id factum est, ut repraesentetur eius dignitatis gradus, in quo regis *Balthasaris* iussu constitutus fuit, & purpura vestitus : ac etiam post huius obitum a *Dario* successore confirmatus, imo potestate adauctus; quum ab ipso electus fuerit unus e tribus Principibus super centumviginti Satrapas sui regni: ac parum abfuit, quin super universum Regnum ipse solus Princeps constitueretur. Dexteram elevatam habet in benedi-

nedicentis modum : finiftra volumen tenet. Caligae funt ei virides, & calcei crocei. In medio finiftro margine Chriftus Dominus, tunica cyanea albida, ac pallio ferrugineo indutus, adolefcenti benedicit : qui agitatus a Daemone, manus elevat, & male torquetur. Pater adftat ante eum, dextera item elevata, in auxilium pofcentis fignum; finiftra filium retinere tentat. Diffugiunt duo Spiritus, uncas manus tollentes, in aera avolantes. Fortaffis pictor duos expreffit, ut duplicem Daemonis obfidentis exponeret poteftatem, in obfeffi fcilicet auditum, & loquelam : quod innuit Dominus, quando illi imperavit (Marc. IX. 24.) „ *Surde & mute Spiritus*, „ *ego praecipio tibi, exi ab eo, & amplius non introeas in eum*. Pater indutus eft tunica crocea abfque manicis, & ante pectus aperta, ac tibias nudas habet. Filium brevis tunica violacei coloris in ferrugineum vergentis circumdat, brachiis cruribufque nudatis.

Tab. XV. pag. 9. Canon fextus, in quo duo Evangeliftae locuti funt, & fibi confentiunt; fc. *Matthaeus*, & *Marcus*. Nota, quod erravit amanuenfis Syriacus, & qui eum fequutus eft interpres Latinus, ambo enim addiderunt ad caput tertiae, & quartae columnae huius Canonis *Lucam*, & *Iohannem*; quum ad eiufdem calcem in tertia, & quarta columna legatur : *Explicit Canon fextus, in quo duo Evangeliftae fibi confentiunt, Matthaeus, Marcus*. A dextris in fuperiori loco. *Malachias* : a finiftris *Elifaeus*, Prophetae. Ambo tunica & pallio albo induti funt : dextraque benedicunt, finiftra volumen tenent in fignum ipforum divinae fapientiae. Capita aureo nimbo ornantur, ac fandalia in pedibus habent. In medio margine dextro Chriftus, indutus tunica cyanea albida, & pallio fanguineo, dextera benedicit, finiftra volumen tenet, nimbo & fandaliis ornatur. In finiftro margine Petrus Apoftolus genuflexus, ftaterem ex ore pifcis extrahit, quo tributum folvat pro magiftro, & pro fe ipfo. Indutus eft tunica, coloris cyanei languidi, eiufdemque coloris birreto cooperit caput. Arundo, fuper dextro humero innixa, indicat, eum pifcatum fuiffe pifcem hamo, ut Textus Evangelicus *Matthaei* cap. XVII. 27. enarrat; ibi enim legitur : *Vade ad mare, & mitte hamum : & eum pifcem, qui primus afcenderit, tolle*. Arundo Petri praetermiffa fuit a Tabularum incifore.

Tab. XVI. pag. 9. *b*. Canon Septimus, in quo duo Evangeliftae fibi invicem convenerunt, fc. *Matthaeus* & *Iohannes*, quorum effigies heic exhibetur. Ambo induti funt tunica & pallio caeruleo languido : fedentque, *Matthaeus* cum libro aperto fuper genua, finiftra manu detento : in quo fcripta funt quaedam verba Syriaca, ob vetuftatem confumta : dextera vero benedicit. In capite birretum habet eiufdem coloris, ac veftis : & fandalia in pedidus : ac fub ipfis fuppedamentum, gemmis ornatum. *Iohannes* fimili veftimento amictus eft; at birretum habet leucophaeum. Sedet autem fuper fella plicatili, cum fimili fuppedamento gemmato : a finiftra lucerna accenfa cernitur, fixa fuper ftelo : volumenque revolutum ante pectus exhibet : in quo exfcripta funt Syriace ea verba, quae Latine fic efferuntur : *In principio erat verbum : & illud verbum erat apud Deum*. Nimbo uterque caret.

Tab. XVII. pag. 10. Canon Octavus, in quo duo Evangeliftae fibi invicem conveniunt, *Marcus* fc. & *Lucas* : qui heic repraefentantur ftantes ab utroque huius Tabulae latere. Induti funt, ut praecedentes

Evan-

Evangelistae: eiusdemque coloris sunt eorum vestes; librum tamen quadratum, & fibulis clausum, ac tegumento purpureo, croceo nescio quo ornamento decorato, sinistra detinent manu. *Marcus* benedicit: *Lucas* manum dexteram libro suo admovet: claudat an aperiat ignoro. Vterque nimbum aureum habent, birretum leucophaeum, & Sandalia.

Tab. XVIII. pag. 10. *b.* Canon Nonus, in quo duo Evangelistae sibi conveniunt, sc. *Lucas* & *Iohannes*. In medio utroque margine miraculum illud Iesu Christi repraesentatur; quum ex quinque panibus & duobus piscibus quinque millia hominum in deserto satiavit. Hoc miraculum bifariam dividitur; a latere enim dextro Christus Dominus, nimbo aureo decoratus caput: tunica & pallio ferrugineo fusco indutus. Cistam viridis coloris, oram albam habentem, benedicit: ex qua panes, qui fortassis propter eorum paucitatem, non exuberant, a viro quodam manu dextra detenta, pallioque croceo obscuro involuto, sustinetur. Brachium eiusdem dexterae, e pallio eductum, manica caerulea albida cooperit ad cubitum: & ab eius humero baltheus pendet, tribus fasciis compactus, duabus purpureis, media vero alba. Retrorsum alius viri dimidiatum caput apparet; reliquum enim, quod librorum compactor iterum iterumque paginarum ora totonderit, desideratur. Ex adverso item Dominus Iesus, eodem indumento, ut supra dictum est, amictus: itemque benedicit virum quendam, manibus pallio albo involutis. Forsitan is est, qui duos pisces habebat; aspicitur enim in Tab. XXXVI. Romae Subterraneae ille vir, qui duos habebat pisces, in manibus, e pallio eductis, eos gestare. Brachii manica rubra est: & pileolo obscuro caput contegit, pedesque nigris calceis.

Tab. XIX. pag. 11. Canon Decimus *Matthaei*, qui solus de rebus quibusdam scripsit & locutus est. Ad huiusce Tabulae latera pictor sibi delineandam proposuit historiam Evangelicam, quam enarrat *Matthaeus* cap xv. v. 29. seqq. his verbis: *Cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galileae: & ascendens in montem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae, habentes secum mutos, caecos, claudos, debiles & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curavit eos; ita ut turbae mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, caecos videntes: & magnificabant Deum Israel. Iesus autem, convocatis dispulis suis, dixit. &c.* Quamobrem in sinistro margine superiori loco repraesentatur Christus Dominus sedens, tunica cyanea albescente, & pallio ferrugineo indutus: nimbo albo, qui fascia rubra circumdatur, ornatus caput, brevique barba genas & mentum. Dextera, ad cubitum nuda, benedicit: Sinistra pallio cooperta librum quadratae formae, super genu erectum detinet, ad ipsius significandam sapientiam, ut dictum est in Tab. XV. Sandalia habet, ut in hoc Codice semper. Adstant ad latera duo (ut arbitror) ex discipulis eius. Hos albida tunica, & caeruleum pallium vestit. Alterius cuiusdam viri, ad dexteram stantis, birretum cyaneum, alterius ad sinistram leucophaeum tegit caput; at hic est imberbis, barbatus alter. Infirmi autem, qui quasi incedentes apparent, quatuor inferius delineati sunt. Omnium tunica, ad lumbos succincta, est: nuda crura & brachia usque ad cubitum. In dextero margine, Claudus, duabus grallis suffultus, elevato sinistro crure, dextro tantum pede progreditur: illi tunica ferruginea languida. Praecedit eum infirmus alter dexteram manum attractam elevans: huic

huic tunica viridis. Sub his duobus infirmis alter humi ſedens, ſuis manibus innixus incedit; pedem dextrum levatum habet: eius tunicae color eſt rubeus. In ſiniſtro margine caecus, qui praeter tunicam caſtanei coloris, penulam quoque ſimiliter tinctam, & ſuper ſiniſtrum humerum reiectam praefert, manu humero pueri praecedentis innititur, dextraque baculum geſtat. Puer vero penula veſtitur ferruginea, ſocculos nigros in pedibus habet, ad medias uſque tibias adductos: bacillumque ſiniſtra tenet, ac dextera capſulam quadrilaterem pro eleemoſynis recipiendis.

Tab. XX. pag. 11. *b.* Canon Decimus *Marci*, qui ſolus de rebus quibuſdam locutus eſt, & ſcripſit. In medio dextro margine ingreſsus Domini in Hieruſalem. Pullum aſinae Pictor ſuopte arbitrio, vel ex ea pictoribus omnibus data quidlibet audendi poteſtate, caeruleum, ſeu mavis, hyacinthinum coloravit; & eſt abſque freno aut quovis alio retinaculo. Chriſtus ſedet, non in equitantis modum, ſed totus dextrorſum converſus, ambobus pedibus ab ea parte pendentibus. Peculiaris eſt haec ſeſſio; nam in V. Tabulis *Romae Subterraneae*, Sc. XV. XXXIX. XL. LXXVIII. & LXXXIV. ſemper equitans repraeſentatur. Dextera benedicit: ſiniſtra librum tenet: nimbum habet, ut in praeterita Tabula, & ſandalia: ac tunica violacea obſcuriore indutus eſt. Retro, pone ſiniſtrum pulli femur, vir barbatus adſtat, tunica cyanea languida ac pallio roſeo decolore amictus, qui dexteram elevat manum: forte unus eſt ex Apoſtolis, Domino adſiſtens. Birreto quoque cyaneo coopertum caput habet. Occurrunt Domino tres pueri, cum ramis palmarum: & ante ipſos alter inclinatus, pannum album ſub aſelli pedibus ſternit. Brevi rubeaque tunica induitur: in aliorum tunicis color evanuit; ut nunc in rufum vergat. In adverſo margine Chriſtus Apoſtolis ſacram Synaxim diſtribuit. Idem veſtimentum habet, ut alibi. Siniſtra pixidem tenet, buccellis plenam: atque aliquantum inclinatus, dextera unam ex ipſis primo Apoſtolo porrigit (quem *Petrum* arbitror) qui pronus eam dextera manu ſuſcipit. Hic Apoſtolus reliquos antecedit; qui poſt ipſum ſequuntur quaterni & quaterni: poſtremo bini collegium complent; unde fit, ut tantummodo undecim recenſeantur. Vniverſi ſtant, pallio ſuper tunica involuti. Duorum priorum veſtis color eſt cyaneus pallidus: trium ſequentium croceus: ſexti rubigineus: ceterorum veſtes occultae remanent. Ex hac pictura arguitur, in Eccleſia Orientali antiquiſſimis temporibus viguiſſe opinionem, *Iudam* non ſuſcepiſſe in ultima coena conſecratum Panem. Illa enim buccella, quam intinctam accepit a manu Domini: & poſt quam introivit in eum Satanas, conſecrata non erat, ut patet ex Evangelico Textu *Iohannis* Cap. XIII. a v 21. ad 31. Attamen opiniones ſuper quaeſtione: *An* Iudas *Euchariſtiam in ultima Coena ſuſceperit, nec ne*: expenduntur a Patribus; quare vide *Hiſtoriam Apoſtolicam, ex antiquis Monumentis collectam ab* Antonio Sandinio, *capite de* Iuda Iſcariote.

Tab. XXI. pag. 12. Canon Decimus *Lucae*, qui ſolus de rebus quibuſdam locutus eſt, & ſcripſit. In medio dextro margine Chriſtus ad *Iudae* oſculum a Iudaeis apprehenſus in horto. Indutus eſt Dominus tunica cyanea pallida, ac ferrugineo pallio: cooperitque illius caput birretum, in vertice planum, ſicut Iudaeorum erat moris: de quo vide *Romam Subterraneam* Tom. I. pag. 115. & Tom. II. pag. 92. nimbo item albo alias

deſcri-

descripto decoratur. *Iudas* non faciem, sed dexteram manum exosculatur, sinistra sua ipsius brachium nudum apprehendens. Tunicam habet croceam, & pallium leucophaeum, atque in capite rotundum birretum nigrum, in calanticae modum sub mento ligatum. Brevis staturae eum delineavit pictor, ut vix Magistri manum, ad pectus admotam, attingeret ore. Id revelatum fuisse a Deipara Virgine B. Birgittae, legitur in Libro IV. cap. 99. suarum Revelationum, sub his verbis: *Filius meus* (*inquit Christi Mater*) *appropinquante Iuda traditore suo, inclinavit se ad eum; quia Iudas brevis staturae erat*: quae verba ideo retuli, ut innuerem, hanc esse communem opinionem. Duo ex ministris, missis a Principibus Sacerdotum & Senioribus populi, adstant retrorsum, tenentes Iesum. Ambo brevi tunica succincta induti sunt: ei, qui a dextris est, caerulea: qui a sinistris, rubea: nec non utriusque tibialia sunt fusci coloris. Primus fustem, alter accensam facem manu tenet. In adverso margine *Iudas* arbori appensus, tunicam tantum leucophaeam cinctam habens. Secus illum tres versiculi Syriaci inspiciuntur, & quidem admodum detriti, quorum tamen pars aliqua, in Hebraicum versa, sic redditur יהודא סכריוטא.......וחנק נפשה באילנא דתאנא Et Latine ita sonat: *Iudas Secariuta* .... *& strangulavit seipsum in arbore Fici*. Haud equidem solent, qui suspendio moriuntur, medii disrumpi, & viscera effundere; quare *Lucas* Act. Apost. Cap. 1. 18. *Iudae* interitum sic expressit: ϗ πρηνὴς γενόμενος, ἐλάκησε μέσος, ϗ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτῦ. *Et deiectus in faciem, diruptus est medius: & effusa sunt omnia viscera eius*. Et huic lectioni syriaca versio respondet, quae sic Latine sonat: *Et cecidit in faciem suam humi, & crepuit per medium sui: & effusa sunt omnia viscera eius*: Quae quidem lectio diversa est a Vulgata, ubi dicitur: *Et suspensus, crepuit medius &c.* Et haec, ex parte *Matthaei* verbis, Cap. XXVII. 5. concordat qui dicit: *Et abiens, laqueo se suspendit*; unde prima lectio non parum discrepat. Quare *Calmetius* in Commentario super idem Evangelium *Matthaei* l. c. hanc discrepantiam animadvertens, varias rationes in medium adfert, quibus interpretes hoc dissidium conciliare nituntur, quas ibidem, ni te pigeat, videas: demumque concludit: „ *Relictis tamen ambagibus*, „ *potius dixerim*, Iudam, *cum se suspendisset, ex arbore pendentem esse dis-* „ *ruptum, vel ab aliquo demissum, forte super lapides sudesve cecidisse, quo* „ *ex lapsu crepuit: vel denique* (*id, quod multo probabilius est*) *ablatum* „ *ab arbore, ex qua se suspenderat proiectum crepuisse, quemadmodum proie-* „ *ctis cadaveribus usuvenit*, *Iosepho* teste, Lib. III. de Bello Iudaico Cap. 25. Locus *Iosephi* est quidem in Libro III. sed Cap. VIII. §. 5. & sic se habet: Ο῞σοις δὲ καθ' ἑαυτῶν ἐμάκησαν αἱ χεῖρες, τέτων μὲν ᾅδης δέχεται τὰς ψυχὰς σκοτιώτερος, ὁ δὲ τέτων πατὴρ Θεὸς εἰς ἐκγόνες τιμωρεῖται τὲς θάτερον ὑβρισάς. διὰ τῦτο μεμίσηται παρὰ τῷ Θεῷ τῦτο, ϗ παρὰ τῷ σοφωτάτῳ κολάζεται νομεθέτῃ. τὲς γῦν ἀνελόντας ἑαυτὲς παρὰ μὲν ἡμῖν, μέχρις ἡλίε δύσεως ἀτάφες ἐκρίπτειν ἔκριναν. *Quorum vero manus in se ipsos insanierunt, horum quidem animas orcus tenebricosior suscipiet: paterque illorum Deus culpam eorum, qui in alterutram partem iniuriosi fuerint, in liberos persequetur. Hinc Deo invisum est* hoc scelus, *& a sapientissimo legislatore poena ei statuitur; quippe apud nos quidem sancitum est ut qui se ipsos occiderint, ad Solis occasum insepulti abiiciantur*. Et hic locus exceptus est ex editione *Sigeberti Havercampi* 1726. f. Tom. II. pag. 248. De morte *Iudae* viden-

denda est Dissertatio *Iacobi Perizonii*, quae sic inscribitur: „ *Iac. Perizonii* „ de morte *Iudae* & verbo ἀπάγχεσθαι, in qua explicantur & conciliantur loca „ *Matthaei* XXVII. 5. & *Lucae* Actor. I. 18. ac vindicantur quae ad *Ae-* „ *liani* Var. Hist. V. 8. erant notata. *Lugduni in Batavis* MDCCII. in 8. eamque reperies in fine Tomi II. praedictae variae Historiae *Aeliani*, una cum eiusdem „ *Perizonii* duabus responsionibus ad nuperam notitiam de variis „ *Aeliani*, aliorumque Auctorum locis. Certamen enim fuit, super *Iudae* morte inter hunc Scriptorem & *Iacobum Gronovium*: de quo V. *Niceronii Memoires pour servir à l' Histoire des Hommes Illustres dans la Republique des Lettres*. Tom. I. pag. 28. seq. in *Perizonio*: & Tom. II. pag. 184. seqq. in *Gronovio*. *Perizonius* tamen deceptus fuit a verbo κρύπτειν, *abscondere*, quod in textu *Iosephi* adlato in antiquis editionibus legebatur, pro ἐκρίπτειν, *abiicere*, ut in citata *Havercampi* editione restitutum est: ubi ad calcem l. c. adnotatum legitur [Ἐκρίπτειν ἔκριναν] sic *Big.* & *Ruf.* κρύπτειν in *Editis Aliisque*. Eaque lectio, utpote antiquissima, probatur a praestantissimo huius Bibliothecae Codice, qui adservatur in Pluteo LXIX. Cod. XIX. in 4. minori, atque exaratus fuisse creditur saec. X. ubi ἐκρίπτειν legitur: quum in Codd. XVII. & XXXVI. eiusdem Plutei, primo XII. altero XIII. saec. legatur κρύπτειν. Demum ratio evincit antiquiorem lectionem suscipiendam esse; absurdum est enim ἀτάφους cum κρύπτειν coniungere, h. e. *insepultos abscondere*; etenim quandocumque quodlibet cadaver absconditur, idem est ac humetur; nam *condere* & *abscondere* sunt fere eiusdem significationis: & *Sepultus* (*Plinius* ait Lib. VII. cap. 54.) *intelligitur quoquo modo conditus*. Quare si Cadavera eorum, qui sibi ipsis mortem consciverant *insepulta*, ἄταφα, esse debuerant, nequaquam fuerant abscondenda: quod idem fuisset, ac sepulturae donari. Id igitur *Iudae* usuvenit; qui ad Solis occasum a suspendio solutus, deiectus fuerit e rupe in profundum, ac sic crepuerit medius, & diffusa fuerint omnia viscera eius. Hoc itaque pacto conciliantur Evangelistae *Matthaeus* & *Lucas*; verificatur enim suspendium; humi casus in faciem, quod accidisse per laquei solutionem, seu potius amputationem credendum est: & viscerum effusio ob ventris disruptionem, quae in omnibus insepultis cadaveribus fieri quantocyus perspicuum est.

Tab. XXII. p. 12. *b.* Canon decimus *Iohannis*, qui solus de rebus quibusdam scripsit. In medio utroque margine, a sinistris Christus Dominus, qui *Matthaeum*, a dextris sedentem in telonio, vocat ad Apostolatum. Hic tunica albicante & roseo indutus pallio, sedere videtur super sella plicatili, cuius pulvinar hyacinthini coloris tantummodo apparet. Elevatam tenet erga Christum dexteram, pro qua tamen caelator sinistram oscitanter delineavit. Ante ipsum positum est telonium, panno versicolore coopertum, in planitie toto albo: in telonii vero partibus pendentibus, cyaneo, variis coloribus permixto. Ad sinistrum latus stat adolescens, forte servus, caerulea succinctus brevi tunica, ac pedibus nudus. Ille sinistram extendit: dexteram proferre videtur; sed color evanuit. Christus Dominus sinistrorsum, transeuntis in modum, dexteram benedicens elevat. Indutus est & ornatus, ut in praecedentibus Tabulis describitur.

Tab. XXIII. p. 13. Hanc Tabulam, a Reverendissimo Praesule *Assemano* descriptam: eiusque descriptionem supra a me in hoc Catalogo collocatam, pag. 46. col. 1. in hac mea nova recensione dividendam fore

 sum

ſum arbitratus; duas enim ſacras hiſtorias complecti, clariſſime patet, Chriſti videlicet Crucifixionem, eiuſdemque Reſurrectionem.

Et primo, quod ad Crucifixionem, haec mihi ſeſe offerunt adnotanda; Chriſtum, ſcilicet ac etiam Latrones transfixos eſſe quatuor clavis, ideſt diſiunctis pedibus adfixos fuiſſe Cruci: praeterea ſub pedibus eorum nullum ſuppedamentum exſtare: demum (quod peculiare eſt) clavos non tranſverberare medios pedes, ſed ſupra ipſos tarſum, ad maius, ut puto, tormentum, ob tendinum transfixionem; ni forte id factum fuerit, ut clavi, ſub tibiae oſſe fixi, pendentia corpora facilius ſubſtinerent. *De Clavis Dominicis* librum conſcripſit Fr. *Cornelius Curtius* Bruxellenſis, Ordinis Eremitarum D. Auguſtini, ſed nihil in eo de hac diverſa crucifigendi ſpecie; quare iudico vel nulli alii adhuc viſam, vel potius non obſervatam. Huiuſmodi transfixionem in tarſo videre eſt in Diptyco, quod publici iuris fecit praeclariſſimus Senator Florentinus, antiquitatum praecipuus indagator & pater, *Philippus Bonarota*, ipſumque impreſſum, & explicatione exornatum reiectum fuit ad calcem libri, materno ſermone exarati, ſub titulo: *Oſſervazioni ſopra alcuni Frammenti di Vaſi antichi di Vetro, ornati di figure, trovati ne' Cimiteri di Roma*; at ibi nulla fit mentio de ea transfixione. Huius Diptyci aetas eſt, ut ipſe V. Cl. coniicit, ſaeculi IX. fuitque olim Monaſterii Rambonae in Marchia Anconitana: deinde adſervatum fuit in Muſeo domeſtico ipſius laudati Senatoris: ac poſt ipſius obitum in ſuorum heredum manus devenit. Chriſtus indutus eſt Colobio violaceo cum duabus fimbriis aureis in parte anteriori, quaſi eſſet apertum, quamvis clauſum ſit, ad extremam oram prope pedes defluentibus. De Colobio *Papias* haec refert: *Colobium genus veſtis dictum, quia longum eſt, & ſine manicis. Hoc antiquitus utebantur, ſed quia nuditas brachiorum culpabatur, uſus Colobiorum in Dalmaticas eſt mutatus*. Vide alia de hac veſte, ſi placet, apud *Magrium*, verbo *Colobium*. Pictor cooperuit Chriſtum hoc indumento, quod forſan ſuo tempore in uſu erat, vel inter ſacras veſtes adhuc adcenſebatur: ſeu potius ne nuditas illius Sacratiſſimi Corporis, omnium intuentium oculis eſſet expoſita: neque ob id in aliquod vilipendium traduceretur. Nimbo aureo, caerulea faſcia circumdato, decoratur Domini Noſtri Caput: & ſuper ipſum nimbum adpoſitus eſt Titulus Crucis, forte ſequioribus temporibus; non enim in tabella eſt exaratus, ſed partim in Crucis extremitate, partimque in aëris vacuo iuxta illam. Scriptus eſt verbis, & charactere Syriaco, qui ſic Hebraice effertur הנו מלכא דיהודיא *Innò malchà diieudàio*, qui Latine ſonat, ut in *Lucae* Cap. XXIII. 38. *Hic eſt Rex Iudaeorum*. De huiuſmodi Titulo vide ſis *Diſſertationem e ſacris & profanis Hiſtoriae monumentis, Auctore Ioſepho M. Caracciolo* Cler. Regular. impr. Neap. Typis Secund. Roncalioli 1643. Haud procul ab ipſius Crucis extremitate, in aëre ſereno, depicti ſunt duo Planetae maiores; Sol videlicet ſuper ſiniſtrum Chriſti brachium: Luna autem ſuper dextrum: atque ambo fulgoris, ſeu lucis expertes. Sol effictus fuit in croceo cyclo, ſub humani vultus ſpecie, eiuſdem crocei coloris, atque umbra circumdati: Luna vero in orbe caeruleo ſubnigro depicta eſt, falcata coloris albi vel argentei. Sub Crucis ſiniſtro brachio vir ille, qui ſpongia, aceto intincta, & arundini impoſita, Chriſto ſitienti potum praebuit: veſtitus eſt tunica talari alba ſoluta. Siniſtra manu geſtat aceti vas, & quidem ple-

plenum; apparet enim prope illius oram rubeus color. Vas ligneum videtur, fideliae ſimile. Ex adverſo, ſub dextro Crucis brachio, Miles ille eſt, qui defuncto Domino, lancea ipſius latus aperuit infra pectus & brachii articulationem, ex quo vulnere exivit ſanguis & aqua, ut in hac pictura apparet. Super militis caput ſcripta ſunt verba ΛΟΓΙΝΟϹ pro ΛΟΓΧΙΝΟϹ. *Iohannes*, qui ſolus hanc transfixionem enarrat, Cap. XIX. 34. ubi haec leguntur Α'λλ' εἷς τῶν ϛρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε. *Sed unus militum lancea latus eius aperuit*; quare quum *Anonymus* ſit miles ille apud Evangeliſtam, nomen ei a Graeculis inditum λογχῖνος ἀπὸ τῆς λόγχης. Miles hic indutus eſt brevi tunica ex albo rubea, ad lumbos cincta zona alba convoluta: eique ad ſiniſtrum femoris latus appenſus eſt enſis. Tibialia nigra gerit, uſque ad genua elata. Ad Crucis calcem milites tres ſedentes, inconſutilem Chriſti veſtem inter ſe ſortiuntur. Eorum ludus non eſt talorum, ut plerique pictores effingunt, & ut in *Aſsemanianis* Tabulis inciſus videtur; nam militis dextrorſum ſedentis femoralia, tali viſi ſunt, quum ea ſint coloris crocei, nonnullis punctis nigris picta. Milites igitur digitis micant; at non, ut arbitror, eo ludo, qui vulgo dicitur *Alla mora* (hic enim inter duos tantum exercetur) ſed eo, qui appellatur *Fare al tocco*: & fit inter plures, tali pacto, ut ſtatuto primo, a quo incipienda eſt numeratio: & expanſis digitis, quot unicuique libet, dein vero numeratis omnibus, ac numeratione virorum facta ex ordine, is, in quo expletur, praemium obtinet. Veſtis ſortienda, eſt violacea, ante ipſos milites poſita: qui omnes tunica brevi induti ſunt; medius alba: dexter caerulea: hyacinthina fuſca ſiniſter. Baltheus cuique tranſverſim ductus ab humero dextro ad ſiniſtrum femur, enſem pendentem ſuſtinet. Duo Latrones ſunt omnino nudi, praeter verenda, quae ſubligaculis caelantur. Praeterea duo lora, a collo tranſverſim ante pectus ad femora deducta, ac retrorſum revertentia, eos Cruci firmare videntur; ut ſint illis inſtar alicuius retinaculi. Apud boni Latronis Crucem, a latere dextro adſtat *Deipara*, *Iohannis* Apoſtoli humero velut innixa, palla prorſus involuta, moerentis in modum. Stola talaris, palla, & velum, violacei ſunt coloris. His adde nimbum aureum cum caerulea fimbria. *Iohannis* indumentum tunica ac pallium album. Caput habet coopertum pileolo obſcuro & plano; ſed taeniis ſub mento colligato: dexterae primoribus digitis ad os admotis. Ex adverſo, penes ſiniſtrum alterius latronis crucis latus, tres mulieres adſtant: quas quidem opinandum eſt, eas eſſe, a *Matthaeo* Cap. XXVII. 56. nominatas: quarumque primores erant *Maria Magdalene*: *Maria*, Mater *Iacobi* & *Ioſeph*: & Mater filiorum *Zebedaei*, quae vocabatur *Salome*. Harum veſtimenta ſunt. Primae ſtola crocea, & palla caerulea: ſecundae ſtola ianthina albicans, & palla crocea: tertiae ſtola caerulea, & palla violacea. Vniuſcuiuſque caput cooperit calantica eiuſdem coloris, ac ipſarum palla.

In parte huiuſce Tabulae inferiore delineata ſunt ea, quae circa Reſurrectionem Domini noſtri acciderunt. Et primo quidem repraeſentatur proſpectus ſepulcri: quod poſitum eſt in medio, in loco aliquantulum eminentiore; quare ad illud brevi ſcala aſcendendum eſt. Area autem fere tota huius ſacrae hiſtoriae cupreſſibus conſita eſt. Effingitur, pro ſepulcro, aediculae porta iuxta antiquiſſimum morem: de quo vide iam laudatae *Romae Subterraneae* Tabulas, earumdemque eruditiſſimas Explicationes: ubi

 de

de ſepulcro Lazari fit mentio. Duae columnae, e marmore, ut videtur, rubicundo, & Ordinis Corinthii, ſuſtinent epiſtylium, inſueti profecto ordinis; & tam hoc, quam capita columnarum flavi coloris ſunt, forte, ut deaurata appareant: item ianuae poſtes croceae, & caelaturis ornatae: harum ſiniſtra pars ſemiaperta; ex eaque a capite, & a calce duo lucis radii erumpunt: a quorum primo unus ex tribus militibus perculſus, fugam arripit; alter ex duobus iacentibus expergiſcitur, & dexteram elevat; alter vero oculos tantum aperit: Primus indutus eſt tunicà cincta, coloris hyacinthini pallidi; & ſcutum habet rubeum; ſecundus tunica roſea, & femoralibus croceis, quae nigris punctis ſunt variegata, ac ſcutum caeruleum tenet; tertius tunica alba, ac ſcutum, abs ſe abiectum, eſt roſeum. Ad portae dexteram Angelus in albis ſedens, *Mariam Magdalenam* adloquitur: Dexteram erga ipſam elevat: ſiniſtra virgam tenet, de qua vide quae ſuperius dixi in Tab. V. pag. 180. quibus adde, id etiam advertendum fuiſſe in Tab. IV. in Angelo adnuntiante *Zachariam*. *Maria Magdalene* ſtat ſtola & palla violacea in planetae modum a brachiis elevata, induta; eiuſdemque coloris velo, uſque ad humeros adducto, caput tegit: ſiniſtra manu vas, phialae ſimile, geſtat; hoc eſse vas unguenti, quo ungeret corpus Ieſu, credendum eſt. Retrorſum altera *Maria* eiuſdem generis & coloris indumento, itemque velo amicitur. Angeli & *Mariae Magdalenae* nimbo aureo, fimbria caerulea circumſcripto, ornantur capita. Ex adverſo Chriſtus apparens his duabus feminis, ad eius pedes obvolutis. Chriſtus tunica & pallio candido indutus eſt; dextera, uſque ad cubitum nuda, illas benedicit. Sandalia in pedibus habet; & nimbum in capite: itemque *Maria*; qui nimbi ſunt eiuſdem ſpeciei, ut alibi in hac Tabula deſcripti; at feminarum veſtimenta immutata cernuntur.

Tab. XXIV. p. 13. *b.* Aſcenſio Domini noſtri Ieſu Chriſti in caelum. Haec ſacra Evangelica Hiſtoria artificis pennicillo tali pacto deſcribitur. Chriſtus in aëre, in circulo ovali caeruleo ſtans, repraeſentatur, tunica indutus ianthina albeſcente, & candido pallio: nimbo aureo, rubea fimbria circumdato, ornatur caput: dextera benedicit: ſiniſtram ſuper magnum volumen ponit. Circulus, qui alba ora circumdatur, a duobus Angelis, ſeu Cherubim, circa ſummitatem ab utraque parte ſubſtinetur, caeruleis, & rubeis veſtibus amictis: alis item caeruleis expanſis, ac nimbo, aurea fimbria rubra circumducta, decoratis capita. Ad utrumque latus alii duo Angeli, ſeu Cherubim, volantium in ſpeciem, ſimili, vel parum diverſo habitu, atque ornamento; ambabus manibus ante ſe, quoddam (ut puto) violaceum velum, igni, ex rebus infra dicendis, egredienti, opponunt, ne ipſis viſus impediatur. Circulum, una cum omnibus hucuſque deſcriptis, pro throno Domini Noſtri pictum fuiſſe arbitror: & id praecipue iuxta *Ezechielis* Prophetiam, tam in Cap. I. quam in X. in quo nonnulla iam dicta & dicenda referuntur, de throno praeſertim; ibi enim legitur num. 1. *Et vidi: & ecce in Firmamento, quod erat ſuper caput Cherubim, quaſi lapis Sapphirus* (en color *caeruleus*) *quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolii* (& en *thronus*); unde ab eo throno ignem egredientem ac diſcurrentem per aëra ab utraque parte coloravit pictor: nec non pro baſi quatuor ignitas alas, oculiſque plenas: quare duae ſurſum circuli cingunt oram: aliae deorſum explicantur: iunctaeque ſimul ſunt omnes ex parte dorſi earumdem.

dem. Ex iunctura tamen dimidio tria capita emergunt, Hominis videlicet, Leonis & Aquilae: caput vero Bovis ex inferiore parte alae sinistrae egreditur, apud quod a sinistris manus hominis aspicitur, sicut legitur in citato Cap. X. 8. *Et apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum*. Demum quatuor ignitae rotae cernuntur, binae & binae ab unaquaque parte. Nec omittendum, in angulis ad Tabulae caput delineatum esse Solem & Lunam humana facie depictos. Sol & Luna effictι sunt ex ingenio sub humani vultus specie: attamen haud archetypo similes. Cornua in Solis capite a caelatore effícta, deleantor. In Tabulae limine Duodecim Apostoli stantes, Dominum Iesum elevatum suspicientes; media inter ipsos Deipara, duo Angeli hinc inde secus eam, ad Apostolos conversi, eosdemque adloquentes. Deiparae vestimentum, tam interius, quam exterius, violaceum est, itemque velum in capite. Stola talaris, cingulo albo cincta est: pallam autem ambabus manibus elevatis substollit, in Planetae modum, ut saepius dictum est. Nimbum quoque aureum cum fimbria caerulea circa caput habet: & calceos seu crepidas purpureas in pedibus. Angelorum tunica & pallium albi coloris sunt, ianthino pallido obumbrati. Alae in superiore parte sunt croceae, paulatim tamen in prasinum vergentes. Capilli alba fascia super sinciput firmantur: & nimbo aureo, rubra fimbria circumdato, ornantur eorum capita. Sinistra manu virgam seu hastam puram tenent, ut pluries notatum est. Sandalia in pedibus habent, atque etiam omnes Apostoli; quorum tunica & pallium similis fere coloris, ac Angelorum, ut modo descripsimus; duobus tamen exceptis, qui rubrum pallium habent: atque altero, cui tunica est caerulea, pallium vero croceum. Notandum vero est, numero esse duodecim: quod non convenire videtur cum textu Act. Apost. I. ubi *Lucas* ponit electionem *Mathiae* post Ascensionem Domini factam fuisse. Insuper est advertendum in Tabulae parte dextera (more scilicet Orientali, quo utplurimum Orientales utuntur, tum in scribendo, tum a pictoribus in figuris disponendis, a dextra videlicet in sinistram, sicut iam dixi in recensione Tab. III. supra, pag. 173.) Apostolum quendam, alios praecedentem & Angelo proximiorem, Crucem Episcopalem, sinistro humero innixam, deferre. Hunc arbitror esse *Petrum*; quod a Domino, priusquam in Caelum abierit, primus eius Vicarius constitutus fuerit, ad Christianum Gregem regendum & gubernandum, secundum quod illi iusserat *Iesus* iis verbis: *Pasce oves meas*. In altera Tabulae parte, alter ex Apostolis Librum quadratum tenet clausum, tegumento purpureo coopertum.

Tab. XXV. pag. 14. Pictura haec repraesentat Aediculam, ut arbitror, depictam, in cuiusdam Eremi recessu, Christo Domino dicatam: apud quam Colloquiorum Spiritualium gratia, Monachi eiusdem Monasterii & Instituti, forte ejus, qui primo hunc nostrum Codicem possederunt, convenire solebant, ad sacros legendos libros, atque asceticos conferendos sermones, Collationes ab eis appellatos. Et equidem duo ex ipsis monachis, qui sunt subsellio proximores, ad Aediculae latera, librum deferunt clausum, quorum alter in tegumento Cruce obsignatur: alter item Cruce, sed transversim quinque bullis indicata; una videlicet media, aliis quatuor ad angulos positis. Locus circa ipsam Aediculam est undequaque arboribus consitus, cupressuum speciem praeferentibus: atque area ante

eam

eam viridibus herbis ſtrata reſpicitur. Aedicula vero eſt arcuata, caeruleo delinita colore, duabus ſimbris circum illam ductis, exteriore alba, interiore rubra: in eaque ſubſellium fulvum pictum eſt, pulvinare roſeo inſtructum, & ſuppedamento albo: cuius frons, ſiniſtrumque latus gemmis diſtinctum cernitur. Dominus Ieſus, veluti in throno, ſuper ſubſellio ſedet, dextera benedicens, ſiniſtra ſuper libro clauſo & erecto locata. Tunica cyanea ac pallio violaceo ſubfuſco eſt coopertus: Sandaliaque in pedibus habet. Nimbus aureus, rubra fimbria circumſeptus, caput exornat, brevi decoratum caeſarie. Barba item brevis genarum ac menti decorat extremitatem. Ex his arguitur, hanc effigiem, perfectam atque completam hominis habitudinem exprimere: neque, quum dictum fuerit in Catal. Aſſemaniano (ſupra, p. 46. col. 1. n. xxv.) heic repraeſentatum fuiſſe Chriſtum in medio Doctorum quatuor adſtantium, id traducendum eſſe ad ipſius diſputationem in templo in medio Doctorum; tunc enim erat adoleſcens, annorum ſcilicet duodecim. (Luc II. 42. & 46.) Quatuor adſtantes Monachi idem omnes habent indumentum, Tunicam ſcilicet & Pallium: & a latere dextro poſterior Monachus, qui S. *Ephraem* Syrus creditus fuit a Cl. *Aſſemanno* (ſupra, ibid.) cucullum habet acuminatum: & alter ex adverſo Pileolum Sacerdotalem coloris caerulei languidi, de quo dictum eſt ſupra pag. 178. Alii duo Monachi detecto ſunt capite: omneſque prolixas barbas nutriunt. Omnes item ſimilibus utuntur veſtibus, ferruginei nempe coloris, in caſtaneum vergentis. Haec omnia incluſa ſunt in Ciborio, duobus ſtelis ſuffulto, auro coloribuſque variis diſcriminatis, quibus innixus eſt tholus apice acuto: inque eius faſtigio fixus eſt globus aureus, ſuper quo aurea Crux exurgit. Si coniectari liceat, hanc picturam arbitrarer ad illa Chriſti verba reſpondere (*Matthaei* Cap XVIII. 20.) *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.*

Tab. XXVI pag. 14. *b.* Deſcenſus Spiritus Sancti in Columbae ſpecie, linguas igneas emittentis, quae ſuper ſingulos Apoſtolos & Deiparam Virginem ſedent. Ipſa ſtat in medio eorum, quam hic videre eſt adſurrexiſſe ad S. Spiritus adventum e ſede Epiſcopalis formae, purpureique coloris, illi tributa, ut apparet ex anterioribus dictis; inſpiciuntur enim latera, atque ſuppedamentum. Deipara induta eſt Stola talari hyacinthina, & palla violacea fuſca, ſimilique velo, fimbria alba circa caput ornato, ac nimbo albo rubra fimbria circumdato, decorata. Dextera benedicit, ſiniſtram pendentem & apertam tenet: calceoſque rubeos in pedibus habet. Apoſtoli effícti ſunt omnes ſtantes ac veluti in unum congregati ad B. Virginis latera, ſeni & ſeni, hinc & hinc; terni tamen anteriores univerſam corporis ſtaturam exhibent: ternique poſteriores caput, & collum cum exigua pectoris parte proferunt. Nimbo albo, caerulea fimbria circumſcripto, omnium caput ornatur. Veſtimenta ſunt fere omnibus conſimilia; tunica ſcilicet & pallium. Pallia, ut plurimum, cyanea albeſcentia: tunicae albae; at aliquorum vice verſa. Hoc tamen eſt notandum: ſuper tunica ſex anteriorum Apoſtolorum, atque alterius ex poſterioribus, qui Deiparae ſiniſtrae propior eſt, utpote minus ab anteriore contecti, ab utroque humero duas purpureas taenias, alba liſta interpoſita, pendere; & uſque ad ipſius tunicae extremitatem ſub pallio productas pro-

progredi. Has arbitror adpositas fuisse, in sacerdotalis seu Episcopalis dignitatis insigne: Vel ut per illas designaretur Apostolatus officium: in quo per Spiritum Sanctum in die adventus sui confirmati fuerunt, ac tum eorum missionis munus incipiendum erat, eundi videlicet ad omnes gentes, easque docendi & baptizandi; ut exinde quisque eorum illius populi sibi commissi esset Parens & Doctor in nova veraque Fide, a Christo Domino sibi tradita. Eadem enim taenia fuit a me observata in Tab. XI. supra pag. 86. ubi illam *baltheum* appellandam fore dixi, quod pro insigne supremorum Ducum fuisse diiudicaverim. Huiusce Tabulae recensioni corollarium addere non erit abs re, ex quo designetur locus, ubi Apostoli Spiritum Sanctum susceperunt. Certissime Ierosolymis, iuxta Christi mandatum (Act. I. 4.) ab *Ierosolymis ne discederent*; *sed expectarent promissionem Patris*. Ad inserviendum brevitati, referam locum ex *Historia Apostolica Antonii Sandini* pagg. 12. & 13. in quo sic legitur: „ At cuius esset domus illa, in cuius Coenaculum Apostoli convenerant, quadruplex opinio est. „ Alii *Ioannis Evangelistae* fuisse putant: quidam *Simonis Leprosi*: nonnulli „ *Iosephi ab Arimathia*: aut forte *Nicodemi*. Plures demum (quod est vero similius) *Ioannis*, cui *Marco* cognomen erat, fuisse contendunt. In „ ea enim conventus suos agere solebant, ut ex *D. Luca* intelligi maxime „ potest, narrante, *D. Petrum* e carcere, in quo *Herodis Agrippae* iussu „ detinebatur, Angeli ope noctu liberatum, statim, tamquam solitum hospitium, petiisse *domum* Mariae, *matris* Ioannis, qui *cognominatus est* „ Marcus, *ubi erant multi congregati & orantes*: quam domum ob id ipsum, & alia ibidem peracta mysteria, in Templum postea conversam, „ testatur *S. Cyrillus Ierosolymitanus*, *Cath.* 16. §. 5. & *Epiphanius de Mensuris & Ponderibus*, Cap. 14.

Postremo pro coronide itemque ornamento harum Animadversionum, adponendum censeo exemplar illius eburneae Tabellae, aere impressum, in quo repraesentatur Miraculum D. N. Iesv Christi, quando in Nuptiis Canae Galileae aquam in vinum convertit. Eius Tabellae (quae modo deperdita creditur) ichnographiam publici iuris fecit praestantissimus Praesul *Iohannes Bottarius*, Amicus meus, nemini secundus: cuiusque mentionem feci in recensione Tab. VII. supra pag. 183. nunc eamdem aere incisam, atque ad me perhumaniter ab ipso Praesule Roma transmissam, in sequenti pagina collocatam exhibeo.

ERRATA in his Animadversionibus corrigenda.

Pag. 148. v. 44. l. *praedicandum*.
179. v. 43. l. *Bosii*.
181. v. 25. l. *tutulos*.
183. v. 31. l. *specchj*.





BIBLIOTHECAE
MEDICEO-LAVRENTIANAE CATALOGVS
PLVTEVS IV.
QVI CONTINET CODICES XXXIII.
OMNES GRAECOS MSS.

CODEX I.
ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.
Acta Apostolorum.



Cta. Apost. Epist. Iacobi I. Petri II. „ Iohannis III. Iudae I. Pauli XIV. „ cum Scholiis & „ Prooemiis Graecis „ optimis, atque „ antiquissimis ineditis, scripta anno „ Chr. 399. vel ante, ut ex iis patet, „ quae de Martyriis (*lege* Martyrio) S. Pauli „ Ap. referuntur inter primam & secundam „ R. (*lege* P. h. e. Petri) Epist. quadratis „ literis exarata. Codex optimus Annorum „ 1252. MS. fol. Graece. *Langius*.

„ *Actus Apostolorum*, a S. Luca Evangelista „ conscripti, quos sequuntur *Epistolae Catholicae* Apostolorum *Iacobi*, *Petri*, *Ioannis*, „ & *Iudae*, & has excipiunt illae, quae a „ *S. Paulo Apostolo* scriptae fuerunt n. XIV. „ vid. ad Romanos I. ad Corinthios II. ad „ Galatas I ad Ephesios I. ad Philippenses I. „ ad Colossenses I. ad Thessalonicenses II. „ ad Timotheum II. ad Titum I. ad Philemonem I. ad Hebraeos. I. Omnia cum „ argumentis, & scholiis antiquis. Codex „ Graecus antiquus, in fine mancus. Inc. „ Οὗτος ὁ μακάριος Λουκᾶς. In folio pergameno. *Catalogus Montfauconianus ex autographo*.

Nos vero titulum exteriorem hoc pacto reponendum censemus.

Πράξεις τῶν ἀποςόλων, κ) ἐπιςολαὶ καθολικαὶ, καὶ Παύλου μετὰ σχολίων τῶν διαφόρων πατέρων. *Acta Apostolorum*, & *Epistolae Catholicae*, & *Pauli*, *cum scholiis variorum Patrum*. Specimen characteris heic addimus, quem *Montfauconius* in primo Codicis folio propria manu testatus fuit, esse circa finem saeculi x. Hoc spe-

specimen sumtum est ex pag. *60. b.* quod primum folium sit admodum obsoletum; adeoque difficulter legatur: & ut Scripturam Martyrii D. Pauli proferamus, quae *Langium* fefellit: ex ea incredibilem Codicis antiquitatem arguendo, ut ex dicendis circa ipsam manifestum fiet: quod quidem monumentum cum hypothesibus, & scholiis Oecumenii ab hisce nostris diversis, videre est in versione Latina *Bernardi Feliciani Basil.* 1552. *& Ioannis Hentenii Paris.* 1547. in 8.

+ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤ ΠΑΥΛΟΥ:

ΕΠΙ ΝΕΡΩΝΟΣ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΜΑΡΤΥΡΗΣΕΝ ΑΥΤΟΘΙ ΠΑΥΛΟΣ, ΞΙΦΕΙ ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ Α
ΠΟΤΜΗΘΕΙΣ ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΑΚΟΣΤΩ ΕΚΤΩ ΕΤΕΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΙΟΥ ΠΑΘΟΥΣ, ΤΟΝ ΚΑΛΟΝ ΑΓΩΝΑ
ΑΓΩΝΙΣΑΜΕΝΟΣ ΕΝ ΡΩΜΗ ΠΕΜΠΤΗ ΗΜΕΡΑ ΚΑΤΑ ΣΥΡΟΜΑΚΕΔΟΝΑΣ ΠΑΝΕΜΟΥ ΜΗΝΟΣ ΕΙ
ΤΙΣ ΛΕΓΟΙΤΟ ΠΑΡ ΑΙΓΥΠΤΙΟΙΣ ΕΠΙΦΙ ΠΑΡΑ ΔΕ ΡΩΜΑΙΟΙΣ Η ΠΡΟ ΤΡΙΩΝ ΚΑΛΑΝΔΩΝ ΙΟΥΛΙΩΝ ΗΝΙΚ
ΘΗ ΝΕΤΕΛΕΙΩΘΗ Ο ΑΓΙΟΣ ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ ΤΩ ΚΑΤ ΑΥΤΟΝ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ· ΕΞΗΚΟΣΤΩ ΕΝΑΤΩ
ΕΤΕΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΥ ΧΥ ΠΑΡΟΥΣΙΑΣ· ΕΣΤΙΝ ΟΥΝ Ο ΠΑΣ ΧΡΟΝΟΣ ΕΞ ΟΥ ΕΜΑΡΤΥΡΗΣΕΝ
ΤΛ ΕΤΗ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΟΥΣΗΣ ΤΑΥΤΗΣ ΥΠΑΤΕΙΑΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΜΕΝ ΑΡΚΑΔΙΟΥ· ΤΡΙ
ΤΗΣ ΔΕ ΟΝΩΡΙΟΥ· ΤΩΝ ΑΔ
ΕΛΦΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟ
ΡΩΝ ΑΥΓΟΥΣΤΩΝ ΕΝΑΤΗΣ
ΙΝΔΙΚΤΙΟΝΟΣ· ΤΗΣ ΠΕΝ
ΤΕΚΑΙΔΕΚΑΕΤΗΡΙΚΗΣ ΠΕ
ΡΙΟΔΟΥ ΜΗΝΟΣ ΙΟΥΝΙΟΥ ΚΘ
ΗΜΕΡΑ.

[illegible]

MARTYRIVM S. PAVLI APOSTOLI.

Sub Nerone *Romanorum Imperatore ibi passus est Paulus, ferro caput abscissus, anno trigesimo sexto salutiferae passionis bonum certamen certans Romae quincta die iuxta Syromacedonas mensis Panemi, qui apud Aegyptios dicitur Epiphi: apud Romanos vero tertio Kalendas Iulias, quando consummavit Sanctus Apostolus suum Martyrium sexagesimo nono anno Salvatoris nostri Iesu Christi adventus. Est igitur totum tempus, ex quo passus est usque ad praesentem hunc Consulatum quartum* Arcadii, *tertium vero* Honorii, *Fratrum Imperatorum Augustorum, anni CCCXXX. Indictione nona quindecim annorum cursu, mense Iunio, die vicesimanona.*

Quod sane monumentum, praeter eas, quas fronte gerit, barbaricas litteras, variarum orthographiae κατορθώσεων eget, ab eoque manifesta prochronismi atque imposturae Graecanicae signa reiici prorsus debent. Ibi enim videre est ω pro ο, & η pro ι, & e converso; multasque saeculi certe non quarti φράσεις. Primum ergo refellimus, quod non ita facile conveniant hodie Critici in anno mortis Pauli; quare, licet aliqui eam sexagesimo nono anno a Christo nato ponant, optimi, & qui rem accuratius explorarunt, uno aut duobus annis praecessisse coniectant, & veterrimis Martyrologiis, & expenso annorum cursu edocti. Secundo vero, quod Graeculus impostor fingat sibi aeram Christianam innotuisse, anno cccxxx. cum ne de nomine quidem ante *Dionysium Exiguum* duorum saeculorum spatio posteriorem, noscere potuerit. Tertio vero quod Consules *Arcadium* ponat & *Honorium*, centum, ante quam nascerentur, annis. Quod vero ad *Langii* nostri crassum judicium de Codicis antiquitate, ecquis inter characteres IV. & X. saeculi differentiam non dignoscat? Locus etiam, in quo haec enarratio collocata fuit, aperte demonstrat, scriptam fuisse posterius, quam textus Epist. I. Petri, in ea pag. in qua scholia deficiebant, unde margo erat omnino vacuus; quare in margine superiore Titulus, & VII. lineae exaratae fuerunt, ac deinde Scriptor in dextero brevioribus lineis scriptionem contraxit, ut in adlato specimine patet; sed de hoc satis.

In membrana vacua ante principium, scriptus fuit sequens Indiculus a *Duccio*.

Epistolae	Acta Apostolorum.	cum Scholiis S. Io. Chrys.
	Iacobi	
	Petri	cum Scholiis antiqq.
	Ioannis	
	Iudae	
	Pauli, cum Scholiis Nicetae Heracl. Eadem sunt in Cod. 10. Pl. IX. & in Cod. 4. Pl. X.	

Desunt pauca in fine.

Montfauconii manus, & iudicium. *Codex descriptus circa finem X. saeculi.*

Recensetur modo totus hic Codex, ut iacet.

I. p. 1. Αἱ πράξεις τῶν ἁγίων ἀποςόλων. *Acta Sanctorum Apostolorum.* Auctore *S. Luca E-* van-

vangelista, cum brevibus summariis Actorum quae in unoquoque capite enarrantur, in margine superiore, & aliquando etiam, secundum longiorem enarrationem, maiori charactere, ac eo, quo textus, exaratis: & cum Expositione seu scholiis per circuitum in margine, excerptis ex S. *Iohanne Chrysostomo*, ut ex hoc monogrammate τοῦ ☧ in fronte primae pag. deprehenditur. Inc. Scholia Οὗτος ὁ Μακάριος Λουκᾶς μαθητὴς ἦν Παύλου διὸ καὶ ἐκεῖνος τὰς πράξεις μᾶλλον ἐγίνωσκε τῶν ἄλλων περὶ οὗ καὶ αὐτὸς ὁ Θεσπέσιος Παῦλος λέγει Λουκᾶς ἐστὶ μόνος μετ' ἐμοῦ. des. ἐπιλαβομένου δὲ ιθ' ἔτους Τιβερίου καίσαρος καὶ τῷ ιγ' ἔτει Νέρωνος τελειοῦται ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθείς.

II. p. 47. *b.* Ἐπιστολὴ καθολικὴ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου. *Epistola Catholica Sancti Iacobi*. Inc. Hyp. Ταύτην ἐπιστέλλει αὐτὸς Ἰάκωβος. Des παρὰ τοῦ κυρίου ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν. Inc. Scholia Εἰ τελειότητα τὴν κατ' ἀνδρείαν καὶ καρτερίαν προτρέπων. Des. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.

III. p. 55. *b.* Πέτρου ἐπιστολὴ πρώτη. *Petri Epistola prima*. Inc. Hyp. Ταύτην γράφει ὁ Πέτρος τὴν ἐπιστολήν. Des. ὡς λόγον ἀποδιδόντες τῷ κριτῇ, καὶ οὕτω τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν. Inc. Sch. Καὶ οὗτος ὁ ἀπόστολος τοῖς ἐκ περιτομῆς κηρύττειν προσαχθείς. Des. ᾧ καὶ ἐπέτρεψε γράψαι τὸ εὐαγγέλιον.

In ultima huius Epistolae pagina, sc. 60. *b.* habetur Enarratio Martyrii Sancti Pauli, de qua dictum est supra.

IV. p. 61. *b.* Πέτρου καθολικὴ ἐπιστολὴ δευτέρα. *Petri Catholica Epistola secunda*. Inc. Hyp. Ἐπειδὴ καὶ ταύτην πάλιν αὐτὸς ὁ Πέτρος ἐπιστέλλει. Des. παραινεῖ μὴ ἐκπίπτειν τοῦ σκοποῦ τῆς πίστεως. καὶ οὕτω &c. Inc. Schol. Διὰ μακροῦ μὲν ἀποδίδωσιν. Des. σοφίας γὰρ τῆς ἄνωθεν μεμέστωται ταῦτα λαλεῖ γὰρ χριστὸς ἐν αὐτῷ, ἡ ὄντος σοφία τοῦ πατρός. Quae postrema Scholiorum verba requirenda sunt in p. 54. *b.* cum male compactus sit liber, quod & Lector huius libri Graecus animadvertit; nam in pag. 62. *b.* scripsit ζήτει ὄπισθεν φύλλα θ'.

V. p 64 Ἰωάννου ἐπιστολὴ καθολικὴ πρώτη. *Ioannis Epistola Catholica prima*. Inc. Hypoth. Ἐπειδὴ αὐτὸς ὁ τὸ εὐαγγέλιον γράψας. Des. καὶ φυλάττομεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων. Inc. Scholia. Πῶς ὁ αὐτὸς εἰπών. Des. ἐκείνων ἕνεκα τὴν λέξιν ἐχάραξεν.

VI. p. 71. *b.* Ἰωάννου ἐπιστολὴ καθολικὴ δευτέρα. *Ioannis Epistola Catholica secunda*. Inc. Hypoth. Ταύτην ὡς πρεσβύτερος γράφει κυρίᾳ, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς. Des. τοῖς τοιούτοις χαίρειν, καὶ οὕτω τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν. Inc. Scholia. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη. Des. καὶ τοῦ ἀδοκίμου φρονήματος.

VII. p. 72. *b.* Ἰωάννου ἐπιστολὴ καθολικὴ Γ. *Ioannis Epistola Catholica tertia*. Inc. Hyp. Ἔστιν ἡ ἐπιστολὴ περὶ φιλοξενίας. Des. μαρτυρῶν αὐτῷ τὰ κάλλιστα. Inc. Scholia. ὁ ἀγαθοποιῶν φησὶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν Des. καὶ τῶν παραπλησίως γεγραμμένων. In his Scholiis adest lacuna ex membranae laceratione, p. sc. 73.

VIII. p. 74. Ἰούδα ἐπιστολὴ καθολική. *Iudae Epistola Catholica*. Inc. Hyp. Ταύτην ἐπιστολὴν γράφει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. Des. βεβαιότητα τῆς πίστεως παρὰ Κυρίου τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν. Inc. Schol. Παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι Des. κατὰ τοὺς προειρημένους λόγους. In fine huius Epistolae legitur. Ἐπιστολὴ Ἰούδα στίχων ξη. Epistola *Iudae* versuum LXVIII. Quum primo occurrat mentio τῶν στίχων, i. *versuum*, facta passim in Codicibus sacris Graecorum; aliquid circa hanc στιχομετρίαν advertendum existimo. Praeter id, quod dictum fuit in recensione Codicis LVI. Syriaci antiquissimi, h. e. scripti anno Chr. 586. Pl. I. pag. 45. Tomi I. ubi *Phetgoma*, h. e. *Sententiae* apud Syros quatuor Evangelistarum ad calcem uniuscuiusque Evangelii enumerata indicantur; a Graecis ponuntur στίχοι, sc. *versus*. De iis Clar. V. D. *Bernardus de Montfaucon*, in sua Palaeographia Graeca, Lib. I. pag. 28. enarrationem proferam. „ Graecis
„ mos erat (inquit ille) antiquitus per
„ στίχους, seu *versiculos*, orationis partes di-
„ stinguere: στίχος autem non integram
„ periodum designabat; sed eam partem,
„ etsi perquam minimam, ubi iam aliquis
„ sensus, licet imperfectus, & inchoatus,
„ videbatur esse, itaut in unica periodo
„ tres, quatuor, imo quinque, sex, aut
„ plures στίχοι enumerarentur, aliquando plu-
„ res, interdum pauciores, uti ratio po-
„ stulabat. Horum exempla prope innu-
„ mera sunt in libris Biblicis manuscriptis;
„ nam plerique omnes, qui alicuius vetusta-
„ tis sint, in fine librorum στίχων, sive ver-
„ siculorum summam consignant: Non de-
„ sunt tamen, qui a fronte, & ante libro-
„ rum exordium στίχους numerent; ut verbi
„ causa codex regius 1888. bombycinus, qui
„ est Catena in Heptateuchum, ab initio
„ versiculorum numerum reponit his ver-
„ bis, ἔχει βίβλος τῆς γενέσεως στίχους ͵δτν
„ κεφάλαια δὲ εἴκοσι καὶ πέντε, idest, *Habet li-*
„ *ber Genesis versiculos quater mille trecentos*
„ *quinquaginta, capita vero vigintiquinque*.
„ quem numerum si cum hodiernis Bibliis
„ compares, vix quartam partem versicu-
„ lorum in postremis invenias. In ceteris
„ autem Scripturae libris brevissimos re-
„ censeri versiculos, ex numero in Codici-
„ bus annotato, deprehendas: ut autem
„ frequentissima est in libris sacris huiusmo-
„ di recensio; sic rara in aliis: etsi per-
„ spicuum sit, veteres Scriptores versicu-
„ lorum distinctionem in usu habuisse. Co-
„ dicem tamen Gregorii Nazianzeni vidi
„ Florentiae, ubi versuum numerus in fine
„ notabatur. Certe Fl. Iosephus, ad calcem
„ Antiquitatum Iudaicarum, ait, totum illud
„ opus sexaginta millia στίχων, sive versuum
„ complecti. Iam si versiculorum huiusmo-
„ di brevitatem explorare velis, linearum,
„ quae in dictis habentur, numerum sup-
„ putes, & comperies, multum abesse, ut
„ singuli στίχοι singulas lineas impleant. In
„ multis Scripturarum sacrarum Codicibus

„ ϛίχοι, ſive verſiculi ad marginem notantur: unde illud incommodum evenit, ut neſcias plerumque ubi verſiculi inchoentur, niſi Librarius accurate interpunctiones locet, & e regione ſemper numeros conſignet. Numerant autem per centenarios: & expleto centenario ρ, per α reſumunt &c. „ Deinde profert exemplum huiuſmodi *Stichometriae* ex Codice regio 1892. quod inſpicere poteris ad maiorem huiuſce rei intelligentiam.

IX. pag. 77. Παύλȣ τȣ̃ ἀποϛόλου ἡ πρὸς Ῥωμαίȣς ἐπιϛολή. *Pauli Apoſtoli Epiſtola ad Romanos*. Inc. Hyp. in p. 76. Ταύτην ἐπιϛέλλει ἀπὸ Κορίνθου. Deſ. in eadem p. *b.* εἰς τὰ ἤθη διδάξας τελειοῖ τὴν ἐπιϛολήν. Inc. Sch. Τὸ ἀποῦσι γράφειν αἴτιον, τȣ̃ κεῖσθαι αὐτοῦ τὸ ὄνομα. Deſ. ταύτην ὅρον ἀεὶ ποιεῖν αὐτῷ φίλον. In fine huius Epiſtolae legitur haec ſubſcriptio: „ Πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας. „ ϛίχοι υκ). *Ad Romanos ſcripta eſt a Corintho per Phoeben miniſtram Eccleſiae in „ Cenchris*. verſus 420.

X. p. 106. *b.* Πρὸς Κορινθίους πρώτη. *Ad Corinthios prima*. Inc. Hypoth. Ταύτην ἐπιϛέλλει ἀπὸ Ἐφέσου τῆς Ἀσίας. Deſ. εἰς τοὺς ἁγίους παραγγέλλει· καὶ οὕτως. Inc. Schol. Ἐκ τοῦ κλητὸν ἑαυτὸν καλέσαι διορθοῦται αὐτȣ́ς. Deſ. ἐν Χριϛῷ ἔϛαι ἡ ἀγαπήμȣ μεθ' ὑμῶν.

XI. p. 136. *b.* Πρὸς Κορινθίους Β. *ad Corinthios ſecunda*. Inc. Hyp. Ταύτην ἐπιϛέλλει ἀπὸ Μακεδονίας. Deſ. ϗ περὶ τῆς τῶν ψευδαποϛόλων ἀλαζονείας, ϗ πονηρίας. Poſt ea habetur alia Hyp. eiuſd. *Theodoreti*. Inc. Τιδήποτε δευτέραν τίθησιν ἐπιϛολὴν ζητεῖς. Deſ. ἵνα πλεῖον ἐπιδώσωσιν πρὸς ἀρετήν. Inc. Schol. Ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιϛολῇ. Deſ. τȣ̃ παρακλήτου θεοῦ πνεύματος. Deinde ponitur haec ſubſcriptio. „ Πρὸς Κορινθίους Β̄. ἐγράφη ἀπο Φιλίππων διὰ Τίτου „ καὶ Λουκᾶ ϛίχοι φϙ́. *Ad Corinthios ſecunda. Scripta eſt a Philippis per Titum, & „ Lucam*. Verſus 590.

XII. p. 158. Πρὸς Γαλάτας. *Ad Galatas*. Inc. Hyp. Ταύτην ἐπιϛέλλει ἀπὸ Ῥώμης. Deſ. τελειοῖ τὴν ἐπιϛολήν. Inc. Sch. Εὐθέως ἀναιρεῖ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀνθρωπων μαθητὴν. Deſ. μαρτυρȣ̃σι μοι ἀνυποκρίτως πολιτεύεσθαι. Huius Epiſtolae folia 165. 167 168. iam lacera, membranis ſine ſcriptura reſtauratae fuerunt: reliqua maculis coinquinata, difficulter leguntur.

XIII. p. 168. *b.* Πρὸς Ἐφεσίους. *Ad Epheſios*. Inc. Hyp. Ταύτην ἐπιϛέλλει ἀπὸ Ῥώμης. Deſ. οὕτω τελειοῖ τὴν ἐπιϛολήν. Inc. Sch. Ὅρα πόση ἦν τότε ἀρετὴ. Deſ. ἐπιδίδουσα τὴν ἡμέραν ὤφειλεν εἶναι. Item in hac Epiſtola folia 173. 174. 177. reſtaurata, reliqua coinquinata, ut in antecedenti.

XIV. p. 179. *b.* Πρὸς Φιλιππησίους. *Ad Philippenſes*. Inc. Hyp. Ταύτην ἐπιϛέλλει ἀπὸ Ῥώμης. Deſ. τελειοῖ τὴν ἐπιϛολήν. Inc. Sch. Ἐνταῦθα ὡς πρὸς ὁμοτίμους ἐπιϛέλλων. Deſ. εὐχὴ παύει τὴν ἐπιϛολὴν ϗ νῦν.

XV. p. 187. Πρὸς Κολοσσαεῖς. *Ad Coloſſenſes*. Inc. Hyp. Ταύτην ἐπιϛέλλει ἀπὸ Ῥώμης. Deſ. γράφων τὴν ἐπιϛολὴν ὁ Παῦλος διορθοῦται. Inc. Sch. Ἐν πολλοῖς ὁ ἀπόϛολος δηλοῖ. Deſ. ϗ τοῦτο τῆς χάριτος τὸ συγχωρεῖν αὐτὸν δεθῆναι.

